JOHANNIS BORCHOLTENI I.C. ... COMMENTARIA, IN...

Johannes Borcholten, Statius Borcholten

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
2 R
6

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

JOHANNIS BORCHOLTEN I. C. CLARISSIMI, ET ACADEMIÆ JULIÆ quondam Ordinarij

COMMENTARIA, IN CONSVETUDINES FEUDORUM,

Quibus adjuncta eſt ſingularis explicatio c. unici, quæ ſunt regalia.

Nunc tertiò edita, & à multis mendis repurgata,

Opera & ſtudio

STATII BORCHOLTEN Roſtochienſis I. V. Doctoris, filij auctoris.

Cum privilegio Cæſariæ Majeſtatis, &c.

WITEBERGÆ,
Ex officina Martini Henkelij, Impenſis Clement. Bergeri, 1608.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Reverendiſsimo & Illuſtriſsimo Principi ac Domino,

Dn. Henrico Julio, Episcopo Halberſtadenſi, Duci Brunſvicenſi ac Luneburgenſi, magnifico & perpetuo Academiæ Juliæ Rectori, Domino ſuo clementiſsimo

JOHANNES BOrem. HOLten Luneburgenſis S.

ANNVS NVNC AGItur quartus, Reverendiſs. Præſul, Illuſtriſs. Princeps ac Magnif. Rector, Domine Clementiſs. quo Reve. & Illuſtri. ſ Celſitud. tuæ Illuſtriſsimo parens inclytus & nunquam ſatis laudatus ac de tota poſteritate præclarè meritus, heros ac Dominus, Dominus Iulius, princeps Brunſvicenſium & Luneburgen-

 burgen

burgenſium, Dominus meus clementiſſimus, me ex Roſtochienſi Academia, in qua per multos annos publico civitatis ſtipendio jura profeſſus eram, ad prælectionem Pandectarum in hanc illuſtrem, divino & heroico afflatu his poſtremis mundi temporibus à Celſitud. ipſius inſtitutam Iuliam Univerſitatem, vocavit. In hoc exiguo temporis ſpacio non unam atque alteram legem, ſed integros Pandectarum titulos juris ſtudioſis ea fide, diligentia & aſſiduitate propoſui, ut omninò mihi perſuaſum habeam, amplius aliquid [illegible] æquos & bonos judices flagitare non debere nec poſſe. Ac ut ſub ipſum effloreſcentis jam Academiæ Iuliæ initium Reverendiſſimæ & illuſtriſſ. Celſitud. tuæ Illuſtriſſimo parenti meam fidem, & ſtudioſæ juridicæ juventuti diligentiam & aſſiduitatem illuſtriori argumento probarem, jura feudalia, quæ, ſi id quod res eſt dicere volumus, ſacri Romani Imperii fulcrum ſunt, Pandectarum explicationi adjunxi, ita tamen, ut ordinariis laboribus parum aut nihil detraherem, ſed dies extraordina-

rios,

rios, quib9 alii dulciſsimo otio vacant, utiliſſimæ & ampliſsimæ feudorum doctrinæ tribuerem. Quia verò in feudorum libris non ſolùm orationis genus incultum, aſperũ & inſipidum eſt, verum etiam res ipſæ ſine ordine, confuſè & intricatè traditæ, ac ſubinde ad faſtidium usq; repetitæ ſunt: ac ego experientia, quæ rerum magiſtra eſſe fertur, didicerim, gratiora & juvenibus præſertim utiliora eſſe, ordine quæ cõſtant certo: Idcircò in eam, quanto potui ſtudio, incubui curam, ut mediocri orationis filo, res illuſtriores & cognitione dignas, dilucidè, perſpicuè, clarè & certo ordine explicarem. Et quamvis facilè agnoſco, me id, quod propoſitũ mihi fuit, propter ingenii imbecillitatem & eruditionis tenuitatem non ſatis aſſecutum eſſe: tamen ſpero, æquos & bonos judices, ac eos præſertim, qui in doctrina feudali & controverſiis forenſibus nonnihil verſati ſunt, meos ad ſcholæ Iuliæ ac Reipublicæ utilitatem directos labores non omninò improbaturos, ſed cognituros, in eo me ſudaſſe, ut veritatem juridicam in lucẽ eruerem, & magis atq; magis illuſtrarem. Tuæ autem Illuſtriſſimæ Celſi-

tudini, Reverendiſsime Præſul, princeps Clementiſsime, has Iuliacorum meorũ laborum primitias intra ſeſquiannum confectas, offero, tuamq; Celſitudinem, quanta poſſum & debeo ſubmiſsione, oro, ut Illuſtriſs. tua Celſitudo, quæ hiſtorias à condito mundo uſq; ad hæc noſtra tempora exquiſitè novit, & juris civilis Romani initia ex fontibus juris, ſacratiſsimi Iuſtiniani Imperatoris inſtitutionibus, probè jam didicit, mediocrem conſuetudinum feudalium noticiam ſibi compareť, & hunc libellum, cùm per alia graviora negotia licet, clementer inſpiciat, legat, & bonorum feudalium naturam & proprietatem cognoſcat. Sic Reveren. & Illuſtriſs. tua Celſitudo intelliget, ad quid vaſalli Celſitudini tuæ ſint obſtricti, & quid viciſsim tuam Celſitud. vaſallis præſtare oporteat. Ego, quod tuam Celſitudinẽ unicè velle ſcio, non deſiſtam ea facere, quæ ad Academiæ Iuliæ incrementum & Reipublicæ utilitatem ſpectare videbuntur. Benè Celſitudo tua valeat. Helmſtadii in illuſtri Iulia Academia primo die Octobris, Anno 1580.

PRO-

PROOEMIVM.

1. *Feudorum libri ſine ordine ſunt conſcripti.*
2. *Ordinis commendatio & vtilitas.*
3. *Diſtributio libri in decem capita.*

QVoniam feudorum libri ſine ordine ſunt conſcripti, Bald. in prælud. feud. quæſt. 1. Scyſſel, in præfatione Speculi. Zaſ. in Epitome in prin. Hanneto, libr. 2. c. 1. Oldendorp, claſſe 5. de actio. benefic. Taurel. in lib. de militiis ex caſu. Ordo autem, qui entium modus à Baldo, in procemio digeſtorum, appellatur, in iure præſertim, laudabilis eſt, Bald. in l. 2. in princ. de orig. iuris, Cagnol. in Rubric. de reg. iur. & bonum in ordine conſiſtit, Neuiza, in ſylua nuptia. libr. 1. ac ſcire quid facias, neſcire verò quo ordine facias, non eſt perfectæ cognitionis, auctore Diuo Ambroſio, ex quo id refert Baldus in d. procem. ſtorum in princip. Sylua de feudi recognit. quæſt. 1. & nihil ſine ordine procedit, Cotta in memorab. in verbo ordo, ordo denique memoriam, quæ alioquin infirma eſt, lib. peregrè, de acquir. poſſ.

poſſ. Crauet. conſ. 28. n 4. & rurſus conſ. 65. nu. 10. ac labilis, Baldus in additione, l. 1. nu. 5. C. de iure emphyteut. & non omnia retinet, l. 2. C. de veteri iure enuclean. plurimum iuuat; Ideo feudorum doctrinam, ſecundum exemplum veterum & recentiorum interpretum, Iacobi de Ardiz, Iohan. Blanchi, petr. de Bel. pert. Seyſſelli, Caccialupi, Baronis. Montani, Zaſij, Lorioti, Hannetonii, Duareni, Sonsbekii & aliorũ in certa capita redi-
3 gam. Ac primum vnde feudum dicatur & quid ſit, exponam. Deinde dicam de origine feudorum, & de compilatoribus iuris feudalis. Tertiò de emphyteuſi libellaria & precaria, & oſtendam in quibus feudum ab his tribus, quæ magnam affinitatem & cognationem cum feudis habent, differat. Quartò proponam inſigniores feudorũ diuiſiones. Quinto explicabo, qui feuda conferant, quiue accipiant. Sextò dicam de rebus quæ in feudum dantur. Septimò, quomodo feuda acquirantur. Octauò quomodo rurſus amittantur. Nonò de actionibus feudi nomine competentibus tam domino quam vaſallo. Tandẽ ſubiiciam coram quo de feudo agatur, & qua forma iudicium ſit inſtituendum, ſimulque ſingularia quæ in iudicio feudali occurrunt, breuiter referam. Deus in cuius manibus ſumus,
viui-

viuimus & mouemur, piis conatibus, felices & proſperos det ſucceſſus.

CAPVT PRIMUM DEFINITIONEM FEVDI TAM NOMINIS quàm rei eiusq; explicationem continens.

1. *Feudum dicitur vel à fide.*
2. *Vel à fœdere.*
3. *Vel à faida.*
4. *Vel ex eo quod datur vt aliquit fiat.*
5. *Vel à* Füden / *quod paſcere ſignificat.*
6. *Feudum alias fœdum appellatur.*
7. *Sæpius beneficium.*
8. *Nonnunquam priuilegium.*
9. *Feuda dicuntur* κτήματα ϛρατιωτικά.
10. *Definitio feudi.*
11. *Genus feudi ſecundum Philoſophos & Ictos quodnam ſit.*
12. *Feudum pecunia acquiri poteſt.*
13. *Vtrum vaſallus in feudo vſum fructum, an verò vtile dominium habeat.*
14. *Olim duplex fuit dominium.*
15. *Diſtinctio dominii in directum & vtile magno errore eſt introducta, & quæ ſit erroris hujus cauſa.*

16. *Vaſallus in feudo uſumfructum perpetuum habet, nec hoc naturæ uſusfructus adverſatur.*

17. *Vſusfructus, quem vaſallus in feudo habet, ex conventione plenior eſt ſimplici uſufructu.*

18. *Perpetuum, ſecundum ſubjectam materiam variè accipitur.*

19. *Fœmina in feudo non ſuccedit, propter varias cauſas.*

20. *Vaſallus debet eſſe fidelis omnino, nec valet conventio, ne fides præſtetur.*

21. *Fidelitatis juramentum pacto remitti poteſt, & ibi ratio aſsignatur, quare id fieri poſſit.*

22. *Vaſallus debet ſervire domino, & aliud eſt ſervire, aliud ſervum eſſe.*

23. *Ad ſervitia honeſta vaſallus tenetur.*

24. *Vaſallus requiſitus ſervitia præſtat, ab eorumque præſtatione præſcriptione nulla ſe tuetur.*

25. *Verbis inveſtituræ ſtatur, eaq́ue una maxima eſt.*

26. *Ex qualitate feudi definiendum eſt, utrum vaſallus propriis ſumptibus, an verò ſumptibus domini ſervire debeat.*

27. *Extra territorium vaſallus ſervit ſumptibus domini.*

28. Ser-

28. *Servitia interdum in genere debentur, & tunc moderata ſervitia exigi poſſunt, interdum debentur in ſpecie, & tunc vaſallus ad alia ſervitia non eſt obſtrictus.*

29. *Servitia debentur, etſi in conceſſione feudi nulla ſervitiorum facta fuerit mentio.*

30. *Plures defuncti vaſalli heredes quomodo ſervitia præſtent.*

31. *Quomodo ſervitia debeant præſtari pluribus heredibus domini defuncti.*

32. *Majores natu ſunt honoratiores junioribus.*

FEudis operam daturum prius oportet noſſe, unde nomen feudi deſcendat, arg. l. 1. de juſtit. & jure, & l. 1. de pact. Eſt autem feudũ à fidelitate ſive fide appellatum c.un.§ fin. per quos fiat inveſtit: idque communiter Feudiſtæ ibi ſequuntur, & Jacob. de Ardiz. cap. 4. Blanch. lib. 1. c. 1. Raynau. in comprehen. feud. in pr. nu. 10. Matth. de Afflict. in prælud. nu. 39. Curt. lun. part. 1. quæſt. 7. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. in Rubr. *des fids*, nu. 5. Jul. Clar. in § feudum, quæſt. 5. In fidelitate enim ſive fide, tanquam in forma eſſentiali & ſubſtantiali conſiſtit feudum Molin. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. num. 1

53. &

53.& rurſus § 13.gl.5. in verbo *vendu*. nu. 23. & dicetur latius in definitione feudi infrà. Hinc vaſalli fideles dicuntur, c.uni.de his qui feud.dare poſſ.c. uni.quibus mod.feud.amitt. & c. uni. de conten. inter dominum & fidelem, & in multis aliis locis, quos congeſsit. Seyſſel. in ſpeculo feud. in definitione feudi,
2 & Chaſſan.in ſup.d.loco num.4.Alii feudum à fœdere deducunt, quod dominus & vaſallus inito fœdere ſe ad mutuam fidelitatem præſtandam conſtringunt, c. uni.§ fin.de forma fidelit. Et hanc etymologiam Anton. de Prato veteri, referente Monta.lib.1.c.1.circa fin. probavit, ſecutusque eſt Zaſ.in Epitome num.2.part.1.& in l.2.in prin.nu.22.de orig. jur. Et Zaſium refert ac ſequitur Hanneto. lib.1.c.2. Sonsbek. 2. part. nu. 32. Thomas de
3 Marinis tit.16. num.2. Nonnulli feudum, nomen habere exiſtimant à Longobardica & Germanica voce *Faida*, quæ inimicitiam hoſtilitatemque ſive bellum ſignificat. Datur quippe feudum vaſallo, ut domino, tempore belli præſtò ſit, & à Domino injuriam propulſet eumque in bello juvet & defendat, cap. uni.de nova forma fidelit. Ita voluit Jacob. Columb. in : uni de his qui feud.dare poſſ. Ejusque ſententiam Monta. lib. 1. feud. cap.1.Bartho. Camer.in repet.c.Imperialem,

de

de prohib. feudi alienat. per Frider. in pr. & Jacob Keiſt in prolegomenis in concluſ. feuda. probarunt. Quidam feudum ex eo, quod 4
vaſallo ob id datur, ut aliquid fiat, dictum tradiderunt. Seyſſel. in Specu. feudo. tit. de definitio. feudi, Jaſon in feudo prælud. Et quamvis Seyſſellus poſt Jaſonem id non probat: tamen hæc nominis ratio, in primam rationem incidere videtur. Qui enim dicit feudũ, ex eo quod fiat, appellatum, hoc dicit, feudum à fidelitate ſive fide dictum eſſe. Fides namque ſecundum Stoicos ex eo, quod fiat quod dictum eſt, dicitur, authore Cicerone in 1. officio. Denique feudum non- 5
nulli deducunt à Germanico vocabulo Fütꝛ den / quod idem eſt, quod paſcere, propterea quod feuda in paſcuis & pratis ut plurimum conſiſtunt, atque inde feudum deſcendere Philippus Melanchthon, ſanctæ memoriæ, in annotat. ad officia Ciceronis tradidit, & ſecutus eſt Joachimus à Beuſt, in l. admonendi, de jurejurand: mihi folio 427. Alio nomine feudum, fœdum nominatur. Et 6
extat liber quidam vetuſtus per aphoriſmos diſtinctus, qui inſcribitur de fœdis ſive feudis, item de ordine placitationis. Sic Guilielmus Imperator, in conſtitutione quadam in Chronicis Flandriæ relata per quam
terris

terris Imperialibus privatur Magarita Comitiſſa Flandriæ, ob fidem non præſtitam, inquit, ut eadem Comitiſſa in fœdum tenuit, Cuiac. 7 libr. 1. feudo. in princ. Sæpiſſimè etiam beneficium dicitur, c. uni de his qui feud. dar. poſſ. c. uni de feudo Marchiæ cum quatuor capitulis ſequent. & c. uni. cum ſequenti, de beneficio fratris, & paſſim in aliis locis, quos cumulauit Seyſſel. in titu. de feudi definitione, ex eo quòd beat, hoc eſt, prodeſt vaſallis, Jacob de Ardiz. cap. 4. Raynaud. in princip. num. 13. Blanch. libr. 1. cap. 1. num. 6. Beare enim unde ſecundum Vlpian. bona dicuntur, eſt prodeſſe, l. bonorum appellatio, de verbo. ſignificat. Et licet feudum tanquam debitum, pro ſervitiis militaribus conceditur, ut inf. in definit. feudi explicabitur, idque contra naturam beneficii eſſe videtur: nec enim beneficium confert, qui debitum præſtat, l. 1. §. penult. de aqua quotidian. & æſti. l. proximè conſtitutum dicitur, de ritu nuptia. l. ſi ſervo fidei commiſſaria, de hered. inſtituend. tamen nihilominus ratione originis ſive conceſſionis, quàm ex benevolentia, ut in definitione feudi dicetur, & ex amore & honore domini ducit, ut ſcriptum eſt in cap. unic. de feudo dato in vicem legis comiſſ. rectè beneficium appellatur

pellatur, Bald. in præludi. nu. 9. & ibidem Afflict.nu. 45. & alias, quod omninò gratuitum non eſt, beneficium dicitur l. 3. de obſequiis parent. & patron. præſtand. Ibi Dominus accepto pretio à ſervo, ſervum manumiſi, & docet Ictus, filium heredem domini libertum ut ingratum poſſe accuſare. Defunctus enim inquit liberto, licet non gratuitum, beneficium tamen præſtitit. Interpretes nonnunquam feudum privilegium vocant, Bald. 8
in prælud.nu.18.& in c.uni. § fina.nu.2.de nova forma fidelit.Afflict.itidem in prælud. nu. 48. Laudens.in c.uni. 10. de his qui feuda da. poſſ. Seyſſel. in Spec. feudo tit. de defin. feudi. Sed tunc demum feudum priuilegium dici poteſt, quemadmodum etiam ſup. dicti authores tradiderunt, cùm vel eæ res in feudum dantur, in quibus alioquin feudum non conſiſtit, vel contra naturam feudalem. feudum fœminæ conceditur. Vt quod in quibuſdam locis, mortuo vaſallo ſine heredibus maſculis, filia bona feudalia, quoad vivit, retinet, priuilegium eſt. Dicitur privilegium quòd privatis, hoc eſt, ſingulis, non vniverſis detur, Cic. libr. 3. de ll. Iſidor. c. priuilegia, 3. diſtinctio. Priua namque veteres dixerunt ſingula, Gellius lib. 10. c. 20. Sextus Feſtus lib. 14. Sic Livius lib. 7. ſcribit: milites pri-

tes priuis tunicis donatos fuiſſe. Idem ad finē
ſecundi belli Punici inquit: ut priuos lapides
9 priuasq́; verbenas ſecum ferrent. Denique
Conſtantinus Imperator feuda κτήματα ςρα-
τιωτικά, hoc eſt, poſſeſsiones ſive prædia mi-
litaria appellat apud Harmenopolum libro
primo epitom. titul. 16. quem locum Duare-
nus adfert, lib. 2. de beneficiis c. 3. & meminit
10 idem in tractat. de feud. c. 3. Definiunt autem
interpretes feudum non uno modo, quemad-
modum apud Jacob. de Belui. in prælud. Io-
ha. Rayn. in pr. nu. 1. cum aliquod ſeqq. Bald.
in prælud. quæſt. 2. Iaſonem item nu. 7. Al-
uarot. in c. uni. in quibus cauſis feudū amitt:
Blanchum libro 1. c. 1. in princ. Seyſſel. in Spe-
cu. feudo. tit. de definit. feudi. Curtium Iun.
in 1. parte quæſt. 6. & alios videre licet. Com-
muniter tamen in definitionem quam Ober-
tus de Orto in c. uni. in quibus cauſis feud.
amitt. tradidit, itum eſt. Definitio talis eſt:
Feudum eſt beneficium, quod ex beneuolen-
tia ita datur alicui, ut proprietas quidem rei
immobilis beneficiatæ apud dantem rema-
neat, uſusfructus verò illius rei ita ad acci-
pientem tranſeat, ut ad eum, heredesque
ipſius maſculos ſive fœminas, ſi de his no-
minatim dictum ſit, in perpetuum pertine-
at, ad hoc, ut ille & ſui heredes fideliter do-
mino ſer-

mino ſerviant, ſive ſervitium illud nominatim, quale eſſe debeat, ſit expreſſum, ſive indeterminatè ſit promiſſum. Hanc definitionem latiſſimè examinauit Bald. in præludi.d. quæſt.2. Matthæ. item de Afflict. quæſt.4. ubi dicit, omnes Dd. hanc definitionem ſequi, Seyſſel. in d. tit. de definit. feudi, & Curt. Iun. in loco ſuprà citato. Nos quoque breuiter ſingula eius verba explicabimus; Primùm Obertus de Orto ponit genus feudi, 11
& dicit eſſe beneficium, Philoſophos magis imitatus quàm ICtos. Nam Philoſophi beneficium definiunt, quod ſit benevola actio, tribuens gaudium capienti, capienſq́; tribuendo, in id, quod facit, prona & ſponte ſua parata Seneca libr.1.de benefic. cap. 6. ex quo id refert Obert. in d.c.uni.§.in primis, in quibus cauſis feud. amitt. & cum feudum ſit benevola actio domini dantis rem aliquam ſoli, rectè Obert. ex Philoſophorum ſententia, feudum definit beneficium. Cuicunque enim convenit definitio, eidem convenit definitum & contrà, l. 1. § 1. de dolo, & ibi Bart. Iuriſconſultus autem, cui omnia vocabula iuris intellectum habent, diceret eſſe ius, quod dominus in re ſoli benevole alicui concedit. Hinc conſequenter apparet, Duarenum in comment. feud. c. 2. aliquantò pin-

guiùs loqui, dum feudum accipit pro re ipſa, quæ in feudum traditur & poſsidetur, quæq; ſub oculos cadit. Sic Cic. in Topicis hereditatem definit pecuniam, quæ morte alicuius ad aliquem pervenit, cum tamen Ictis hereditas iuris nomen ſit, l. hereditatis & l. pecuniæ, § 1. de verbor. ſign. & à rebus hereditariis multum diſtet, quamvis id Senecæ lib. 6. de bene. c. 5. non placeat, his verbis: Iurisconſultorum iſtæ acutæ nugæ ſunt, qui hereditatem negant uſucapi poſſe, ſed ea, quæ hereditate ſunt, tanquam quicquam aliud ſit hereditas, quàm ea, quæ in hereditate ſunt. Poſito genere, ulterius Obertus progreditur & aperit fontem ex quo feuda manant ſeu profluunt. Fons eſt domini benevolentia ſeu voluntas propenſa. Ad hunc fontem reſpiciat text. in c. feuda, in c. uni. de feudo dato in vicem legis commiſſo: Ibi dicitur, feudum, non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore & honore domini, acqui-
12 rendum eſſe. Et hæc eò pertinent, ut feudum beneficium eſſe clariùs oſtendatur, non etiam, ut negetur, interventu pecuniæ feudum acquiri quandoq; poſſe, quod tamen Jacob. de Belluiſo, qui octo vicibus feudorum libros legit, ut ipſe de ſe ſcribit in c. uni. § notandum, de his qui feud. dare poſſunt, & refert Bald. in prælud. quæſt. 1. Jaco-
bin

bin.de feudis,in verbo,dux,§ quid ſit Rex,nu. 3. voluit in c. uni. de benefic. fratris. Sed Jacob.de Ardiz c.20.Blanch.lib.1.c.3.n.35. Alvarot. & præpoſit. in d. c.uni.de benefic. fratris,& cõplures alii, quos refert Anton.Gab. Rom.lib.3.commun.concluſ.tit.de feud.concluſ. 2. contrarium tenuerunt, quorum ſententiæ Zaſius in parte 12. num.19. Frideric. Schenck. in c. 1. de feudo dato in vicem &c. Sonsbek.in 2. parte num. 8. & alii ſubſcripſerunt. Et hanc opinionem audaciter ſequi debemus,Iacobin.de feudis ſup.verbis,qui quidem inveſtiti, num. 59. eaque communis eſt, Seyſſel.in d.tit.de definit. feudi. Iul. Clar. in § feudum quæſt. 16. & citra dubitationem vera,cum etiam ut ſupra dictum eſt,beneficium eſſe poſſit, licet non ſit gratuitum,l.3.de obſequiis parentib. & patro. præſtan. Et à potentiori,hoc eſt, à benevolentia domini, quæ in feudo præponderat, denominatio fit, l. quæritur, de ſtatu homi. cum ſimilibus allegat. per Bald. hic in prælud. quæſtio. 2. num. 10. Curt. Iun. parte 1. quæſt. 6. num. 5. Laudens, quem Iacobinus clariſſimum Doctorem nominat in tract. feud. in verbo, dux, § quid ſit Rex, num. 6. & rurſus in verbo Princeps, § ſed quæro,in fine. Laudenſis, inquam,in cap. 1. num.9. de his qui feud. dare poſſ. & elegan-

ter traditum eſt à Roland. à Valle conſ. 23. nu. 26. cum ſeqq. in 1. volu. & conſ. 18. nu. 22. cum ſequenti, in 3. volum. Quinimò pecunia, quæ intervenit, eſt quaſi pretium beneficii numerandi cauſa datum. Sic enim mandatum ex officio atque amicitia originem trahit, l. 1. mandati. §. fin. Inſtitut. de mandat. & tamen recipit ſalarium ſive honorem remunerandi gratia, l. ſi remunerādi, mādati. Sic quoque depoſitū mercedē nō recipit, § fin. Inſtit. De mandato. Pretium tamen depoſitionis recipere poteſt, beneficii renumerādi cauſa, l. 2. § & generaliter, vi bono. rapt. Addit. Obertus in definitione verbum dari. Dare, propriè loquendo, Ictis eſt dominium transferre, l. ubi autem non apparet, § final. de verbor. obligation. § ſic itaque diſcretis, Inſtit. de actio l. 2. C. de contrahe ſtipulat. Et non videntur data, quæ eo tempore quo dantur, accipientis non fiunt, l. non videntur, de regul. iuris. Tradere eſt transferre poſſeſsionem. Itaq; qui ſtipulatur rem dari, proprietatem ſtipulatur, qui rem tradi, poſſeſsionem tantùm ſtipulatur, non proprietatem, l. 28. de verbor. obligation. Quandoque tamen dare pro tradere ſumitur, ut in l. qui heredi, de condit. & demonſtrat. ubi teſtator ſervum alienum heredem inſtituit

Digitized by Google

inſtituit, & iuſsit, ut Sempronius heredi daret centum. Sempronius centum ſervo, non domino dare debet. Hoc ideo, quia dare accipitur pro tradere, pro facto, & quæ facti ſunt, ad dominum non tranſeunt, d. l. qui heredi, & ita alibi, ſæpiſsime in ff. & C. uſurpatur. Hic Obert9 dare populariter accipit pro conferre vel præſtare. Feudum eſt beneficiũ quod datur alicui, hoc eſt, confertur vel præſtatur. Sed quæret aliquis cuiuſnam rei beneficiũ ſit feudum? Obertus ait, rei immobilis, quibus verbis cauſam materialem feudi indicat. Cõſiſtit namq; feudũ tantum in immobilib9, aut ut idem Obertus ait, non niſi in rebus ſoli, aut in ſolo cohærentibus, vel iis, quæ alias inter immobilia connumerantur, c. uni. in fine, de feudi cognitio. & dicemus latius infra c. 6. Adiicit poſtea Obertus cauſam formalem feudi, 13
ac docet, dari feudum, ita, ut proprietas rei immobilis apud dantem remaneat, uſusfructus in accipientem tranſeat. Vaſallus igitur proprietarius non eſt, ſed vſufructuarius, non habet dominium rei infeudatæ, ſed duntaxat uſumfructum. Et quamvis interpretes communiter contra Obertum inſurgunt ac volunt, vaſallum non uſumfructum habere, ſed utile dominium, Accurſius in l. 1. ſup. verbo, neque conductionis. C.

 de iure

de jure emphyt. Bald. in prælud. n. 23, & 24. & in cap. uni. § præterea num. 2. de capitulis Conradi. & in c. uni. § fin. num. 4. in quibus cauſis feud. amitt. Matth. de Afflict. item in prælud. num. 61. Andr. de Iſer. in cap. uni. § præterea, num. 9. de capitulis Conradi. Laudens. in c. uni. num. 13. de his qui feud. dare poſſ. Idem Laudens. in c. uni. § fin. nu. 10. in quib. cauſis feud. amitt. Jacobin. de feudis ſup. verbis, inveſtivi talē, nu. 10. Ferrarien. in forma libelli, quo agitur ad revocationem feudi, in definitione feudi. Zaſ. part. 1. num. 3. Sonsbek. part. 2. Hanneton. lib. 1. c. 2. Seyſſel. in Speculo feud. tit. de definit. feudi, in verbo, uſusfructus, ubi dicit hanc definitionem eſſe ruſticam & non elegantem: tamen verior eſt ſententia Oberti, vaſallum uſufructuarium eſſe. Nec enim eſt dominium aliquod, quod utile dicatur.
14 Priſcis quidem Romanorum temporibus duplex dominium fuit, naturale, quod in bonis dicebatur, & civile ſive legitimum, quod dicebatur ex jure Quiritium. In bonis tantùm rem habebat, cui tradita res erat, neque tamen mancipata, neque in jure ceſſa, & qui eam rem etiam non uſuceperat. Ex jure Quiritium dominus quis fiebat mancipatione, in jure ceſſione & uſucapione, Ulpian. in fragmen. tit. 1. & rurſus tit.

19. Theo-

19. Theophilus in tit. de libertinis, in Inſtit. Boetius in topicis Cicer. & hoc dominium legitimum ſibi aſſerebat is, qui vindicabat hac vulgata formula: Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe ajo. Boetius in topicis Ciceronis. Hinc illa judicis dati formula apud Ciceronem in 4. Verrina, Si paret fundum capenatem, quo de agitur, ex jure Quiritum P. Servilii eſſe. Ad hanc dominii diſtinctionem reſpicit Ictus in l. ſi mater, § eandem cauſam, de excepti, rei judica. ubi qualecunque dominium, vindicatione in judicium deduci ſcribit. Qualecunque dominium, hoc eſt, ſive dominium in bonis, ſive dominium ex jure Quiritium, ſive quod idem eſt dominium naturale ſive civile, atque ita antiquus gloſſator Johannes, hæc verba expoſuit & rectè, Cujacius in 2. obſervationum, cap. 35. Hodie ex conſtitutione Juſtiniani, hæc ſubtilis dominiorũ differentia eſt ſublata, per legem unicam, C. de nudo jure Quiritium tollen. atque ita unum duntaxat dominium ſupereſt, Civile ſive legitimum, d. l. uni. C. de nudo jure Quiritium tollend. quod vulgò in directum & utile partiuntur. Sed illa diſtinctio, in directum & utile, 15
magno errore introducta eſt, Cujac. in loco ſup. d, & magiſtrorũ eſt, non juris, Coſtalius in

l. 1.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

l.1. ſi ager vectigalis petatur, nec apud veteres uſquam legitur, ſed à D D. conficta eſt. Duaren. in 1. anniverſa. diſputat. c. 17. & contra veterum loquendi uſum, ab interpretibus noſtræ ætati propioribus eſt uſurpata, Eguinarius Baro lib. 4. de benefic. cap. 7. propter actiones ſcilicet directas & utiles, quæ dominis dantur, & iis qui uſumfructum habent, quemadmodum ex exemplis ſubjectis planum & perſpicuum faciam. Pone, Titius uſumfructum prædii ſui Sempronio conceſſit, ea lege, ut prædium melius & cultius redderet, & certam annuam penſionem præſtaret. Hoc caſu, Titius dominus prædii manet, & Sempronius uſufructuarius conſtituitur, ac proprio nomine emphyteuta dicitur. Ac datur Titio prædii ſui nomine, actio directa, Sempronio actio utilis. Et Sempronius, qui prædium emphyteutico jure tenet, interdum abſolutè & ſimpliciter dominus dicitur, ut in l. poſſeſſores, in fine, C. de fundis patrimonia. libr. 11. non quidem propriè, ſed καταχρηστικῶς, l. 1. Si ager vectigalis petatur. Sic cum Titius prædium ſuum Sempronio concedit, ea lege, ut Sempronius fidem ſibi præſtet & ſervitia exhibeat, Titius dominum prædii retinet, & Sempronius duntaxat uſumfructum conſequitur,

tur,

tur, & proprio nomine feudatarius appellatur, & competit Titio, actio directa, Sempronio, utilis, c. unic. § rei autem, in illis verbis, quaſi vindicare, de inveſtitura de re aliena facta. Dicitur tamen Sempronius feudatarius quandoque dominus, ſed abuſivè & impropriè, d. un. § rei autem, ibi, tanquam dominus de inveſtitura de re alien. facta. Quia verò unius ejuſdemque rei, duo in ſolidum domini eſſe non poſſunt, l. 5. § final. commodari ſicuti nec duo pluresve eandem rem in ſolidum poſſidere poſſunt, l. 3. § ex contrario, de acquiren. poſſ. l. duo in ſolidum, de precario, ob id interpp. duplex dominium conſtituerunt, & unum directum, ab actione ſcilicet directa, & alterum utile, ab actione utili vocarunt, idque utile dominium propter utilem vindicationem, quam vaſallus habet, interpretes vulgò vaſallo tribuunt, ut ſuprà dictum eſt. Sed quia ſine lege nihil loqui debemus, authen. de triente & ſemiſſe, colum. 3. c. illa, ibi, cum nuſquam inveniatur cautum in jure, extr. ne ſede vacante, cap. 1. in illis verbis, cum id non inveniatur à jure conceſſum, de ſupplenda negli. prælato. in 6. cap. is qui, ibi, cum id non ſit expreſſum in jure, de ſententia excommunica. itidem lib. 6. cap. conſuliſti, 2. quæſt. 5.

Tira-

Tiraquel. de pœnis, cauſa 51. num. 86. Decianus reſponſ. 1. num. 149. in 3. volum. Et qui ſine lege loquuntur, nimis altè volant ſine pennis, & ideo non mirum, ſi veluti Icarus cadant, Cagnol. in l. frater à fratre, num. 266. de condict. indebit. Et ſuperior ratio infirmior eſt quàm ut directum aut utile dominium inducere poſſit, nos cum Oberto de Orto dicemus, vaſallum in feudo uſumfru-
16 ctum habere. Et quamvis uſusfructus morte uſufructuarii finitur, § fin. Inſtit. de uſufruct. idque dubitationem non recipit, l. 3. § fin. quib. mod. uſusfruct. amit. & cum dictum eſt, ut apud heredem remaneat, mortuo primo herede, nihilominus extinguitur, & cum proprietate conſolidatur, l. antiquitas, C. de uſufruct. quamvis aliàs heredis appellatio non ſolùm ad proximum heredem, ſed & ad ulteriores ſpectat, & heredis heres, & deinceps heredis appellatione continetur, l. heredis appellatio, & l. ſciendum, de verbor. ſignific. Feudum autem ad vaſallum ejusque heredes in perpetuum pertinet, ut Obertus de Orto in definitione poſtea ſubjicit: tamen nihilominus vaſallus dicitur in feudo uſumfructum habere. Hic enim ratio propter quam uſusfructus morte uſufructuarii finitur & extinguitur, ceſſat. Ideo finitur u-

ſus-

ſusfructus morte uſufructuarii, ne proprietas in univerſum inutilis ſit, ſemper abſcedente uſufructu, § ne tamen, Inſtit. de uſufruct. & d. l. antiquitas, C. eodem. At in feudo licet feudum ad vaſallum ejusque heredes in perpetuum pertineat, non eſt inutilis proprietas. Nam vaſallus domino fidem, militiæ munera, aliaq; ſervitia, certa vel incerta, præſtare cogitur, quemadmodum Obertus in ſua definitione circa finem tradidit, & nos paulò poſt copioſiùs dicemus. Sequitur igitur vaſallum uſufructuarium eſſe, quamvis feudum in perpetuum ipſi & ejus heredibus concedatur. Et ſicuti contractus ex con- 17
ventione legem accipiunt, l. jurisgentium, § quinimò ibi, quæ legem contractui dant, de pactis, l 1. § Si convenerit, depoſiti, leg. Lucius Titius § fin. eodem, l. venditor in princ. commun. prædio, l. cōtractus, ibi, legem contractui dedit, de reg. jur. hoc eſt, certam formam, l. in conventionalibus, de verb. obligat. & ex pacto, naturam ſuam excedunt, leg. 5. § ſed ſi facio ut facias, ibi, & poteſt mandatum, l. Titius Sempronio, ibi, niſi quod ultra ſemiſſem conſecuturus eſſet, de præſcript. verb. & propter pacta pleniores fiunt, leg. 1. § quod ſi rem tibi dedi, ibi, quia plenius fuit mandatum, depoſiti; Ita quo-
que

que hic uſusfructus ex conventione formatur, plenior uberiorque redditur, & propter conventionem, à natura uſusfructus nonnihil diſcedentem, novam appellationem accipit & feudum dicitur. Sic hypotheca, antichreſis & fiducia, pignora ſunt, l. ſi tibi decem, § de pignore, de pactis, l. ſi pecuniam, de pigno. actio Paulus in 2. ſententia. tit. 13. Tiraq. in præfatio. de retractu conventio. nu. 41. quæ tamen propter diverſas conventiones, diverſas appellationes ſortiuntur. Hypotheca eſt pignus, quod nuda conventione conſtituitur, l. ſi rem alienam, § propriè, de pignorat. act. Antichreſis eſt pignus, ita datū, ut donec pecunia ſolvatur, pignore creditor utatur & fruatur in vicē uſurarum, l. ſi is qui bona §. 1. de pignor. Et de Antichreſi accipienda eſt, l. ſi ea pactione, & l. ſi ea lege, C. de uſuris, quemadmodum Conſtantinus Harmenopulus lib. 3. epit. tit. 5. oſtēdit, qui dictas leges collocavit ſub tit. de Antichreſi. Fiducia eſt pignus, quod creditor mancipatur, aut in jure ceditur, ea lege, ut ſoluta ad diem pecunia remancipetur, non ſoluta, creditori pleno jure committatur. Iſidorus libro 5. etymol. c. de rebus, Cujacius in 2. ſentēn. Pauli, tit. 13. Hæc lex fiduciæ, lex commiſſoria appellatur. Et fiduciæ

Icti

Ictiſfrequentem mentionem fecerunt, ut ex Paulo in 2. ſenten. tit. 13. videre licet. Meminerunt quoque fiduciæ alii authores. Cicero pro Flacco: hanc fiduciam commiſſam, tibi tenes. Sidonius Appollinarius libr. 4. pecuniam mutuam poſtulavit, impetravitque nihil quidem loco fiduciæ pignoriſue obligans. Ambroſius in libr. de Tobia cap. 12. hypothecas flagitat, pignus uſurpatur, fiducias vocat. Sic in l. 9. C. Theodo. de infirman. his quæ ſub tyran. fiduciæ mentio fit. Ibi enim dicitur: permaneant ſacramento terminata, pignoris atque fiduciæ obligatio perſeverent, In ff. & noſtro C. nulla fiduciæ fit mentio, propterea quòd Conſtantinus legem commiſſoriam in pignoribus ſuſtulit, in l. ulti. C. de pactis pignorum. Sed ad Obertum de Orto redeamus. Ait Obertus, uſumfructum ad vaſallum ejusque heredes in perpetuum pertinere. Verbum perpetuum, ſæpius in Ictorum libris occurrit, & non uno eodemque modo ſemper accipitur, ſed ſecundum ſubjectam materiam regulatur, gloſſ. in cap. ea enim, in verbo, perpetua, 10. quæſt. 2. Corn. conſil. 59. diu, col. 1. verſ. & verbum, libr. 2. Interdum perpetuum dicitur, quod durat ad 30. annos, § 1. inſtitut. de perpetuis & temp. actio. gloſ. in

authen.

authen. ſi quas ruinas. in verbo dentur, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Sic accipiendum eſt, quod dicitur, perpetuò quem teneri, & in perpetuum actionem dari, leg. itaque cum leg. ſequenti, de dolo, leg. ult. § hæc judicia, nautæ, caupones, ſtabularii. Nonnunquam perpetuum, ſignificat tempus, quo quis vivit. Et ſic coiri ſocietas dicitur in perpetuum, id eſt, dum vivunt ſocii, in leg. 1. pro ſocio. Quandoque perpetuum, tempus infinitum ſignificat, ut cum dicimus, exceptiones perpetuas eſſe, quia ſemper agentibus obſtant, § appellantur, Inſtit. de interdictis. Alias dicitur aliis modis, ut poſt gloſſam, quam magiſtralem vulgò appellant, Alber. & Bald. notarunt, in leg. 1. pro ſocio, Bald. in leg. ult. in princ. in prima lectura, de conſtit. Princip. Wurmbſe. in practic. obſervat. tit. de V. S. obſer. 14. Cotta in memorabilib. in verbo, perpetuum. Hic ratione heredum intelligitur, & vel de deſcendentibus loquimur, & pertinet feudum ad deſcendentes vaſalli in infinitum: aut loquimur de tranſverſalibus, & fit ſucceſſio uſq; ad ſeptimum gradum, vel etiam in infinitum, quemadmodum infr. cap. 7. in ſecundo modo, quo feudum acquiritur, circa finem explicabitur.
19 Non tantùm autem ad maſculos heredes, ſed etiam ad fœminas

ias feudum pertinet, ſed iis nomina- dictum fuerit, quemadmodum Ober- hic affirmat. Recte inquit, ſi de iis no- natim dictum fuerit. Nam fœmina in do non ſuccedit, niſi ſpecialiter dictum rit, ut feudum ad fœminas quoque tran- et, c. uni. § hoc autem notandum eſt, de his i feud. dar. poſſ. cap. uni. § filia verò non ccedit, de ſucceſſione feudi, c. un. in fin. de udo Marchiæ vel ducatus. Idque fit multis caufis. Primùm, quia feuda propter ſer- tia militaria præſtantur, ad quæ vaſallus ju- jurando ſe adſtringit, c. 1. § item qui domi- um, quæ fuit prima cauſa bene. amitt. c. un. nova forma fidelita. Mulier autem mili- ria munera obire non poteſt, Bald. in l. fin. u. 1. & 7. C. de ſuis & legit. Jacobin. de feu- is ſupr. verbo, Marchio, nu. 4. Alexand. cõſ. o. viſo inſtrument. colu. 2. verſic. ſed præmiſ- is, lib. 5. Matthæ. de Afflict. in deciſio. Neapo- ita. deciſion. 320. Cravet. conſ. 6. num. 77. Roland. à Valle, conſ. 41. num. 11. in 4. volum. quod ipſum Homerus quoque, quem Ju- ſtinianus in conſtitutione omnem ff. præ- fixa, omnis virtutis patrem appellat, & in § ſed jus quidem civile, Inſtit. de jure na- tura. gent. & civil. egregium vocat. libr. 6. Iliados aſſerit, ubi tradit: Telam & colum

& ancillarum curam eſſe mulierum propria, bella autem virorum, his verbis:

ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα, τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε, ἱστόν τ' ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε ἔργον ἐποίχεσθαι, πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει πᾶσιν. Ovidius:

*Colum*que

I cape cum calathis & ſtamina pollice torque,
Bella relinque viris.

Hinc Varro lib. 4. de ling. latin. Martē dictū tradit, quod maribus in bello præeſſet, & Plato in Cratylo, *ἄρην*, hoc eſt, Martem, dictum putat ἀπὸ τοῦ ἄρρενος, hoc eſt, à mare, quaſi bella viris peculiariter conveniant, non fœminis. Deinde vaſallus iurat, ſe bonum cõſilium domino ſuo præbere velle, c. 1. de for. fidel. Mulierum verò conſilium, fragile eſt, & infirmum, quia, ut Bald. inquit, ter mulier in hora mutatur, d. l. ult. num. 7. verſ. die quod mulier, C. de ſuis & legit. Jacobin. in d. verbo, Marchio. nu. 4. Alvarot. in c. un. § & quia colum. ult. de his qui feud. dar. poſſ. Et ſecundùm Accurſium mutabile eſt mulierum conſilium, in l. 1. C. de confirman. tutore, & mulieres naturaliter ſunt mobiles & inconſtantes, Alber. in l. filia in orbitate, C. de inoffic. teſtam. Hoc ampliùs, vaſallus iurat, non re-

non revelare ſecreta domini, c. 1. de forma fidel, c. 1. de nova forma fidel. Mulier autẽ facilè ſecreta revelat, quemadmodum Papirii mater, à filio decepta, oſtendit; Gell. lib. 2. c. 23. Lactantius lib. 3. c. 22. & Portia, Catonis Vticenſis filia, apud Plutarchum in vita Bruti fatetur, muliebrem ſexum fragilem eſſe ad arcana ſervanda. Ideoq; Ariſtote: in 5. polit. c. 11. tradit, tyrannidem diutius conſervari, ſi mulierib9 detur facultas vagandi per domos, ut conſilia virorum enuncient. Denique mulier in feudo non ſuccedit propter rationem publicæ honeſtatis, quæ ſuadet, ne mulier contra pudicitiam ſexui congruentem, l. 1. § ſexum, de poſtulando, cœtibus virorum ſe immiſceat, maximè quando eſt illuſtris; l. ſi qua illuſtris, C. ad Orficianum, Bald. in d. l. fin. num. 7. C. de ſuis & legit. Jacobin in d. verbo, Marchio, nu. 5. Periculoſa quippe eſt ſexuum commiſtio, c. definimus 18. quæſt. 1. Matth. de Afflict. in conſtit. Neapo. Rubr. 97. lib. 1. Ideoque Speculator in tit. qui filii ſint legitimi, § 1. verſic. quid ſi viro abſente, ſcribit, virum cogere poſſe vxorem, ut ſe domi contineat. Inde etiam mulier focaria videtur appellari, quòd focum viri ſervare debeat, lege quæſitum, § Trebatius, & § ſequenti, l. ſi ita te-

ſtamento, de inſtructo vel inſtrumento lega. l. 3. C. de conditio. infert. & Græci mulierem οἰκοδέσποιναν vocant, quod domui debeat præeſſe. Inde in monumentis antiquis hoc mulierum elogium: domum ſervavit, lanam fecit. Fornerius in l. 46. de verbor. ſignific. Et facit huc l. 2. C. de his qui veniam ætat. impetriar. ubi dicitur, fœminas cœtui publicè ſe demonſtrare non debere. Concordat. text. in c. indemnitatib. § porrò, verſ. ſed cum eas, de electio. libr. 6. & in c. mulieres, de judic. eodem libr. 6. ibi dicitur, mulieres vagari non convenit, nec virorum cœtibus immiſceri. Superioribus rationibus & alia additur, ut videre licet apud Baldum, in d. l. fin. & apud Jacobin. in d. verbo, Marchio, num. 4. Chaſſaneum in conſuetudinibus Burgund. Rub. 3. *des fieds* § 5. num. 28. & 29. Franciſc. Curtium in 3. parte in princ. nu. 1. Roland à Valle conſil. 41. nu. 1. in 2. volu. & conſ. 41. nu. 11. in 4. volum. Laudenſ. in c. uni. § & quia vidimus, qui feud. dar. poſſ. Poſtremò Obertus de Orto in definitione addit cauſam finalem, propter quam feudum datur vaſallo. Datur ideo feudum, ut vaſallus fideliter domino ſerviat. His verbis duo Obertus

20 exprimit. Primùm, vaſallum debere eſſe fidelem ſuo domino. Fides integram & per-

fectam

Digitized by Google

fectam continet fidelitatem, & ea omnia comprehendit, quæ in ſpecie in c. un. de nova form. fidelit. exprimuntur. Eſtque ſola de ſubſtantia feudi, Roland. à Valle conſ. 50. nu. 8. in 3. volum. Math. de Afflict. deciſio 129. num. 2. Roland. à Valle conſil. 1. num. 8. in 4. volum. Paris de Puteo, de redintegratio. feud. c. 8. num. 17. & c. 267. num. 4. Roland. à Valle conſ. 85. num. 6. in 4. volum. & ideo pacto remitti non poteſt, Hanneto. lib. 4. c. ult. Duaren. c. 2. num. 3. Sonsbek. in 2. part. num. 34. Baro. libr. 1. de jure benef. tit. 4. Seyſſel. in Spec. feud. in poſtremis verbis definitionis. Traditum enim eſt, quòd pacta contra ſubſtantiam contractus interpoſita nullius ſunt momenti, l. cum precario, & ibi Bart. de precario: Et non tantum fides per directum vaſallo remitti non poteſt, ſed nec per obliquum. Quod enim directè fieri prohibetur, nec per indirectum fieri poteſt, l. ult C. ſi mancipium ita venierit ne proſtituatur, c. deteſtanda, de præben. libr. 6. Si ergo ita convenerit, ne vaſallus cadat feudo propter feloniam, conventio nullius erit momenti, Laudenſ. in cap. un. in princ. num 23. de his qui feud. dare poſſ. Bald. in l. 1. verſic. quinquageſimo ſecundo quæritur, num. 43. de rer. diviſ. Jacobin. de feudis ſup. verbis, qui

quidem inveſtiti, num. 71. Iaſon in prælud. num. 29. Franciſc. Curt. in 1. part. queſt. 7 num. 3. Hoc enim pacto invitatur vaſallus ad delinquendum. Et pacta, quæ invitant ad delinquendum non valent. l. illud convenire, de pactis dotalib. l. ſi vnus; § pacta quæ turpem cauſam, de pactis. Sanè vaſallo iuramen-
21 tum fidelitatis pacto remitti poteſt, c. un. § fin. per quos fiat inueſtitura, c. uni. § 1. quæ fuit prima cauſa bene. amittendi, Laudenſ. in c. vn. num. 15. in quib. cauſ. feud. amitt. Paris de Puteo de redintegra. feud. c. 8. num. 208. Et hoc plerumque fit; cum feudum modicum eſt; Matth. de Afflict. in prælud. feudo num. 42. Et tenetur nihilominus vaſallus domino ſuo ad omnia, quæ in iuramento fidelitatis continentur. Iuramentum; enim duntaxat remiſſum eſt, non quod iuramentum continet; Thomas de Marinis tit. 16. num. 7. Et hic vaſallus; cui pactione iuramentum fidelitatis eſt remiſſum, dicitur vaſallus per non ſacramentum in c. vn. in fine, qualiter domin. proprieta. feudi privetur. Ac de iuramento fidelitatis accipiendum eſt, quod Obertus ſcribit; pacto acquiri poſſe ita feudum, ne fidelitas præſtetur; c. vn. § 1. ibi, ſunt enim quædam feuda. quæ fuit prima cauſa beneficii amitten.

mitten. Ac meritò huiuſmodi conventio toleratur. Nam licet nonnulli hominum faciles ſunt ad iurandum contemptu religionis; tamen alii perquam timidi inveniuntur, metu divini numinis, uſque ad ſuperſtitionẽ, l. 8. § 1. de condit. Inſtit. Primùm igitur ad hoc feudum vaſallo concreditur, ut fidem domino præſtet. Deinde Obertus ſignificat 22
dari etiam idcircò feudum, ut vaſallus domino ſerviat. Servire aliud eſt, quàm ſervum eſſe, l. vxori, § ult. de uſu & uſufr. legato. Ibi dicitur, non proprietatem ſervi, ſed uſumfructum duntaxat relictum eſſe, quando teſtator dicit, ſervum meum Semproniæ concubinæ meæ ſervire volo. Et vaſallus, ut Obertus inquit, domino feudi ſervit, non autem eſt ſervus domini feudi, Laudenſ. in cap. uni. in prin. num. 53. de his qui feud. dar. poſſ. Et ſi placeat, vaſallum ſervum vocare, non erit ſervus ἐν κτήσει, qualis deſcribitur in l. ſervorum de ſtatu hominum, in l. 1. & 2. de his qui ſui vel alien. iur. & in titul. de iure perſonarum in Inſtit. ſed ἐν ὑποτάξει. Ita enim Stoici ſervos diſtinguunt apud Diogenem Laertium in Zenone. Sic qui vaſallo feudum dedit, dominus vaſalli dicitur, cum hic in definitione feudi, tum in iu-

ramento quod vaſallus præſtat, c. unic. de nova form. fidelit. & alibi ſæpè, non propterea quòd dominium vaſalli habeat, ſed quia vaſallo, tanquam ſubdito, defenſionem & protectionem debet, quemadmodum Sylvanus explicat in tractat. de feudi recog. quæſt. 109. n. 9. quamvis etiam dicere poſſimus, idcircò eum dominum appellari, quòd vaſallus agnoſcit rei infeudatæ dominium, id eſt, proprietatem, ut Neratius Ictus interpretatur, in l. ſi procurator, de acquir. rer. domin. apud eum eſſe, & ſe non niſi uſumfructum habere, cujus nomine ſervitia ipſi
23 exhibeat. Per ſervitia autem non tantum militaria ſervitia intelligimus, de quib. textus ſunt in c. uni. verſ. & ſi contigerit, de nova forma fidelit. & in c. un. in pr. hic finitur lex, vel etiam illa duntaxat ſervitia, quæ in juramento fidelitatis ſunt expreſſa, d. c. unic. de nova form. fidel. Sed etiam alia quæcunq;, dummodò ſint honeſta, Petr. de Bella Perti. de feud. t. 1. Jacobi. de feud. ſup. verbis, & promiſerunt, num. 30. verſ. quintò excuſatur. Ferrar. in forma Libelli, qua agitur ad revocat. feud. ſup. verbis, coram vobis, num. 2. & à vaſallo citra dignitatis læſionem præſtari poſſint, Jacob. de Ardiz. in epitom. feud. cap. 69. § poteſt etiam excuſari, Jacobi. de

de feudis ſup. verbis, qui quidem inveſtit, num. 67, ibi, quid ſi vaſallo ſuperveniat dignitas, & in d. verſ. quintò excuſatur. Si inhoneſtum ſervitium dominus exigat, puta ut vaſallus hominem occidat, furtum faciat, in lupanari (quod in multorum honeſtorum virorum prædiis exercetur, leg. ancillarum, in fine, de petit. hered.) domino miniſtret, non tenetur vaſallus domino, hujuſmodi ſervitia exigenti, obedire, argumento eorum quæ traduntur, in l. generaliter, de verbor. obligationib. leg. ſi remunerandi, § rei turpis mandati. Ferrar. pract. in forma libelli, qua agitur ad revocationem feudi ſuper verbis, corā vobis, nu. 2. Sic quoque, ſi dominus jubeat vaſallum nobilem calcem vel lapides ad caſtrum portare, opus aliquod extruere, aut ſimile quid facere, quod vaſallum facere non deceret, excuſabitur vaſallus, ſi illud non fecerit. Et, ut paucis dicam, tale ſervitium dominus vaſallo imponere debet, quod utrique conveniat. Jacob. de Ardiz. in d. c. 69. Illud notandum eſt, quod va- 24
ſallus tunc demum ſervitia domino præſtat, cùm dominus ſervitia ab illo exigit, irrequiſitus ſervire non tenetur, cap. unic. § licet, ſi de feud. defuncti contentio ſit inter domi. & agnat. c. uni. § ad hoc, hic finitur lex, &c.

c.vn. § final.an ille,qui interfecit fratrem domini ſui, feudum amittat, Laudenſ, in de. c. vn. in princ. nu. 19. ibi, vaſallus non tenetur præſtare ſervitium, de his qui feud. dare poſſunt, Jacob. de Ardiz. in epit. feud. c. 67. Jâcobin. de feud. ſup. verbis & cum pacto, quod dicti vaſalli, num. 6. ibi, addite quod vaſall9 Jacob de Belvi. in d. c. vn. § licet, & ibi quoque, Matth. de Afflict. And. de Iſern. & Præpoſitus, ſi de feudo defuncti cõtentio ſit Ferrarien in dictis verbis, coram vobis, num. 3. Ibi, item feudum non requirit, quod debita ſervitia offerant, Paris de Puteo, de redintegrat. feudo. c. 10. num 12. & c. 48. num. 3. Ex commodo enim domini, ſervitia ſunt præſtanda, quemadmodum de liberto dicitur, qui patrono operas promiſſas non antè debet, quàm fuerint indictæ, leg. ſi quis hac lege, § iudicium leg. cùm patronus, leg. quoties de operis libert. leg. interdum, § item ſi operas, de verbor. oblig. Si tamen vaſallus intelligat, domino inſidias ſtrui, aut magnum aliquod periculum ipſi imminere, etiam non requiſitus ſe coràm domino ſiſtere, & ſervitia domino offerre debet, d. cap. uni. § licet, ſi de feudo defuncti &c. Et ſi vaſallus longiſſimo tempore nullum ſervitium domino præſtitit, ut quia dominus ſervitio

non

non indigebat, non propterea dicitur præſcripſiſſe libertatem non ſerviendi, niſi fortè requiſitus negaverit ſervitia præſtare, Alvaro, in c. un. § 1. in 2. notab. ſi de feudo fuerit contr. Bellon. conſ. 1. num. 16. Bart. in l. in filiis, num. 21. C. de decurion. libr. 10. Andreas Geil, in pract. obſervat. libr. 2. obſervat. 60. nu. 40. Roland. à Valle conſ. 53. num. 29. in 2. volum. & conſ. 41. num. penult. & ult. & conſ. 48. num. 45. cum ſequent. in 4. volum. Paris de Puteo, de redintegrat. feud. c. 65. nu. 6. Per negationem ſervitiorum, conſtituitur vaſallus in quaſi poſſeſſione non ſerviendi, & ex illo tempore præſcribit ſervitia contra domum, interveniente patientia domini, per tempus ad præſcribendum ſufficiens, Roland. à Valle conſ. 22. num. 20. cum ſequent. & d. conſ. 53. num. 29. in 2. volum. quemadmodum in titulo, quæ ſunt regalia, infr. latiùs dicemus. Sed hîc dubitari poteſt, 25
cujus ſumptibus & expenſis vaſallus ſervitia domino præſtare teneatur. Et quidem, ſi in inveſtitura expreſſum fuerit, cujus ſumptibus & expenſis vaſallus ſervire debeat, ſtandum erit inveſtituræ verbis. In materia enim feudali, tenor inveſtituræ, qui derogat omni naturæ feudorum, ſervandus eſt. Et hæc in feudis una maxima eſt, Lau-

 denſ.

denſ.in c.uni.num.5.de his qui feud.dar.poſſ. & in c.uni. § quin etiam, nu. 8. Epiſcop. vel Abbat.feud. dare non poſſe, Jacobin.ſup. verbo, Marchio, nu.2.ibi, in materia feud. accipe unam maximam, eaque mente tenenda eſt, Bald. in c. uni. ibi, propter tenorem inveſtituræ, de duobus fratribus, à capita inveſtit. & ad eam ſemper recurrendum eſt, Bald. in leg. quoties, colu. 1. C.de ſuis & legit. & in prælu. feud. in 4. diviſion. Roland. à Valle conſ. 67. in princ. in 1. volu. & conſ. 41. nu. 3. in 2. volu. nec ab ea eſt recedendum, Bald. in c. un. verſ. porrò ſi dominus, de feudo Guardiæ. & in c. uni. § denique, quæ fuit prima cauſa benef. amit. Roland. à Valle conſ. 60. num. 15. in 1. volu. Tenor namque inveſtituræ potior eſt omni natura feudorum, eumque non reſtringere, ſed indefinitè, prout verba ſonant, interpretari, Bald. in conſil. 251. conſiderandum eſt, quòd quando emphyteuſis, libr. 2. Tiraq. in l. ſi unquam, ſuper verbo, libertis, num. 9. C. de revocand. donat. Roland. à Valle conſ. 79. nu. 38. in 2. volu. Schurff. conſ. 98. num. 1. 2. & 3. in 1. cent. & conſ. 31. num. 1. in 2. centur. & conſ. 21. nu. 15. & 16. in 3. cent. Zaſ. conſ. 12. nu. 59. libr. 1. Henning. Göde. conſ. 27. nu. 2. & conſ. 104. num. 14. Franciſc. Curt. in 1. par. tract. feud. quæſt. 6. n. 29. Roland. à

Val-

Valle, conſ.53.num.1.2.3. & ſequent.in 3. volum. Idem conſil.3.num.5.& in 4. volu. Paris de Puteo de redin.feud.c.30. num.12.& c.94. nu.14.Hartman.Piſtor.lib.2.quæſt.1.nu.3. & 4. Et cum in materia feudorum conſulere volumus, benè inſpicere debemus, Laudens. in c.un.nu.4. de fratri. de novo benef.inveſt. Et ſi plures inveſtituræ proferantur, ſemper prima inveſtitura, tanquam radix omnium attendenda eſt, Bald.in c.1.colum. 2. de eo qui ſibi vel hered.ſuis, Caſtrenſ. conſ. 142. incipiente, videtur dicendum, maximè circa finem, lib.2. Decianus reſpon.24.nu.6. & 71.in 1. volu. Et ſecunda inveſtitura intelligitur facta ſine præjudicio jurium tertio acquiſitorum, ex prima inveſtitura, ut per gl.ult. in l.3. § bonorum, de bon.poſſ.& in l.2. § meritò, ne quid in loco publico, & ita in terminis conſuluit Caſtrenſ.conſ. 72. in cauſa appellationis, num. 2. in 2. volum. & Bald. conſ. 215. proponitur, quod inveſtituræ lib. 2. ubi dicit, quòd ſi in prima inveſtitura vocati ſunt maſculi & fœminæ, & poſtea unus ex maſculis ſecundam accepit inveſtituram pro maſculis tantùm, iſta ſecunda inveſtitura intelligitur ſine præjudicio fœminarum. Nec n. tenor inveſtituræ, in prejudicium aliorum mutari poteſt, Bald. in cap.1.§ fin.de feudo Guard. Decianus

cianus reſpon. 73. num. 49. cum ſequent. in 2.
26 volum. Quod ſi in inveſtitura de ſumptibus nihil convenerit, tunc qualitas feudi diligenter inſpicienda, & ex qualitate feudi definiendum eſt, utrum vaſallus propriis ſumptibus, an verò domini expēſis debeat ſervire. Nam ſi vaſallus habet feudum pingue, amplum & magnum, ut facile ſumptus ſuſtinere poſſit, ſuis expenſis ſervitia domino præſtabit. Si feudum fuerit tenue & parvum, ut vaſallus vix ſeipſum inde alere poſſit, præſtandi erunt vaſallo ſumptus à domino, argumento ducto à liberto & patrono ad vaſallum & dominū, l. ſuo victu, cū duabus ll. ſequent. de oper. libert. Jacob. de Ardiz. in epit. feud. c. 5. cujus expēſis debeat ſervire vaſallus, Petr. Jacobin. in pract. de cauſis, ex quibus vaſallus debet amittere feudum, nu. 12. ibi, ſi eſſet pingue feudum, Jacobin. de feud. ſup. dictis verbis, & promiſerunt, nu. 1. § ſecundo quæro. Ibi Jacobin. addit: id quod dictum eſt, vaſallum ſuis ſumptibus ſervitia præſtare debere, tunc procedere, cùm dominus ſervitia à vaſallo exigit, intra patriam ſive territoriū ſuum. Si extra territorium dominus voluerit vaſallum ſibi inſervire, ſerviet vaſallꝰ quidem, ſed impenſis domini, quod etiam Wurmſerus tradidit, in pract. obſe. tit. de feud. obſ. 38. quam-

vis

vis multi contrarium teneant, Vaſq.lib.1. cõtroverſ.illuſt.c.6.nu.4. Et quando feudũ dicatur tenue & parvum judicis arbitrio relinquendum eſt, Menoch, de arbitra. judi. quæſt. libr. 2. cent. 3. caſu 214. Illud notandum eſt, quòd vaſallus qui inter ſerviendum equum amittit; aut arma, equum aut arma à domino repetere non poteſt; Caſus. n. fortuiti ad vaſallum, non ad dominum ſpectant, Ferrar. in forma libelli, ad revocationem feudi ſup. verbis, contra debitum, nu. 9. Reſtant in de- 28 finitione Oberti de Orto explicanda hæc verba: Sive ſervitium illud nominatim, quale eſſe debeat, ſit expreſſum, ſive indeterminatè ſit promiſſum. Significat Obertus his verbis, interdum in genere ſervitia deberi, interdum in ſpecie. In genere debentur ſervitia, cum indeterminatè promiſſa ſunt, hoc eſt, cum non ſunt certa ſervitia in feudi conceſſione expreſſa, quæ vaſallus præſtare Domino ſuó debeat, ſed ſimpliciter & abſolutè dictum eſt, ut ſervitia præſtarentur. Et tunc, ut ſuprà monui, ad quæcunque ſervitia honeſta vaſallus eſt obligatus. Verba enim generalia, generaliter intelliguntur & operantur, leg. regula. § ult. de jur. & facti ignor. l. 1. § cum urbem, de offic. præfect. & urb. omnia comprehendunt, l. Julian. de le-

ga. 3.

ga. 3. l. à procura. C. mandat, etiamſi major ſit ratio in uno, quàm in alio, Socin. in l. 2. § ex his, de verbor. obligat. Tiraquel. in præfat. l. ſi unquam, num. 117. cum ſeqq. C. de revoc. don. & tract. de utroque retractu. § 1. gl. 14. num. 96. & rurſus num. 101. & 102. Non poteſt tamen dominus immoderata ſervitia à vaſallo exigere, ſed duntaxat moderata, argumento patroni, leg. ſi libertus ita, de oper. libert. Ibi lctus Celſus dicit, ſi libertus juraverit, dare ſe velle patrono tot operas, quot arbitratus fuerit, non aliter tantum fore arbitrium patroni, quàm ſi æquum arbitratus ſit. Hæc enim, inquit lctus, eſt mens liberti, ut ſperet patronum rectè arbitraturum, non quod ipſe velit immodicè obligari. Laudenſ. in c. un. nu. 14. in quibus cauſis feud. amitt. Jacob. de Ardiz. in epit. feud. c. 67. Ibi, non debet dominus nimis eſſe auſterus vel acerbus, ſed moderatus. In ſpecie autem ſervitia debentur, cùm nominatìm in inveſtitura dictum eſt, quæ & qualia ſervitia vaſallus præſtare debeat. Verbi gratia: Si dictum ſit, ut vaſallus diebus dominicis uxorem domini ſui ad templum euntem comitaretur, c. un. § fin. quid ſit inveſtitura. Jacobin. de feud. ſup. verbis, qui quidem inveſtit. num. 65. aut ut vaſallus certis diebus in men-

menſa domino miniſtraret, Laudenſ. in cap. uni. num. 12. in quibus cauſis feud. amitt. aut ut vaſallus tempore belli domino unum vel duos equos armatos ſuppeditaret, Jacobin. de feud. ſup. verbis, & promiſerunt, num. 28. feudum ad certum & determinatum ſervitium dicitur datum, & hoc caſu vaſallus ad hæc tantum ſervitia, non etiam ad alia præſtanda, obligatus eſt, argum. l. ult. C. de pact. conven. tam ſuper dote, &c. l. maritus, in fin. C. de procura. l. cum de lanionis, § penult. de inſtructo vel inſtrum. legat. Jacob. de Ardiz. in epito. feud. cap. 33. Jacobi. de feud. ſup. verbis dictis, & promiſerunt, num. 28. Petrus Jacobi. in pract. de cauſis, ex quib. dominus debet amitt. proprietatem, in 7. feud. diſtinct. Et huc facit vulgata juris: Incluſio unius, alterius eſt excluſio. leg. cum prætor. cum ſimilibus de judiciis, Cravet. conſ. 111. num. 4. & conſ. 156. num. 5. Hinc non immeritò dubitatur, utrum vaſallus domino ſervitia præſtare teneatur, ſi dominus vaſallo feudum dederit, nulla ſervitiorum facta mentione. Et quidem dicendum videbatur, ſervitia nulla deberi, propterea quòd Obertus in ſua definitione exigit, ut ſervitia nominatim exprimantur, vel indeterminatè promittantur. Et hanc negativam par-

partem defendit ſummus feudiſta Andr. de Iſern. c. uni num. 89. 10. & 11. in quibus cauſis feud. amitt. Præpoſitus contra, in d. c. vn. num. 1. § ſed quid ſi dominus dat feudum, ſimpliciter, tradidit hoc etiam caſu; cùm in conceſsione feudi ſervitiorum nulla facta eſt mentio, ſervitia eſſe præſtāda. Et hæc ſententia verior eſt, ut dicit Matt. de Afflict. in d. c. vn. num. 46. cum ſequ. eamq; probavit Laudenſ. in. d. c. vn. nu. 13. & confirmari poteſt ſequenti ratione: De natura feudi eſt, vaſallus ſervitia domino præſtet, c. vn. § firmiter, de prohib. feud. alien. per Frider. Præpoſitus in d. c. vn. num. 1. & ibi Matth. de Afflict. num. 49. & Laudenſ. d. nu. 13. Quæ autem rei naturaliter inſunt, tacitè veniunt, licet non exprimantur; & in contrahendo quod agitur, pro cauto eſt habendum, l. 3. de reb. creditis. Et natura rei attendenda eſt, & ſecundum illam facienda interpretatio; etiamſi proprietas verborum repugnet, Bald. in l. final, Cod. commun. dividund. & potius tolerari debet, ut improprietur natura verborum, quàm natura rerum, ut idem Baldus inquit, conſ. 457. colum. 1. in 3. votum. ex quo id refert Tiberius Decianus reſpon. 57. num. 61. cum ſequent. in 1. volum. Inde ſequitur ſervitia deberi, etſi eorum mentio

mentio nominatim, vel indefinitè in inve-
ſtitura facta non fuerit. Et ſi vaſallus deceſ- 30
ſerit pluribus heredibus relictis, ſinguli he-
redes præſtabunt ſervitia pro parte, ſi ſervi-
tium quod dominus exigit, ſit dividuum.
Paris, de Puteo, de redintegrat. feudo, cap.
37. num. 6. Si individuum fuerit, ut ſi vaſal-
lus cum domino debeat ire in bellum, ſin-
guli heredes ad ſervitiorum præſtationem
in ſolidum tenentur, argument. eorum quæ
traduntur in l. heredes, § an ea ſtipulatio. fa-
mil. herciſc. l. 2. § ex his igitur, de verbor.
obligatio. & in l. 1. C. ſi certum petetur. Ve-
rùm hoc poſteriori caſu ipſi heredes per u-
num poſſunt ſervire, quia omnes uni vaſal-
lo ſucceſſerunt, argument. l. cùm fundus in
fine, de conditio. & demonſtratio. Atque ita
Andr. de Iſernia tradidit, in c. unic. § omnes
filii, num. 2. & ibi Alvarott. quoque, num. 7. ſi
de feudo defuncti contentio ſit inter domin.
& agnatos vaſalli, Jacobin. de feud. ſup. ver-
bis, qui quidem inveſtiti. num. 23. Chaſſa-
næ, in conſuetud. Burgund. Rubric. 3. *des fieds.*
§ 7. n. 4. Sic, ſi dominus fuerit mortuus, 31
pluribus heredibus relictis, vaſallus ſingu-
lis domini heredibus, pro portionibus here-
ditariis ſerviet, ſi ſervitium diviſionem re-
cipiat. Si tale ſit ſervitium, quod dividi

non poſſit, vaſallus uni ex heredibus, cui volet, ſervitium præſtabit, Andr. de Iſern. in d. cap. unic. § omnes filii, num. 5. verſ. ſed quomodo tunc vaſallus præſtabit ſervitium, & ibi Alvarot. num. 10. ſi de feudo defuncti, &c. Jacobin. ſup. dd. verb. qui quidem in-
52 veſtit. n. 30. Et benè faciet vaſallus, ſi hoc poſteriori caſu, majori natu & ſeniori ſervitium exhibeat, Bald. in l. 1. quæſt. 23. de rer. diviſ. Majores enim natu, junioribus ſunt honoratiores, l. ſemper, de jure immuni. Et apud antiquiſſimos Romanorum, ætati præſtantior honos tribuebatur, quàm generi aut pecuniæ, majoreſque natu à minoribus colebantur, ad Deum propè & parentum vicem, Gellius libr. 2. cap. 15. & ut Plato in 9. de ll. inquit, ſeniores non parvo intervallo junioribus præferendi ſunt, apud Deum & apud homines, quod Græci ipſo nomine ſenectutis indicare voluerunt. Illis enim ſenectus, quæ ſapientiam auget, & dat maturiora conſilia, Iſidor. lib. 11. origin. tit. de ætatib. hominum, unde & Plato, lib. 3. de ll. inter ſeptem rationes, quæ ad dignitatem imperandi faciunt, tertiam ſenectutem poſuit, γῆρας dicitur, quaſi γέρας, quod honorem & præmium ſignificat. Tiraq. in præfat. de jure primigen. nu. 87. Hinc & Lycurgus in

12. lege

12. lege, quam Lacædemoniis tulit, maximum honorem, non divitum nec potentum, ſed pro gradu ætatis, ſenum eſſe voluit, Thom. Grammat. conſilio civili 6. num. 10. & ex ſententia gloſſæ, teſtes ſeniores ſunt præferendi junioribus in leg. cum quid, ſi certum petat. Matth. de Affict. in prælud. conſtit. Neapoli. quæſt. 26. num. 4. Et conſilia ſenum plus juvant Rempublicam, quàm bellantium arma, Matth. de Affict. in conſuetu. Neapo. Rub. 8. de cultu pacis, num. 4. lib. 1. Et ſeniores debent in ſeſſionibus præferri junioribus, l. 2. ibi, ſit igitur ſedes prior, C. de præfect. præto. libr. 12. Decianus latè reſpon. 21. num. 60. cum ſequent. in 1. volum.

CAPUT II.

DE ORIGINE FEUDORUM ET DE COMPILATORIBUS juris feudalis.

1. *Principium eſt notiſſima pars, imò dimidium totius.*

2. *Origo ſeudorum à Longobardis deſcendit, ſecundùm communem Dd. ſententiam.*

3. *Alii feuda ad clientelas Romanorum referunt.*

4. *Clientelæ Romanorum differunt à feudis.*

5. *Nonnulli feuda militias eſſe volunt, quarum frequens in jure eſt mentio.*

6. *Militia quid ſit.*

7. *Militiæ armorum ſive telorum.*

8. *Scholæ in Romano Imperio undecim fuerunt, in quibus arma fabricabantur.*

9. *Definitio caſus militiæ.*

10. *Caſus militiæ commune militantium placitum, itemq; ſchola placitum appellatur.*

11. *Quidam feuda à militia armata deducunt, eaq; referunt ad prælia ab hoſtibus capta, quæ militibus aſſignabantur.*

12. IACO-

12. *Iacobus Cujacius feuda refert ad ea, quæ de hominibus in jure civili dicuntur, & quos vocamus vaſallos, Romani homines appellârunt.*
13. *Allodia ſive alodia quæ dicantur, quævè nominis ſit ratio.*
14. *Bona in dubio præſumuntur allodialia eſſe.*
15. *Vaſallus dicitur à Germanico Geſell; quod comitem ſignificat.*
16. *Homagium quid ſit, & unde dicatur.*
17. *Felonia ſignificat omnem improbitatem vaſalli. Nomen ipſum ex Græco ſonte deſcendit.*
18. *Felonia aliàs aſtalium dicitur.*
19. *Sacramentales qui dicantur.*
20. *Sacramentum ſignificat Iusjurandum, itemque pecuniam, quam litigantes in ſacro deponebant.*
21. *Morganatica eſt donatio propter nuptias, & ibi nominis hujus ratio traditur.*
22. *Matrimonium ad morganaticam ſive lege Salica contractum.*
23. *Salicæ leges quo tempore latæ & unde dictæ ſint.*
24. *Hoſtenditiæ ſunt reditus, quos vaſalli domino præſtant, cùm in militiam cum domino non eunt.*
25. *Hoſtes dicuntur ab hoſtiendo, id eſt, æquando.*

26. *Pares curiæ qui ſint, & quomodo aliàs appellentur.*

27. *Breve teſtatum quid ſit, item quid ſint breves, ſive brevia.*

28. *De compilatoribus & authoribus juris feudalis.*

29. *Gerhardus Niger & Obertus de Orto, ſapientes & conſules Mediolanenſes fuerunt.*

30. *Conſuetudines feudales legum vim habent.*

31. *Conſuetudines feudorum non poſſunt allegari ad deciſionem aliarum rerum non feudalium, idque multis exemplis declaratur.*

32. *Iura feudalia quandoq; fundantur in ratione naturali, & tunc ad deciſionem aliarum cauſarum, rectè allegantur.*

33. *Exempla jurium feudalium, in ratione naturali fundatorum.*

EXpoſita definitione feudi, neceſſariò originem feudorum repetendam exiſtimavi, non quia velim verboſos cõmentarios facere, ſed quòd in omnibus rebus animadverto, id perfectum eſ-
1 ſe, quod ex omnibus ſuis partibus conſtat. Et
certè cujuſq; rei potiſſima pars principiũ eſt,

l.1.

l. 1. de origine juris. Imò principium dimidium eſt totius, ut antiquum proverbium habet, cujus meminit Plato in 6. de ll. Ariſtot. lib. 10. problematum, c. 15. & 5. Politicorum, c. 4. & in 1. Ethicor. c. 7. Seneca in Epiſtola ad Luciliũ 34. Auſonius in Epigram. ad Cupidinem, & Horatius in epiſtolis, dum inquit: dimidium facti, qui benè cœpit, habet, Tiraq. in l. ſi unquam, ſup. verbis, omnia vel partem, nu. 9. C. de revocan. donatio. Corraſ. in d. l. 1. ſuper verbo, principium. Et cognitis principiis, reliqua facilius intelligetis, Cice. pro Cluentio. Extant autem diverſæ opiniones, 2
de feudorum prima origine. Complures putant Romanorũ legibus de feudis nihil cautũ reperiri, ſed feuda à Longobardis originẽ traxiſſe, And. de Iſern. in prælud. nu. 41. cum duobus ſeqq. verſ. quartò dubitatur & quæritur, & ibi Matthæ. de Afflict. nu. 27. verſ. venio nunc ad tertiam quæſtionem, Jacob. de Belui. in c. unic. § fin. ibi, ſed cum jure Romanorum non tractetur de feudis, de his qui feud. dare poſſ. Laudens. in d. c. unic. in prin. num. 24. de his qui feud. dare poſſ. Montan. libr. 1. feudo. cap. 1. verſ. nuperum itaq; inventum, Duaren. cap. 3. de feud. circa fin. Idem libr. 2. de benefic. cap. 3. ibi, à Longobardis hoc prædiorum fruendorum genus manaſſe, ad nos

videtur. Et hæc opinio communi, DD. calculo recepta eſt, Jul. Clar. in § feudum, quæſt. 1. Seyſſel. in Specul. feud. circa definitionem feudi, § tertio loco principaliter eſt videndum Molinæus in conſuetud. Pariſ. tit. 1. in princ. Cæterùm Gerhard. Niger Longobardus, author & compilator libri primi feudorum, in c. un. § & quia vidimus, de his qui feud. dar. poſſ. hanc opinionem communem falſam eſſe, oſtendit. In illo enim § docet, jus feudorum non novum, ſed antiquiſſimum eſſe. Non igitur à Longobardis, qui anno poſt Chriſtum natum 568. Italiam invaſerunt, Marin. Freccia in commen. feudo. in princ. primùm introductum eſt. Longobardi, à longis barbis, nomen habuerunt, Iſidor. lib. 9. etymologiæ. titulo, de gentium vocabulis, Unde Guntherus lib. 2.

Dicitur à longis ea Longobardia barbis.

3 Alii ergo feuda ex Romanorum jure deducunt, ſed diverſimodè. Nonnulli enim feuda ad clientelas Romanas, quarum mentio fit in l. 3. de uſu. & habitat. l. ſi verò plures, de his, qui dejecerunt vel effud. l. non dubito, de capt. & poſtli. rever. l. ſi libertus, de furtis, l. 3. § ſed quod. de penu. legat. l. rem non novam, § patroni autem. C. de judic. l. 3. ad fin. C. de novat. referunt, Budæus in l. Herennius,

nius, de evictio. Zaſius magnus antiquitatis ſcrutator, Marin. Freccia in comment. feud. in princ. Zaſius, inquam, in l. 2. de origine juris, & rurſus in epitome de feudis, in prima parte. Hanneton lib. 1. feudo. c. 2. Oldendorp. claſ. 5. de acti. benefi. Et quamvis vaſalli, alio nomine clientuli dicuntur, c. un. ibi, niſi clientulus, de contentio. inter domi. & vaſal. & c. un. in princ. & ibidem in duobus aliis locis, de alien. feud. notavit Matth. de Afflict. in prælud. feud. num. 29. ibi, accipitur clientulus pro vaſall. Seyſſel. in Specul. feudor. in tit. de definit. feud. & clientelæ à Romulo inſtitutæ, cum feudis aliquid ſimilitudinis habere videntur, ut ex iis, quæ à Dionyſio Halicar. libr. 1. Plutarcho in Romulo, & Gellio lib. 5. c. 13. tradita ſunt, videre licet: tamen literis nuſquam proditum eſt, Clientibus, onus militiæ annexum fuiſſe. At vaſalli militare coguntur, ut in præcedenti capite ſuprà dictum eſt. Clientes quoque, etſi ſe & omnia ſua bona in fidem, tutelam & patrocinium patronorum dabant: prædia tamen ſua, pleno jure retinebant. Vaſalli autem prædia feudalia uſusfructus tantùm jure poſſident. Hoc ampliùs clientes ferebant à patronis ſportulas vel cœnas, Juvenal. Satyr. 1. 4

Veſtibulis abeunt veteres laſſiq́ clientes,
Votaq́ deponunt, quanquam longiſſima cœna.
Vaſalli ſportulas vel cœnas à dominis nullas ferunt, niſi fortè habeant feuda de Camera vel Caneva, & ideò feuda ad clientelas Romanorum ſatis commodè referri non poſſunt, Molinæus in conſuetud. Pariſien. d.
5 tit. 1. ibi Zaſii rationes prolixè refellit. Alii igitur feuda militias eſſe contendunt, quarum Icti & Imperatores frequenter quoque meminerunt, l. 3. § ſi quid minori, de minorib. l. Lucius Titius l. mortuo bove, § 1. de lega. 2. fideicommiſſa, § ſi ſervo, & l. penult. § penult. & ult. de legat. 3. leg. libertis, § ab heredibus. de alimen. & cibar. legat. l. ult. C. de pignorib. l. omnimodò, § ult. C. de inoffic. teſtament. atque ita Matth. de Afflict. in prælud. num. 31. ibi militia ſecundum DD. comparatur feudo, Marin. Freccia in comment. feud. in princ. & alii tradiderunt. Seyſſel. in Spec. in definitione feud. § tertiò principaliter eſt videndum. Gregorius Haloand. in Novella 53. & 97. ex quo id refert Connan. libr. 2. commentar. juris civilis, c. 9. num. 5. Et licet vaſalli, milites dicuntur, c. uni. de feudo ſine culpa non amitten. c. un. quo tempore miles inveſtit. c. un. de content. inter domin. & vaſall. & alibi, tamen ſup. dictæ militiæ pluri-

plurimùm à feudis diſtant, quemadmodum Præpoſitus in prælud. num. 28. Seyſſel. in loco proximè dicto, & Taurel. in libr. de militiis ex caſu, notarunt, idque ex definitione militiarum evidenter apparet. Militia non ſignificat quantitatem rerum in negotiationem deductarum, ut Alciat. voluit, libr. 1. prætermiſſorum, in verbo, militia, neque etiam commoda annonarum ſalariaq; quæ armatam vel inermem militiam exercentibus publicè præſtabantur, quemadmodum Briſſonio libr. 11. de verb. ſignific. viſum eſt, & probavit Pardul. Prate. Auguſto. in Lexico ſuo, ſed officium erat eorum, qui in aliqua Schola inter ſtatutos relati erant, ex quo ſalaria & commoda à principe conſequebantur, Cujac. in d. l. 3. § ſi qui minori, de minoribus. Talis militia fuit adjutorum quæſtoris, Julianus Patriti. Novella 35. & ibi Cujac. Idem Cujac. in leg. final. C. de proxim. ſacro. ſcrinio. libr. 12. Talis etiam militia fuit ſilentiariorum, leg. omnimodò, § ult. C. de inoffic. teſtamen. Cujac. in Novell. 53. qui in conſiſtorio vel palatio Principis, ſilentiū imperabant. Unde Zonaras in Anaſtaſio illorū officiū ait eſſe, τῶν χαμαιζήλων ἀξιωμάτων, hoc eſt, abjectarum dignitatum. Et hos Claudianus in 1. in Eutropium intel-

intellexit, dum ait, *ſacroq; adhibere ſilentia ſomno*. Cujacius in l. 1. C. de ſilentia. libr. 12. Inter hujuſmodi militias Zonaras in Canone Apoſtolorum 83. refert, σιτηρεσίων στρατιωτικῶν διανέμησιν, id eſt, ſtipendiorum militarium diſtributionem: Item τροφῶν στρατιώταις ἀφωρισμένων ὑποδοχὴν, id eſt, annonæ militibus nutriendis ſepoſitæ curam: Item στρατολογίαν, id eſt, militum deſcriptionem, & deniq; τὰς διοικήσεις ἄλλας τινὰς, ἃς καὶ οἱ πολιτικοὶ νόμοι στρατείας εὑρίσκονται ὀνομάζοντες, hoc eſt, quaſcunque alias procurationes, quas, inquit, leges civiles nominant militias. Hæ militiæ legari poterant, d. l. 3. de minori. d. legat. 2. d. l. fideicommiſſa, § ſi ſervo, & d. l. pen. § penul. & ultim. de leg. 3. Et tunc æſtimatio ſive pretium militiæ debebatur, d. l. mortuo bove, § 1. de legat. 2. l. fideicommiſ. § ſi ſervo. de legat. 3. Solebant etiam vendi, d. l. Lucius Titius, de lega. 2. d. l. omnimodò. C. de inoffic. teſta. & comparari, d. l. pen. § penult. de legat. 3. d. l. libertis, § ab heredib. de alimen. vel cibar. legat. non tamen omnes poterant vendi, ut indicat d. l. fin. C. de pignor. Sic hodie in aula Pontificis Romani, multa ſunt officia, quæ emuntur & venduntur. Solebant

quoq;

quoque milites pro introitu militiæ commi-
litonibus ſuis aliquid erogare, d. l. pen. & ul-
tim. de legat. 3. Aliæ erant militiæ telorum 7
ſive armorum, ut Zonaras in d. Can. 83. docet,
hoc eſt, officia illorum, qui in ſchola aliqua,
tela & arma fabricabant. Et hujuſmodi 8
ſcholæ in Romano Imperio undecim fue-
runt, l. ult. C. de locat. & conduct. earumq;
nomina referuntur in notitia Romani Impe-
rii ad hunc modum: Schola ſcutariorum pri-
ma, ſchola ſcutariorum ſecunda; ſchola ſcu-
tariorum tertia, ſchola gentilium ſeniorum,
ſchola gentilium juniorum, ſchola ſcutario-
rum ſagittariorum; ſchola ſcutariorum cli-
banariorum, ſchola armaturarum juniorum,
ſchola armaturarum ſeniorum; ſchola agen-
tium in rebus & ſchola Fabricenſium, Cuja.
in l. 1. C. de anno. civil. lib. 11. A militiis, de-
ſcendit caſus militiæ. Novella. 53. ut qui pro-
vincialem hominem extra territorium ſuum
in jus producit. Sed ibi in Latina verſione
malè legitur, militiæ quæ ex caſu vocantur.
Nullæ enim ſunt militiæ ex caſu, ſed caſus
militiæ eſt. Et in d. Novella 53. non dicitur,
τὰς ἐκ τοῦ κάσου καλουμένας στρατείας, ſed
τὰς ἐκ τοῦ καλουμένου κάσου στρατείας. Dice- 9
batur verò caſus militiæ id, quod mortuo mi-
lite,

lite, heredes ejus vel liberi, aut uxor, ex communi ſcholæ placito, à principe capiebant, d. l. ult. C. de pignor. & d. leg. omnimodò, § ultim. Cod. de in offic. teſtament.
10 Alias caſus militiæ commune militantium placitum appellatur, d. l. ultim. C. de pignorib. A Juliano Patricio, anteceſſore Conſtantinopolitano, ſcholæ placitum dicitur, in tit. de caſu militiæ, Cujac. in d. l. 3. de minor. & l. ult. C. de domeſticis & protectorib. lib. 12. Definitio itaque militiarum oſtendit, feuda ad militias ſuprà dictas nequaquam pertinere.
11 Porro Viglius Zuichemus in Rubr. Inſtitut. de milita. teſtam. feuda à militia armata deducit, eaque exiſtimat referri debere ad agros ſive prædia ab hoſtibus capta, quæ Romani poſt inſignem aliquam victoriam, militibus in præmium virtutis militaris dare ſolebant. Si enim Ulpianus agrum militibus aſſignatum fuiſſe tradit, in leg. item ſi verberatum, de rei vindica. Et Paulus docet, Poſſeſſiones veteranis in præmia fuiſſe aſsignatas. Lucius Titius, de eviction. Et Florentinus inquit, agrum manucaptum, limitatum fuiſſe, ut ſciretur, quid cuique datum eſſet, leg. in agris de acquir. rer. domin. Julius quoque Frontinus in libr. de limitibus agro. ſcribit, ſolitos veteres, agros, quos

quos de hoſtibus capiebant, veteranis in præmia aſsignare. Et hanc Viglii Zuichemi ſententiam, Lælius Taurellus in lib. de milit. ex caſu, circa fin. & Simon Schardius in Epiſtola commentariis Martini Laudenſis præfixa, probant: ſed ita tamen, ut feuda duntaxat referant ad agros imperii extremos, quos Alexander militibus aſsignabat, ita ut eorum eſſent, ſi heredes eorum militarent, nec unquam ad privatos pertinerent, dicens, attentius militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent, ut Lampridius in Alexandro, author eſt. Cæterùm feuda etiam ad hujuſmodi agros referri commodè non poſſunt, propterea, quòd iſti agri fuerunt militum, quibus aſsignabantur, pleno jure, hoc eſt, quò ad proprietatem, & quò ad uſumfructum. In feudis autem proprietas ad vaſallum non ſpectat, ſed ejus manet, qui feudum dedit, ut ſupra eſt expoſitum.
Quare noviſsimè Jacobus Cujacius, cui 12
Barnabas Briſonius tantum tribuit, quantum alii nulli, libr. 2. antiquita. cap. 12. & qui Ictorum hujus ætatis princeps, ut Petrus Faber inquit, in leg. qui cum alio contrahit, de regulis jur. feuda optimè retulit ad ea, quæ de hominibus in libris noſtris ſunt prodita Hominum mentio fit, in leg. 2. Cod. de

Epiſcop.

Epiſcop. & cleric. in l. 1. C. de commercii & mercatoribus, l. unic. C. de conductio. & procurat. prædio. fiſcalium, libr. 11. l. 4. C. de dignit. libr. 12. eoq; verbo ſignificantur procuratores, actores, cuſtodes, conductores emphyteuticarii. Illis poſſeſſiones primùm concedebantur ad tempus, poſtea in perpetuum, atque ita, qui erant actores, cuſtodes, conductores prædiorum temporarii, paulatim perpetui eſſe cœperunt. Et homines ſunt, quos nos vocamus hodiè vaſallos, quod etiam Bartolus notavit, in l. ſi quæramus, circa med. de teſtam. Alvarot. in prælud. feud. num. 42. Seyſſel. in Specul. feud. in definitio. feudi. Poſſeſſiones, quæ illis dantur, ſunt feudal: & dantur feuda, quandoque ad tempus; inde feudum Guardiæ & Gaſtaldiæ, quod vaſallus quaſi cuſtos & actor prædiorum tenet, quandoq; in perpetuum, & illa ſunt vera & propria feuda, Cujac. in prælud. feudor. & in cap. uni. de his qui feud. dare poſſ. & rurſus libr. 8. obſervatio. cap. 14. Ex his apparet, feuda verè antiquiſſimis temporibus uſitata fuiſſe, ut Gerhardus Niger tradidit, in d. cap. uni. § antiquiſſimo enim tempore, de his qui feud. dare poſſ. eaque ex jure Romanorum promanare: nomen verò feudi & pleraque alia, quibus hodiè utimur, à Lon-

Longobardis tantum deſumpta eſſe. Et de præcipuis Longobardicis vocabulis, quæ in feudorum libris occurrunt, antequam ad ſecundam hujus capitis partem tranſeo, breviter nunc dicam. Ac quod ad feudi nomen attinet, de eo in præcedenti capite ſatis dictum eſt. Feudis opponuntur allodia ſive 15
alodia, in c. unic. § 1. & 2. Si de feudo defuncti contentio ſit inter domin. & agnat. c. unic. § final. de allodiis: eoque verbo etiam alii authores uſi ſunt, Abbas Urſpergenſis, conferendo Eccleſiæ & alodia. Theodulphus, Saxones baptizati, more ſuo, omnem ingenuitatem & alodem ſuam manibus gurpierunt, id eſt, dimiſerunt, ſi unquam ab eo animi propoſito, & fidelitate Caroli regis deſciſcerent. Sigebertus, tria loca in alodio ſuo divino cultui mancipavit, Cujac. in d. cap. unic. de eo qui ſibi vel heredibus ſuis, & lib. 8. obſervatio. cap. 14. Eſt autem allodum proprium cujuſque patrimonium; Laudenſ. in d. cap. unic. num. 4. de allod. & ibi Bald. num. 1. Idem Bald. in d. cap. unic. § inter filiam, num. 1. Si de feudo fuer. controver. inter domin. & agnat. vaſal. & ibi quoque Matthæ. de Afflict. num. 6. Johan. Raynau. in c. un. de prohib. feudi alienat. per Frider. nu. 20. ibi ſcribit, omnes DD. in eo con-

venire, quòd allodium ſit proprium patrimonium & liberum, ſive res propria & libera, quam quis à nemine tenet, nec recognoſcit, niſi à Deo Molinæus in conſuetud. Pariſio. tit. 1. § 46. num. 1. Decianus reſponſ. 19. num. 193. cum ſequenti in 3. volum. Maſcardus de probat. concluſ. 79. Dicitur allodium quaſi aliundè non recognitum, ſecundùm Albericum de Roſate, in l. ſi familiæ, num. 2. C. famil. herciſcund. Sed id longius petitum eſt. Ac potius allodium videtur dici, quaſi alaudium, ex eo, quòd qui prædia eo jure habent, nullum habeant auctorem, vel ſuperiorem dominum, quem laudare poſſint vel teneantur, quemadmodum Budæus in leg. Herennius, de evictio. tradidit, & ſecutus eſt Molinæus in conſuetud. Pariſ. d. tit. 1. § 46. num. 1. Ferrar. Montan. libr. 5. feud. cap. 7. Aut deniq; allodium dicitur quaſi ſine lode, quòd ejus poſſeſſores nemini ſint Leodes ſive Leudes. Vaſalli Leudes ſive Leodes nominantur, hoc eſt, fideles, à Gallica voce *Leaux* ſive *Loaux*, ut à Jacobo Cujacio traditum eſt in prolegomenis feudalib. & rurſus in cap. unic. de eo qui ſibi vel hered. ſuis inveſtitud. accepit. Et a Leudis ſive Leodibus eſt noſtrum Germanicum vocabulum, Lehen Aliàs allodium proprietas dicitur, ut in

cap.

cap. unic. de fil. nat. ex matrimon. ad morgan. Juſtinianus in Novell. 21. & in edicto 3. genearchium appellat. Illud notandum, quòd 14
bona in dubio præſumuntur, allodialia eſſe, non feudalia, ita text. eſt in c. unic. § 1. & ibi Bald. & alii, ſi de feudo defuncti content. ſit inter domin. & agnat. Alexand. conſ. 129. incipiente, ponderatis his, num. 1. in 1. volum. Ruin. conſ. 45. incipiente, habita ſuper his, num. 20. verſic. præterea cum iſtud caſtrum, in 1. volum. Roland. à Valle, conſ. 2. num. 11. cum ſeqq. & rurſus conſ. 32. num. 32. cum ſeqq. & conſ. 46. num. 39. cum ſeqq. conſ. 98. num. 11. in 3. volum. Matth. de Afflict. deciſio. Neapol. 276. num. 6. & 7. Roland. à Valle, conſ. 50. num. 3. 35. cum ſequent. in 3. volum. Idem conſil. 1. num. 30. in 4. volum. Cephal. conſ. 67. num. 28. lib. 1. Anton. Gabr. Roman. lib. 2. commun. concluſ. tit. de feud. concluſ. 3. Pariſ. de Puteo, de redintegrat. feud. c. 11. num. 7. cum ſequent. & c. 22. num. 4. & c. 95. nu. 2. c. 146. nu. 6. Roland. à Valle cõſil. 32. nu. 19. cum ſequen. & conſ. 85. nu. 20. cum ſequentib. & conſ. 90. num. 10. in 4. volum. Mynſing. in 5. cent. obſervat. 25. Albertus Brunus conſil. feuda 1. nu. 1. cum aliquot ſequent. Maſcardus de probat. concluſ. 79. Idque non ſolùm in bonis plebejorum, ſed etiam nobilium obti-

net. Nam & illorum bona, quamvis habe-
ant poſſeſſiones ſub principibus, præſumun-
tur allodialia eſſe, Alciat. de præſumptio. in
2. regul. præſumpt. 3. Weſen. conſ. 12. num.
16. propterea, quòd feudum ſervitus quæ-
dam eſſe dicitur, ut prolixè Seyſſellus tradi-
dit, in Speculo feudorum, in titulo de defi-
nitione feudi. Et omnia bona libera eſſe
præſumuntur, niſi ſervitus doceatur, leg. al-
tius, C. de ſervitu. & aqua. Et ob hanc præ-
ſumptionem transfertur onus probandi in
adverſarium; ut prolixè tradit Rolandus à
Valle, d. conſ. 2. num. 15. quod conſilium re-
15 petitum eſt, conſ. 98. in 3. volum. Vaſallus, ſi
Interpretibus credimus, dicitur à Vade, quod
nomen obſidem ſignificat, propterea, quòd
vaſallus domino ſuo ad fidelitatem & ſervi-
tia præſtanda, non minùs arctè eſt obſtri-
ctus, quàm ſi vades ipſi dediſſet, Alvarot.
in prælud. num. 42. verſic. quæro ſeptimò,
Seyſſel. in Specul. feud. in definit. feud. & ſe-
cutus eſt Petr. de Raven. in prælud. Sed re-
ctius fortè dicemus, nomen vaſalli tractum
eſſe, à Germanico vocabulo, Geſell/ quod co-
mitem ſignificat, Jacob. Cujac. hic in prole-
gomenis, idq; Cornel. Tacit. in lib. de moribus
Germaniæ, confirmare videtur. Ille enim
vaſallos, comites appellat; Germanis, in-

quiens,

quiens, ſemper multi fuerunt comites, hoc eſt, vaſalli. Dicti ſunt comites ſive vaſalli, quòd comitantur principem belligerantem. Homagium eſt fidelitas, quam vaſallus domino ſuo facit. Hoc nomen in uſibus feudorum nuſquam extat, præterquam in capitulis extraordinariis, quæ à Baldo, Alvarotto, Jacobino & aliis, uti Authentica, allegantur, Jacobinus in tractat. de homagiis, Johan. Raynaudi in princip. ſui comprehenſorii feud. num. 1. & 2. Ferrar. Monta. libr. 6. feudor. c. 1. In jure autem Canonico frequenter occurrit, c. ex diligenti, extr. de Simonia. c. fi. de reg. jur. in antiquis, c. grandi, de ſupplen. neglig. prælato. lib. 6. Ac dicitur homagium inde, quod is, qui fidelitatem præſtat, efficitur homo ejus, cui fidelitatem præſtitit, Alvarott. in prælud. num. 42. Chaſſan. in conſuetud. Burgundiæ, in Rubr. *des fieds*, § 3. in verbo, & homage. Molin. in conſuetud. Pariſ. § 2. gl. 3. in verbis, *la bouche*, & *les mains*, num. 13. & 14. Ob id alii homagium hominium quoque appellant, Alvarott. in prælud. d. num. 42. Cujac. in prolegomen. feud. Ferrar. Montan. libr. 6. feud. cap. 1. Et quos nos vaſallos dicimus, eos Romani homines vocârunt, ut ſup. eſt expoſitum. Tentari quoq; poſſet homagium eſſe à 16

Græce ὀμόω, quod juro ſignificat: Vel ὁμὸν quod ſimul ſignificat, quòd omnes ſubditi ſimul præſtant juramentum, Covarr. in c. quamvis, de pact. in 6. in relictio. 1. partis, § 1. num. 1. ad finem. Ab homagio
17 eſt noſtrum Germanicum, Hüldung. Feloniæ verbum extat. in c. unic. § domino committente feloniam, ſi de feudo defuncti content. ſit inter domin. & agnat. & in c. unic. de vaſallo, qui contra conſtitut. Lotharii benef. alien. & in c. unic. qualiter dominus proprietate feudi privetur. Ac dicitur felonia, perfidia, ingratitudo & improbitas vaſalli, non à præterito perfecto verbi fallo, quemadmodum Johan. Rayn. tradidit, in c. unic. § præterea ducatus, nu. 31. de prohib. feud. alien. per Fride. ſed potius à Græco φήλωσις ſive φήλωμα, quod fraudem, impoſturam, & deceptionem ſignificat, atque ita Jacobo Cujacio viſum eſt, in cap. unic. quib. mod.
18 feud. amitt. Aliàs felonia, aſtalium à Longobardis dicitur, ab aſtu. Inde quoque in legibus Longobardorum, animo aſto, id eſt, doloſo & callido, quo modo & Plautus in pœnulo locut9 eſt, Mea ſoror ita ſtupida eſt, ſine animo aſto, Cujac. in c. unic. quib. mod. feud.
19 amitt. Sacramentales, quorum mentio fit in

c. unic.

c.unic.§ cum autem, quis dixerit, ſi de inveſt. feud.controverſ.fue.cap. unic. de cont. inter domin.& fidelem, de inveſt. feud. c. uni. § ſacramentum, de conſuetud. recti feudi: ſunt qui jurantem ſuo ſacramento juvant, & extra omnem ſuſpicionem ponunt. Sacramentum enim jusjurandum ſignificat, l.8.Cod.de legat. 2. § miles, de his qui notantur infamia, l. 14. de his quib.ut indig.l.ultim. de re milita. Alias ſacramentum dicitur pecunia, quam 20
litigantes in ſacro ſolebant deponere, ut qui vinceret, ſuum ſacramentum reciperet, victi ad ærarium perveniret, Varro libr. 4. de lingua Latin. Sex. Feſt. libr. 17. Sipontin. in 11. Epigram. Ita frequenter apud Cicer. accipitur, & inter cætera in illo eleganti joco ad Voluminium: Pugna ſi me amas, niſi ridiculum παρὰ προσδοκίαν, niſi cætera quæ ſunt à me in ſecundo de oratore per Antonii perſonā diſputata de ridiculis, ἄτεχνα & arguta apparebunt, ut ſacramento contendas mea non eſſe. Morganatica: Hoc no- 21
men invenitur in cap. unic. de filiis natis ex matrimon. ad morganicam contracto. Eſt autem morganatica nihil aliud, quàm donatio propter nuptias. Simon Schardius in addition, ad Martin. Laudenſem, in d.cap.unic.de

filiis natis ex matrimon. &c. & ibidem Fridericus Schenck à Tautenbergk. Cujac. in titul. de inveſtitu. de re alien. facta. Hartman. Piſtor. in quæſt. juris, quæſt. 44. Canones dotalitium, c. plerumque de donat. inter virum & uxor. cap. ex parte, de foro competen. Interpretes vulgò donarium appellant. Dicitur morganatica, ſecundùm Andr. de Iſern. in d.c. uni. de filiis natis ex matirimon. &c. quod mortis mariti cauſa capitur: & hoc ibi Matthæus de Afflict. num. 1. ſecutus eſt, & probavit Martin. Laudens. ibidem, num. 3. Jacobin. de feud. ſup. verbis, & unus ex dictis vaſallis habens filios, num. 1. Cæterùm nos rectiùs dicemus, dici morganaticam, propterea quòd manè die nuptiarum apud Longobardos fieri ſolita ſit, ſicut & hodie in multis Germaniæ locis, donatio propter nuptias altero die nuptiarum fit, ut ſit morganatica idem, quaſi Morgengabe / ut nos loquimur, aut, ut in Longobardorum legibus ſcriptum eſt ſæpiùs, Morgengheba / Cujac. in d. c. uni. de inveſtit. de re aliena facta, & in d. c. uni. de filiis nat. ex matrim. ad morgana. contracto, Et ibi Simon Schardius inquit: Morganatica dicitur, quaſi Morgengabica, hoc eſt, donatio propter nuptias facta ſponſæ manè, propter officium noctu præſtitum.

Hinc

Hinc matrimonium ad morganaticam con- 22
tractum dicitur, quod ea lege contractum eſt, ut liberi ex illo matrimonio nati, ſint contenti donatione propter nuptias. Alias dicitur matrimonium contractum lege Salica, d. cap. unic. de filiis natis ex matrim. &c. non ex eo, quòd ſoli liberi prioris matrimonii ſuccedant, & non liberi matrimonii ſecundi, ut Andreæ de Iſernia & Matth. de Afflictis, aliisque viſum eſt, in d. cap. unic. de filiis natis ex matrimonio, &c. ſed quod ex lege Salica, maritus uxori donationem propter nuptias, manè die nuptiarum conſtituat. Salicæ autem leges latæ fuerunt ſub Pha- 23
ramundo, primo Françorum rege, & fuerunt reſponſa & judicia aulicorum, qui oriundi erant à Saliis, Alpinis populis, & inde leges Salicæ dictæ ſunt: vel nomen inde habent, quòd Franci dicti ſunt Salii, à Sala flumine: vel denique ex eo, quòd Pharamundus, Salius appellatus eſt, quòd Francis, qui Salii dicti fuerunt, juſſa dederit, Didac. Covarr. in pract. quæſt. cap. 1. num. 8. Hoſten- 24
ditiæ, quarum meminit text. in cap. unic. § de capit. Conradi, ſunt reditus, quos vaſalli, qui cum domino in militiam non eunt, domino ſuo præſtant. In Lombardia autem, dimidiam partem fructuum: In Teutonica terra,

tertiam partem fructum ejus anni, quo à d
mino ad militiam vocabantur, præſtaban
d. cap. unic. § 1. de capit. Conradi. Dicunt
Hoſtenditiæ ab hoſtibus. Hoſtes olim dic
bantur peregrini, quemadmodum Cicer. i
1. offic. auctor eſt: Hoſtis, inquit, apud ma
jores is dicebatur, quem nunc peregrinur
dicimus, indicant 12. tabulæ, adverſus ho
25 ſtem, æterna auctoritas eſto. Dicebantu
peregrini, hoſtes, ab hoſtiendo, id eſt, a
quando, quod pari jure cum civibus Roma
nis uterentur, ſed non fruerentur iiſdem pri
vilegiis, Varro libr. 4. de lingua Latin. Sext
Feſtus Pompejus libr. 8. Et quos nos hoſte
hodiè vocamus, veteres perduelles appella
bant, leg. quos nos hoſtes, de verbor. ſigni
fic. Sed poſtea hoſtes cœperunt dici, quibu
bellum publicè populus Romanus decreve
rat: vel qui ipſi populo Romano bellum de
creverant, l. hoſtes de capt. & poſtli. rever
& bellum ſolebant indicere feciales, Varr
libr. 4. de lingua Lat. Formula indictionis ex
tat apud Gellium libr. 16. cap. 4. his verbis
quod populus Hermundulus, hominesque
populi Hermunduli, adverſus populum Ro-
manum bellum facere, delinquereque, quod-
que populus Romanus, cum populo Her-
mundulo, hominibusque Hermundulis bel-

lum

lum juſſit : Ob eam rem ego, populusque Romanus, populo, Hermundulo, hominibusque Hermundulis bellum indico, facioq;. Pares curiæ, quorum fit mentio in cap. unic. § 26
ultim. de feudo Guardiæ & Gaſtaldiæ, & in c. unic. qui ſucceſſio. feudum dare teneantur, & qui aliàs pares curtis dicuntur, c. uni. § item ſi vaſallus, ſi de inveſti. feudi controver. fuer. cap. unic. § 1. quid ſit inveſtitura : aliàs pares domus, c. un. de controverſ. feudi apud pares terminanda : aliàs pares de domo, c. uni. § ſi quis de inveſtit. inter domi. & vaſall. lis oriatur. nonnunquam pares abſolutè, d. cap. unic. de controverſ. feudi apud pares terminanda, & c. uni. an removeri debeant teſtes, qui pares eſſe deſinunt; ſunt convaſalli, qui ab eodem domino, eademvè domo, feuda tenent, d. c. uni. § 1. ibi, qui ab eodem domino, ſi de inveſtit. inter. dom. & vaſal. lis oriatur. Et curiam ſive curtem, Longobardi, domum, palatium, caſtrum principis vocarunt. Breve 27
teſtatum cujus meminit text. in d. c. un. de feudo Guardiæ & Gaſtaldiæ, & in duobus capitulis ſequentibus, eſt inſtrumentū publicum. Ita enim vocatur, in c. unic. § 1. quid ſit inveſtitura. Aliàs breves ſive brevia ſunt chartulæ ſive libelli breves, Zona. in Carth. concilio βρέβιον ἡ ἐπιτομὴ λέγεται καὶ σύντο-

μος.

μ⊙-χαφὴ. Hac voce utuntur Imperatores, in l. final. & ibi Cujac. de conven. fiſci debito, l. 1. de excuſatio. arti. l. 1. de excuſatio. tribu. libr. 10. C. Lampridius in Alexandro, Notarium, qui falſum cauſæ brevem in conſilio Imperatorio reluliſſet, inciſis digitorum nervis, ita ut nunquam poſſet ſcribere, deportavit. Flavius Vobiſcus, Notarius breve nominum conſcripſit. Hinc apparet probandum non eſſe, quòd Corraſius breve, accipit, pro minore principis diplomate, in l. 6. de offic. præſidis. Præter ſuperiora vocabula Longobardica, occurrunt etiam nonnulla alia in his libris, ut Guardia, Gaſtaldia, Soldata, Camera, Caneva, ſed
28 de iis infr. cap. 4. dicetur. Nunc de compilatoribus juris feudalis videmus. Conſentiunt autem in eo Interpretes, quòd feudorum libri, à privatis hominibus ſunt conſcripti Bald. in prælud. feudo. num. 3. Matth. de Afflict. num. 10. Andr. de Iſern. num. 17. Præpoſitus num. 6. & 7. Jaſon in uſibus feud. nu. 1. Et quidem dicti Interpretes Gerhardum Nigrum & Obertum de Orto nominant. Carolus Molinæus verò ſentit, feudorum librum per ſolum Obertum de Orto compilatum fuiſſe, propterea quòd in tit. de feudi cognitione, & in titul. in quibus cauſis feu-

dum

dum amitt. ipſe ſolus intitulatur. Molinæus in conſuetud. Pariſio. tit. 1. num. 46. Duarenus contra arbitratur, quædam ex Oberto & Gerhardo Nigro deſumpta eſſe; ſed hoc non arguere, eos authores eſſe librorum feudalium. Nam & in π. multa ex Ulpiano, Paulo & aliis Ictis referuntur, qui tamen non ſunt authores pandectarum, atque ita Duarenus cenſet, libros feudorum eſſe rapſodiam quandam, ex variis libris ſtudioſorum, in foro Mediolanenſi verſantium, conſutam in comment. feud. cap. 1. Nos probabilius dicemus cum Jacobo Cujacio, in prolegom. feudorum, primi libri feudor. qui incipit à titulo, de his qui feud. dare poſſunt: & extenditur uſque ad titulum; de feudi cognitione: authorem eſſe Gerhardum Nigrum, idque propter ſequentes conjecturas. Nam in cap. unic. § fin. de ſucceſſio. feudi diſponitur, quod ſi in dando feudo convenerit, & liberi, maſculi & fœminæ id obtinerent, & vaſallus moriatur, relicto filio & filia, maſculus præferri debeat. Hæc autem ſententia Gerhardo Nigro tribuitur, in cap. unic. § ſimiliter, de capita. qui curiam vendidit. Deinde in c. uni. de feudo, dato in vicem legis commiſſoriæ, reprobando, traditur, quod lex commiſſoria, in feudis locum non habeat, ſicuti

uti nec in pignoribus obtinet, leg. ultim. Cod. de pact. pign. At hoc ſimiliter Gerhardo Nigro aſcribitur, in d. cap. unic. § penult. de capitaneo qui curiam vendidit. Inde igitur probabiliter colligitur, hujus primi libri auctorem eſſe Gerhardum Nigrum. Secundus liber feudorum incipit à titulo, de feudi cognitione: & extenditur uſque ad tit. cauſis in quibus feudum amittatur. Et hic liber eſt Oberti de Orto, quemadmodum ex d. tit. 1. ſatis apparet, ubi ita ſcriptum legimus: Obertus de Orto, Anshelmo filio ſuo dilecto ſalutem: & teſtatur ipſe Obertus, in cap. unic. § porrò ſi dominum, quæ fuit prima cauſa beneficii amitten. ibi, ſicut in alio libello tibi ſcripſiſſe hoc credo. Tertius liber feudorum incipit à tit. in quibus cauſis feudum amittatur: & porrigitur uſq; ad titulum, ſi de feudo vaſallus ab aliquo interpellatus fuerit. Et hic liber ſimiliter eſt Oberti de Orto. Nam d. titul. in quibus cauſis feudum amittatur, Oberti de Orto nomen præpoſitum eſt. Et quòd iſte liber à ſuperiori divulſus & diſtinctus ſit, oſtendunt quoque ſupr. d. verba: ſicut in alio libello tibi ſcripſiſſe credo. Veteres etiam interpretes, Alvarottus, Andreas de Iſernia, & alii, tertium librum auſpicantur, à d. titul.

in

quibus cauſis feudum amittatur. Uterque 29
erò Gerhardus Niger & Obertus de Or-
,conſul fuit Mediolanenſis; ut Orto Fri-
ngenſis 2.de rebus geſt.Friderici c.13. tradi-
t,his verbis:Aderant Cumanorum ſeu Lau-
enſium conſules, de attritionis ſuæ diutina
iſeria, lachrymabilem ſuper Mediolanen-
um ſuperbia facientes querimoniam, præ-
ntibus duobus conſulibus, ejusdem civita-
s,Oberto de Orto & Gerhardo Nigro. Uter-
ue ſapiens appellatur, in c. unic. ſi de feudo
ſallus ab aliquo interpellat. fuer. Et Me-
olanenſes, conſulis Gerhardi ædes, poſtea
ruerunt. Guntherus lib.2.

c præter captos quos nec numerare valemus,
c libet, innumeri proprio rediere cruenti
nguine,ſemineces,multi jacuere perempti.
s ſtupefacta malo plebes, cladisq́ futuræ
rita primitiis, jam nunc præſentia damnans,
ventura timens,Gerhardi conſulis ædes
uippe hic præcipuus famoſi criminis auctor
ſuaſor fuerat) rapido fremebunda tumultu,
ruit.

to Friſingen. libr. 2. de rebus geſtis Frido-
. cap. 14. Mediolanenſes non ſolùm da-
o præſentium,ſed & metu futurorum ſtu-
facti, Gerhardi conſulis, tanquam hujus
li auctoris, domum, principis iram miti-
gaturi,

gaturi, dirimunt. Quartus liber feudorum incipit à d. tit. ſi de feudo vaſallus ab aliquo interpellatus fuerit. Nam illc titulus & reliqui qui ſequuntur, non ſunt Gerhardi Nigri & Oberti de Orto, quod ex eo intelligitur, quòd in dicto titulo, ſi de feudo vaſallus ab aliquo interpellat. fuerit, Gerhardus & Obertus citantur, quod certè non fieret, ſi liber iſte alterutrius eſſet. Sic in d. titul. de Capitaneo qui curiam vendidit, ſæpiſſimè Gerhardi & Oberti auctoritas adducitur. Et hic quartus liber, vel incerti cujuſdam auctoris eſt, vel à pluribus eſt conſarcinatus, eique Hugolinus, antiquiſſimus gloſſator, Imperatorum conſtitutiones, Odofredo teſte, adjecit, quæ rectius peculiari libro comprehenderentur, casque proprio & quinto libro Jacobus Cujacius concluſit. Relinquitur igitur ex his, à privatis hominibus, feudales conſuetudines collectas conſcriptasque eſſe. Inde conſequenter duo non incommodè quæri poſſunt. Primùm, an conſuetudines feudales habeant vim legum. Deinde, an poſſint allegari ad deciſionem
30 cauſarum extra materiam feudalem. Ad priorem quæſtionem dicendum eſt communem eſſe ſententiam interpretum, quòd conſuetudines feudales, vim legum obtineant.

Ita

Ita concludunt feudiſtæ in præludiis feudor. Andreas de Iſernia num. 24. cum ſequentibus: Præpoſitus num. 7. Matthæus de Afflict. num. 9. cum ſequentibus, Bald. num. 3. & 4. Jacob. de Beluiſo in cap. unico, § fin. de his qui feudum dare poſſunt, Sylvan. in ractat. de feudi recognitione, quæſtione 1. ;eyſſel. in Specul. feudo. titul. de origine feuorum, c. 3. Molinæus in conſuetud. Pariſio. . titul. 1. num. 46. cum duobus ſequentib. rancisc. Curt. part. 1. quæſtio. 1. Maran. in actat. de ordine judicio. part. 3. & denique ul. Clar. in § feudum, quæſt. 3. Et hoc pro:dit, inſpectis non ſolùm Imperatorum conitutionibus, his libris inſertis, verùm etm iis, quæ ab Oberto de Orto, Gerhar- Nigro & aliis tradita ſunt. Hæ enim feuorum conſuetudines per tempus, omnium ominum memoriam excedens, obſerva fuerunt, & idcircò vim habent privilegii rincipe conceſſi ex certa ſcientia, vigorem m conſtituti & pacti expreſſi, quemadmom latiùs dicemus in explicatione tituli æ ſunt regalia. De poſteriori quæſtione 31 communiter feudiſtæ ſentiunt, quòd contudines feudorum non poſſint allegari ad ciſionem cauſarum extra materiam feuem. Franciſc. Curt. in 1. par. quæſtione. 3.

F Et

filiis natis ex matrimon. &c. & ibidem Fridericus Schenck à Tautenbergk. Cujac. in titul. de inveſtitu. de re alien. facta. Hartman. Piſtor. in quæſt. juris, quæſt. 44. Canones dotalitium, c. plerumque de donat. inter virum & uxor. cap. ex parte, de foro competen. Interpretes vulgò donarium appellant. Dicitur morganatica, ſecundùm Andr. de Iſern. in d. c. uni. de filiis natis ex matirimon. &c. quod mortis mariti cauſa capitur: & hoc ibi Matthæus de Afflict. num. 1. ſecutus eſt, & probavit Martin. Laudens. ibidem, num. 3. Jacobin. de feud. ſup. verbis, & unus ex dictis vaſallis habens filios, num. 1. Cæterùm nos rectiùs dicemus, dici morganaticam, propterea quòd manè die nuptiarum apud Longobardos fieri ſolita ſit, ſicut & hodie in multis Germaniæ locis, donatio propter nuptias altero die nuptiarum fit, ut ſit morganatica idem, quaſi Morgengabe / ut nos loquimur, aut, ut in Longobardorum legibus ſcriptum eſt ſæpiùs, Morgengheba / Cujac. in d. c. uni. de inveſtit. de re aliena facta, & in d. c. uni. de filiis nat. ex matrim. ad morgana. contracto, Et ibi Simon Schardius inquit: Morganatica dicitur, quaſi Morgengabica, hoc eſt, donatio propter nuptias facta ſponſæ manè, propter officium noctu præſtitum. Hinc

Hinc matrimonium ad morganaticam con- 22
tractum dicitur, quod ea lege contractum
ſt, ut liberi ex illo matrimonio nati, ſint
ontenti donatione propter nuptias. Aliàs
licitur matrimonium contractum lege Sa-
ica, d. cap. unic. de filiis natis ex matrim.
&c. non ex eo, quòd ſoli liberi prioris matri-
nonii ſuccedant, & non liberi matrimonii ſe-
undi, ut Andreæ de Iſernia & Matth. de Af-
lictis, aliisque viſum eſt, in d. cap. unic. de
liis natis ex matrimonio, &c. ſed quod ex
ege Salica, maritus uxori donationem pro-
ter nuptias, manè die nuptiarum conſtitu-
. Salicæ autem leges latæ fuerunt ſub Pha- 23
amundo, primo Francorum rege, & fue-
unt reſponſa & judicia aulicorum, qui ori-
ndi erant à Saliis, Alpinis populis, & inde
eges Salicæ dictæ ſunt: vel nomen inde ha-
ent, quòd Franci dicti ſunt Salii, à Sala flu-
iine: vel denique ex eo, quòd Pharamun-
us, Salius appellatus eſt, quòd Francis, qui
alii dicti fuerunt, juſſa dederit, Didac. Co-
arr. in pract. quæſt. cap. 1. num. 8. Hoſten- 24
tiæ, quarum meminit text. in cap. unic. § de
pit. Conradi, ſunt reditus, quos vaſalli, qui
um domino in militiam non eunt, domino
o præſtant. In Lombardia autem, dimidi-
n partem fructuum: In Teutonica terra,

 ter-

tertiam partem fructum ejus anni, quo à domino ad militiam vocabantur, præſtabant, d. cap. unic. § 1. de capit. Conradi. Dicuntur Hoſtenditiæ ab hoſtibus. Hoſtes olim dicebantur peregrini, quemadmodum Cicer. in 1. offic. auctor eſt: Hoſtis, inquit, apud majores is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus, indicant 12. tabulæ, adverſus ho-
25 ſtem, æterna auctoritas eſto. Dicebantur peregrini, hoſtes, ab hoſtiendo, id eſt, æquando, quod pari jure cum civibus Romanis uterentur, ſed non fruerentur iiſdem privilegiis, Varro libr. 4. de lingua Latin. Sext. Feſtus Pompejus libr. 8. Et quos nos hoſtes hodiè vocamus, veteres perduelles appellabant, leg. quos nos hoſtes, de verbor. ſignific. Sed poſtea hoſtes cœperunt dici, quibus bellum publicè populus Romanus decreverat: vel qui ipſi populo Romano bellum decreverant, l. hoſtes de capt. & poſtli. rever. & bellum ſolebant indicere feciales, Varro libr. 4. de lingua Lat. Formula indictionis extat apud Gellium libr. 16. cap. 4. his verbis, quod populus Hermundulus, hominesque populi Hermunduli, adverſus populum Romanum bellum facere, delinquereque, quodque populus Romanus, cum populo Hermundulo, hominibusque Hermundulis bel-

lum juſſit : Ob eam rem ego populusque Romanus, populo Hermundulo, hominibusque Hermundulis bellum indico, facioq;. Pares curiæ, quorum fit mentio in cap. unic. § ultim. de feudo Guardiæ & Gaſtaldiæ, & in c. unic. qui ſucceſſio. feudum daré teneantur, & qui aliàs pares curtis dicuntur, c. uni. § item ſi vaſallus, ſi de inveſti. feudi controver. fuer. cap. unic. § 1. quid ſit inveſtitura : aliàs pares domus, c. un. de controverſ. feudi apud pares terminanda : aliàs pares de domo, c. uni. § ſi quis de inveſtit. inter domi. & vaſall. lis oriatur. nonnunquam pares abſolutè, d. cap. unic. de controverſ. feudi apud pares terminanda, & c. uni. an removeri debeant teſtes, qui pares eſſe deſinunt : ſunt convaſalli, qui ab eodem domino, eademvè domo, feuda tenent, d. c. uni. § 1. ibi, qui ab eodem domino, ſi de inveſtit. inter. dom. & vaſal. lis oriatur. Et curiam ſive curtem, Longobardi, domum, palatium, caſtrum principis vocarunt. Breve 27 ſtatum cujus meminit text. in d. c. un. de feudo Guardiæ & Gaſtaldiæ, & in duobus capitulis ſequentibus, eſt inſtrumentũ publicum. Ita enim vocatur, in c. unic. § 1. quid ſit inveſtitura. Aliàs breves ſive brevia ſunt chartulæ ſive libelli breves, Zona. in Carth. concilio βρέβιον ἡ ἐπιτομὴ λέγεται καὶ σύντομον.

μ⊕-χϛαφὴ. Hac voce utuntur Imperatores, in l. final. & ibi Cujac. de conven. fiſci debito, l. 1. de excuſatio. arti. l. 1. de excuſatio. tribu. libr. 10. C. Lampridius in Alexandro, Notarium, qui falſum cauſæ brevem in conſilio Imperatorio retuliſſet, inciſis digitorum nervis, ita ut nunquam poſſet ſcribere, deportavit. Flavius Vobiſcus, Notarius breve nominum conſcripſit. Hinc apparet probandum non eſſe, quòd Corraſius breve, accipit, pro minore principis diplomate, in l. 6. de offic. præſidis. Præter ſuperiora vocabula Longobardica, occurrunt etiam nonnulla alia in his libris, ut Guardia, Gaſtaldia, Soldata, Camera, Caneva, ſed
28 de iis infr. cap. 4. dicetur. Nunc de compilatoribus juris feudalis videmus. Conſentiunt autem in eo Interpretes, quòd feudorum libri, à privatis hominibus ſunt conſcripti Bald. in prælud. feudo. num. 3. Matth. de Afflict. num. 10. Andr. de Iſern. num. 17. Præpoſitus num. 6. & 7. Jaſon in uſibus feud. nu. 1. Et quidem dicti Interpretes Gerhardum Nigrum & Obertum de Orto nominant. Carolus Molinæus verò ſentit, feudorum librum per ſolum Obertum de Orto compilatum fuiſſe, propterea quòd in tit. de feudi cognitione, & in titul. in quibus cauſis feu-

dum

lum amitt. ipſe ſolus intitulatur. Molinæus n conſuetud. Pariſio. tit. 1. num. 46. Duare- ius contra arbitratur, quædam ex Oberto & Gerhardo Nigro deſumpta eſſe; ſed hoc non rguere; eos authores eſſe librorum feuda- ium. Nam & in π. multa ex Ulpiano, Pau- o & aliis Ictis referuntur; qui tamen non ſunt authores pandectarum, atque ita Dua- enus cenſet, libros feudorum eſſe rapſo- liam quandam, ex variis libris ſtudioſorum, n foro Mediolanenſi verſantium, conſutam n comment. feud. cap. 1. Nos probabilius icemus cum Jacobo Cujacio, in prolegom. eudorum, primi libri feudor. qui incipit à tulo, de his qui feud. dare poſſunt: & exten- itur uſque ad titulum; de feudi cognitione: uthorem eſſe Gerhardum Nigrum, idque ropter ſequentes conjecturas. Nam in cap. nic. § fin. de ſucceſſio. feudi diſponitur, quod in dando feudo convenerit, & liberi, ma- uli & fœminæ id obtinerent, & vaſallus ioriatur, relicto filio & filia, maſculus præ- rri debeat. Hæc autem ſententia Gerhar- o Nigro tribuitur, in cap. unic. § ſimiliter, e capita, qui curiam vendidit. Deinde in c. ni. de feudo, dato in vicem legis commiſſo- æ, reprobando, traditur, quod lex com- iſſoria, in feudis locum non habeat, ſic- uti

uti nec in pignoribus obtinet, leg. ultim. Cod. de pact. pign. At hoc ſimiliter Gerhardo Nigro aſcribitur, in d. cap. unic. § penult. de capitaneo qui curiam vendidit. Inde igitur probabiliter colligitur, hujus primi libri auctorem eſſe Gerhardum Nigrum. Secundus liber feudorum incipit à titulo, de feudi cognitione: & extenditur uſque ad tit. cauſis in quibus feudum amittatur. Et hic liber eſt Oberti de Orto, quemadmodum ex d. tit. 1. ſatis apparet, ubi ita ſcriptum legimus: Obertus de Orto, Anshelmo filio ſuo dilecto ſalutem: & teſtatur ipſe Obertus, in cap. unic. § porrò ſi dominum, quæ fuit prima cauſa beneficii amitten. ibi, ſicut in alio libello tibi ſcripſiſſe hoc credo. Tertius liber feudorum incipit à tit. in quibus cauſis feudum amittatur: & porrigitur uſq; ad titulum, ſi de feudo vaſallus ab aliquo interpellatus fuerit. Et hic liber ſimiliter eſt Oberti de Orto. Nam d. titul. in quibus cauſis feudum amittatur, Oberti de Orto nomen præpoſitum eſt. Et quòd iſte liber à ſuperiori divulſus & diſtinctus ſit, oſtendunt quoque ſupr. d. verba: ſicut in alio libello tibi ſcripſiſſe credo. Veteres etiam interpretes, Alvarottus, Andreas de Iſernia, & alii, tertium librum auſpicantur, à d. titul. in

n quibus cauſis feudum amittatur. Uterque 29
vero Gerhardus Niger & Obertus de Or-
o, conſul fuit Mediolanenſis; ut Orto Fri-
ingenſis 2. de rebus geſt. Friderici c. 13. tradi-
lit, his verbis: Aderant Cumanorum ſeu Lau-
lenſium conſules, de attritionis ſuæ diutina
niſeria, lachrymabilem ſuper Mediolanen-
ium ſuperbia facientes querimoniam, præ-
entibus duobus conſulibus, ejusdem civita-
s, Oberto de Orto & Gerhardo Nigro. Uter-
ue ſapiens appellatur, in c. unic. ſi de feudo
aſallus ab aliquo interpellat. fuer. Et Me-
iolanenſes, conſulis Gerhardi ædes, poſtea
iruerunt. Guntherus lib. 2.

ic præter captos quos nec numerare valemus,
ec libet, innumeri proprio rediere cruenti
nguine, ſemineces, multi jacuere perempti.
os ſtupefacta malo plebes, cladisq; futuræ
rrita primitiis, jam nunc præſentia damnans,
ventura timens, Gerhardi conſulis ædes
Quippe hic præcipuus famoſi criminis auctor
ſuaſor fuerat) rapido fremebunda tumultu,
ruit.

to Friſingen. libr. 2. de rebus geſtis Frido-
. cap. 14. Mediolanenſes non ſolum da-
no præſentium, ſed & metu futurorum ſtu-
facti, Gerhardi conſulis, tanquam hujus
lli auctoris, domum, principis iram miti-
gaturi,

gaturi, dirimunt. Quartus liber feudorum
incipit à d. tit. ſi de feudo vaſallus ab aliquo
interpellatus fuerit. Nam ille titulus & re-
liqui qui ſequuntur, non ſunt Gerhardi Ni-
gri & Oberti de Orto, quod ex eo intelligi-
tur, quòd in dicto titulo, ſi de feudo vaſallus
ab aliquo interpellat. fuerit, Gerhardus &
Obertus citantur, quod certè non fieret, ſi
liber iſte alterutrius eſſet. Sic in d. titul. de
Capitaneo qui curiam vendidit, ſæpiſſimè
Gerhardi & Oberti auctoritas adducitur. Et
hic quartus liber, vel incerti cujuſdam au-
ctoris eſt, vel à pluribus eſt conſarcinatus, ei-
que Hugolinus, antiquiſſimus gloſſator, Im-
peratorum conſtitutiones, Odofredo teſte,
adjecit, quæ rectius peculiari libro compre-
henderentur, eaſque proprio & quinto li-
bro Jacobus Cujacius concluſit. Relinqui-
tur igitur ex his, à privatis hominibus, feu-
dales conſuetudines collectas conſcriptaſ-
que eſſe. Inde conſequenter duo non in-
commodè quæri poſſunt. Primùm, an con-
ſuetudines feudales habeant vim legum.
Deinde, an poſſint allegari ad deciſionem
30 cauſarum extra materiam feudalem. Ad
priorem quæſtionem dicendum eſt commu-
nem eſſe ſententiam interpretum; quòd con-
ſuetudines feudales, vim legum obtineant.
Ita

Ita concludunt feudiſtæ in præludiis feudor. Andreas de Iſernia num. 24. cum ſequentibus. Præpoſitus num. 7. Matthæus de Afflict. num. 9. cum ſequentibus, Bald. num. 3. & 4. Jacob. de Beluiſo in cap. unico, § fin. de his qui feudum dare poſſunt, Sylvan. in tractat. de feudi recognitione, quæſtione 1. ſeyſſel. in Specul. feudo. titul. de origine feudorum, c. 3. Molinæus in conſuetud. Pariſio. d. titul. 1. num. 46. cum duobus ſequentib. Franciſc. Curt. part. 1. quæſtio. 1. Maran. in tractat. de ordine judicio. part. 3. & denique Jul. Clar. in § feudum, quæſt. 3. Et hoc procedit, inſpectis non ſolùm Imperatorum conſtitutionibus, his libris inſertis, verùm etiam iis, quæ ab Oberto de Orto, Gerhardo Nigro & aliis tradita ſunt. Hæ enim feudorum conſuetudines per tempus, omnium hominum memoriam excedens, obſervatæ fuerunt, & idcircò vim habent privilegii à principe conceſſi ex certa ſcientia, vigorem legem conſtituti & pacti expreſſi, quemadmodum latiùs dicemus in explicatione tituli quæ ſunt regalia. De poſteriori quæſtione 31 ità communiter feudiſtæ ſentiunt, quòd conſuetudines feudorum non poſſint allegari ad decisionem cauſarum extra materiam feudalem. Franciſc. Curt. in 1. par. quæſtione 3.

Et ideo ex eo quod traditur in titul. de matrimonio ad morganaticam contracto, matrimonium ad morganiticam cõtractum valere, non rectè quis infert, pacta de futura ſucceſſione hodiè rata eſſe, contra l. pactum quod dotali, C. de pact. l. 3. C. de collatio. cum ſimilibus. Ex illo quoque, quod dicitur, in probatione deficiente actore, reo defenſionem dari cum 12. ſacramentalib. cap. unic. quid ſit inveſtit. cap. unic. de conſuetud. recti feudi, extr. materiam feudalem, non rectè dicemus, actore non probante, reum non eſſe abſolvendum, contra regul. juris in l. qui accuſare, C. de edendo. Sic, quamvis jure feudorum traditum ſit, aſcendentes, deſcendentibus non ſuccedere, c. uni. in pr. de natura ſucceſſio. feud. tamen id extr. uſus feudorum trahendum non eſt; contra Novell. 118. Similiter etſi ſecundùm conſuetudines feudorum, filia, in feudo non admittitur, c. uni. § filia, de ſucceſſio. feud. tamen inde inferendum non eſt, filiam in allodialibus ſuccedere non poſſe. Quamvis item in feudis frater germanus cum fratre utrinq; conjuncto ſuccedit, c. uni. § his verò deficientibus, & ibi Baldus num. 1. Alvarott. num. 3. de ſucceſſione fratrum: tamen inde non rectè argumentabimur, in allodialibus quoque

fratrem

fratrem germanum cum fratre utrinque conjuncto admittendum eſſe. Denique jure conſuetudinario de feudis nulla ordinatio in teſtamento fieri poteſt, cap. unic. de ſucceſſio. feudi. quod in allodialibus ſecus ſe habet. Sanè ſi jura feudalia in ratione natu- 32
rali fuerint fundata, rectè ad deciſionem cauſarum in aliis materiis allegabuntur, Curt. Jun. conſ. 212. in 2. dubio. Ratio enim naturalis, vim legis habet, l. cum ratio in princ. & ibi Albericus, de bonis damnato. nec eſt major vel certior ratio in mundo, Bald. in l. quoties, Cod. de ſuis & legit. cum ſit idem, quod ipſa naturalis juſtitia, quæ per ſe ſufficit, leg. ſcire oportet, § ſufficit, de excuſat. ut. Molin. in Extrica. laby. de dividuis & individuis ſtipulatio. parte 1. Et ob id rationabile aliquod dictum, ita debet movere judicem, ut ipſa lex, Andr. de Iſern. in præd. feudo. num. 48. Et legem quærere, ubi naturalis eſt ratio, infirmitas eſt intellectus, ex Ariſtotelis auctoritate tradidit Socin. un. conſ. 61. num. 43. libr. 2. Tiraquel. in actat. ceſſante cauſa, in 1. limitation. numer. 67. cum ſequentib. Et ad naturalem rationem recurrendum eſt, cum intellectus les eſt dubius, leg. ſcire oportet, § ſed ſi manè, de excuſatio. tuto. Matth. de Afflict.

in conſtit. Neapol. Rubr. 11. num. 17. libr. 1.
33 Sic in ratione naturali fundatum eſt, quod dicitur: Militem ſive vaſallum, ſine cognita culpa, beneficium amittere non debere, in cap. unic. de feudo ſine culpa non amitt. Eſt quoque in naturali fundatum ratione, quod Eccleſia debet eſſe cultrix & auctrix juſtitiæ, nec pati, ut contra juſtitiam aliquid fiat, in ſe vel in alium, cap. unic. de alien. feudi. Similiter fundatur in ratione naturali, quod veritas debeat inquiri & non denegari, cap. unic. de contentio. inter domin. & vaſall. Sic in ratione naturali fundatur, ut propter ſervitium & amorem patris liberis quædam concedantur, cap. unico, quemadmodum feudum ad filiam pertine. Fundatur quoque in ratione naturali quod dicitur, Eum, qui legitimam bonorum ſuorum adminiſtrationem habet, feudum dare poſſ. c. unic. per quos fiat inveſtit. Item quod dicitur, vaſallum, meliorem conditionem feudi facere poſſe, deteriorem non item, c. unic. de inveſtit. de re alien. fact. Item unumquemq; ſibi ſuisq; heredibus proſpicere, cap. unic. de duobus fratri. à capita. inveſtit. Denique in ratione naturali fundatur, quod dicitur, eum, qui pacem jurare & tenere non vult, beneficio & lege pacis frui non debere

c. unic.

c. unic. de pace tenenda. Hæc igitur & ſimilia feudalia jura, ad deciſionem aliarum cauſarum non feudalium, allegari poſſunt, Et tantùm de ſecundo capite: ſequitur caput tertium.

Caput III.

DE EMPHYTEVSI, LIBELLARIA ET PRECARIA, & in quibus feudum ab his tribus differat.

1. *Emphyteuſis ſignificat inſitionem.*
2. *Definitio emphyteuſeos.*
3. *Emphyteuſis juris civilis eſt contractus.*
4. *Emphyteuſis, etſi propriè conſtituitur in prædiis civitatum & municipiorum: tamen etiam in prædiis privatorum conſtitui poteſt.*
5. *Emphyteuticarius uſumfructum habet.*
6. *Emphyteuſis conſtituitur ſub lege meliorationis & annuæ penſionis.*
7. *Ad contractum Emphyteuticum requiritur ſcriptura.*

8. *Ablativi abſoluti conditionem faciunt.*

9. *Conditio formam inducit, & forma ad unguem eſt ſervanda.*

10. *Emphyteuſis finita abſq; ſcriptura non renovatur.*

11. *Emphyteuſis multis modis differt à locatione.*

12. *Emphyteuticarius propter incurſum hoſtium à canonis ſolutione non liberatur.*

13. *Incrementa, quæ prædio emphyteutico obveniunt, ad emphyteutam ſpectant.*

14. *Emphyteuſis civilis ſimpliciter conſtituta etiam ad heredes extraneos pertinet: Eccleſiaſtica ad deſcendentes tantùm.*

15. *Emphyteuſis civilis ad certum tempus conſtituta, ad heredes emphyteutæ etiam extraneos pertinet. In eccleſiaſtica deſcendentes uſq; ad præfinitum annorum numerum ſuccedunt.*

16. *Emphyteuſis civilis & eccleſiaſtica ad certam generationem conſtituta, ad ſolos deſcendentes pertinet.*

17. *Emphyteuſis in perpetuum conſtituta, ad quos pertineat.*

18. *Emphyteuta duabus de cauſis jure ſuo cadit, ſi aliud in conceſſione dictum non fuerit.*

19. *Emphyteuticarius in mora conſtituitur ſine interpellatione.*

20. Mo-

20. *Mora quomodo fiat.*
21. *Vtrùm emphyteuta, qui juravit canonem ſolvere, ſtatim expelli poßit, ubi ceſſavit in canonis ſolutione.*
22. *De domino prædii, qui moram fecit in canone accipiendo.*
23. *Emphyteuta canonem, quem dominus accipere recuſat conſignare & conſignatum deponere debet.*
24. *Emphyteuta ipſo jure prædio emphyteutico cadit.*
25. *Etiam in his, quæ ipſo jure fiunt, requiritur ſententia judicis declaratoria.*
26. *Fundus ſive ager vectigalis eſt ager emphyteuticus.*
27. *Vtrùm rectè dicatur ab Interpretibus, emphyteutam ipſo jure prædio emphyteutico cadere, ſi dominus velit.*
28. *Dominus qui accipit canonem ab emphyteuta, videtur caducitatem ipſi remittere.*
29. *Proteſtatio jus proteſtantis conſervat, ſi facto contraria non ſit.*
30. *Dominus emphyteutam propria auctoritate expellere non poteſt.*
31. *De melioratione prædii emphyteutici.*
32. *Mora quomodo purgetur, & utrùm emphyteuta moram poßit purgare.*

33. *Emphyteuta, ob magnam deteriorationem à prædio emphyteutico ejici poteſt.*
34. *Alienationis verbum quid ſignificet.*
35. *Emphyteuta, irrequiſito domino, prædium emphyteuticum vendere non poteſt.*
36. *Emphyteuta, poſt denunciationem domino factam, prædium vendere non poteſt.*
37. *De jure* προτιμήσεως.
37. *Tabularii olim erant ſervi publici.*
39. *Dominus à novo emphyteuta* εἰσδεκτικὸν, *quod vulgò Laudemium vocant, exigere poteſt.*
40. *Laudemium eſt quinquageſima pars pretii.*
41. *Avaritia mater malorum.*
42. *Emphyteuta prædium emphyteuticum, abſque domini conſenſu, alteri poteſt donare.*
43. *Emphyteuta, in prædio emphyteutico, ſervitutem conſtituere poteſt.*
44. *Septendecim differentiæ inter emphyteuſin & feudum.*
45. *Definitio libellariæ, & in quibus libellaria à feudo differat.*
46. *Definitio precariæ.*

NUnc de emphyteuſi, libellaria & precaria dicam, & in quibus feudum ab his
1 tribus differat, breviter oſtendam. Emphyteuſis

teuſis nõ ſignificat meliorationem, ut Accur-
ſio in Inſtit. de locat. & conducti. viſum eſt,
& probavit Hiero. Cagnolus in authent. qui
rem, num. 3. C. de ſacro. Eccle. Sed inſitio-
nem atq; plantationem, ἀπὸ τοῦ ἐμφυ-
τεύειν, quod eſt inſerere atque implan-
tare, atque ita â præcipua agriculturæ parte,
emphyteuſi nomen inditum eſt. Eſt autem 2
emphyteuſis contractus juris civilis, quo do-
minus prædium utendum fruendum emphy-
teuticario concedit, ea lege, ut id melius &
cultius reddat, & certam annuam penſionem
præſtet, Jacobus Cujacius in c. unic. qui ſuc-
ceſſ. teneantur, Corraſ. in Rubric. Cod. de
jur. emphyt. num. 12. Quòd emphyteuſis
ſit contractus, extra omnem eſt controver-
ſiam, cùm dominus emphyteutæ fundum tra-
dat, & emphyteuticarius ad meliorandum
fundum, & ad certam penſionem præſtan-
dam, domino viciſſim ſe obliget, argumen-
to l. Labeo, de verbor. ſignifica. Et ſic Zeno
Imperator emphyteuſin contractum appel-
lat, in l. 1. Cod. de jure emphyteu. Itemque
Juſtinianus in l. 2. in princ. C. eod. Et quam-
vis Hotomannus in § jus autem gentium,
Inſtit. de jure nat. gent. & civil. & in § adeò
item, Inſtit. de locatio. & conduct. & Cor-
ſius in Rubr. C. de jure emphyt. num. 8. &

lib. 1. Miſcellaneorum c. 21. & quodammodo Cuiac. in Paratit. ad titu. C. de jure emphyteu. velint, emphyteuſin à jure gentium deſcendere, & juris gentium contractuum eſſe:
3 tamen communiter Interpretibus placuit, emphyteuſin, eſſe contractum iuris civilis, Accurſius in d. § ius autem gentium, ſup. verbo penè, & ibi Faber, Iohan. de Platea, Cantiuncula & alii notârunt, Inſtit. de iure natu. gent. & civil. Idem Accurſius in l. ex hoc iure, & ibi Bartolus nu. 4. & Albericus de Roſate, num. 26. de iuſtit, & iur. Zaſius in l. ut vim, circa fin. eod. eaq; interpretum ſententia vera eſt. Nam etſi olim veteres quoque hoc genere negotii uſi ſint, d. § adeò, Inſt. de locatio. & conduct. tamen id nunquam habuerunt pro proprio & ſpeciali contractu, ſed pro venditione aut locatione, quemadmodum Iuſtinianus auctor eſt in dict. § adeò, Inſtit. de, locatio. & conductio. Et Zeno Imperator primus conſtituit, ut emphyteuſis proprius & ſpecialis eſſet contractus, d. § adeò autem, & lib. 1. C. de iure emphyteu. Sic donationem propter nuptias Iuſtinianus fecit ſpecialem contractum
14 § eſt & aliud Inſtitu. de donat. His verbis, quo dominus prædium ſuum, &c. oſtenditur, omnem eum, qui prædia pleno

iure

iure habet, poſſe prædia in emphyteuſin dare. Quamvis enim propriè emphyteuſis conſtituitur in agris ſive prædiis civitatum & municipiorum, lib. 1. in princip. & rurſus in illis verbis, qui fundum conduxerit a municipibus, Si ager vectigalis petatur, lege ſi domus, § vltim, ibi, fundus municipum vectigalis, de legat. 1. lege ſi finita, § ſi de vectigalibus, de damno infect. Suetonius in Cæſare, agrum Campanũ ad ſubſidia Reipub. vectigalem relictum, diviſit extra ſortem: tamen etiam in prædiis privatorum conſtitui poteſt, quia civitates privatorum loco habentur, l. cum qui vectigal. de verbor. ſignific. Dominus itaque, in definitione noſtra, civitatem, municipium, eccleſiam & quemcunque privatum ſignificat, modo dominium rei in emphyteuſin datæ habeat. Omninò enim concedentem dominum eſſe oportet, alias emphyteuſis non conſtituitur, Jaſon in lib. 1. num. 38. ibi, tunc dicitur emphyteuſis, quando conceſsio fit à domino, & rurſus num. 9. ibi, ſi concedens ſit dominus, appellatur propriè contractus emphyteuticus, C. de iure emphyteutico. Per prædium, quamcunque rem immobilem intelligimus. Ea namq; eſt natura emphyteuſis, quod tantum in immobilib. conſiſtit, lege, 1. ſi ager vectigal.

ctigal per. Iaſ. in l.1.n.101. C.de iur. emphy.
Et quidem corporeis non incorporeis, Tiber. Decian.reſponſ.123.num 44.in 3.volu.Et datur prædium utendum fruendum, quia emphyteuticarius in prædio emphyteutico tantùm uſumfructũ habet, quem interpretes utile dominium vocant, ab actione utili, quæ emphyteuticario cõpetit. Sed hæc ratio utile dominium non conſtituit, quemadmodum expoſitum eſt ſup.c.1. Et licet emphyteuſis, mortuo emphyteuticario ad eius heredes tranſit, ut paulò poſt pluribus dicemus: tamẽ nihilominus emphyteuticarius duntaxat uſumfructũ habet, non utile dominium. Et uſusfructus ad heredes tranſire poteſt, cum proprietas in perpetuum non eſt futura inutilis, ut de.c.1.ſupr.expoſitum eſt, quod in emphyteuſi contingit, quæ ſub duabus legibus conſtituitur, ut poſtrema definitionis verba indicant. Primum enim emphyteuſis conſtituitur ſub lege meliorationis, & prædium in emphyteuſin emphyteuticario conceditur, ut id melius & cultius reddat, l.2. & 3.C. de iure emphyt. & inde à ſubtiliori parte culturæ ab inſitione ſive implantatione huic contractui nomen inditum eſt, ut ſuprà monui. Deinde emphyteuſis ita conſtituitur, ut emphyteuta do-

mino

mino certam annuam penſionem ſoluat, d. l. 2. ibi, ſolutam penſionem, C. de iure emphyt. quæ alias vectigal dicitur; l. 1. & 2. ſi agere vectigalis petatur. idex vectigali. de pign. interdum canon, l. fin. ibi; emphyteuticum canonem, C. de. iur. emphyt. nonnunquam etiam emphyteuma. Ut in Synopſi baſilicon, lib. 20. titulo de emphyteuſib. conſtitu. 2. Dicitur ibi: καὶ μὴ δυνάμενου προφέρειν εἰς δικαιολογίαν ὅτι τυχὸν οὐκ ὠχλήθη περὶ τοῦ ἐμφυτεύματος; hoc eſt, neq; proferre ad defenſionem ſui poterit, quod verbi gratia propter emphyteuma non fuerit inquietatus. Conſtan. Harmenop. lib. 3. epito. tit. 4. vocat τέλος, hoc eſt, tributum. His cognitis, ut natura hujus contractus rectiùs deprehendatur, & differentiæ inter feudum & emphyteuſin clariùs oſtendantur, nonnullas quæſtiones, ex quibus quoq; titulus C. de jure emphy. intelligetur, quàm breviſſimè explicabo. Ac primùm in quæſtionem voca- 7
tur, utrùm ad ſubſtantiam contractus emphyteutici requiratur ſcriptura? Et Imperator in l. 1. C. de jure emphyt. ſcripturam requirit: Et quamvis Accurſius in d. leg. 1. ſup. verbo, ſcriptura, Imperatorem tradit ita excipiendum eſſe, ut emphyteuſis etiam ſine

ſcriptis

ſcriptis celebrari poſſit: tamen idem Accurſius in d. l. 1. ſup. verbo, alienationis, & in § adeò, in verbis, neque ad locationem, Inſtit. de loca. & conduct. affirmat, ſcripturam in principio contractus emphyteutici neceſſariam eſſe: & hæc ſententia communiori Interpretum calculo recepta eſt: Salicetus in d. l. 1. num. 5. & ibi quoque Baldus, C. de jure emphyt. Roland. à Valle conſ. 87. num. 9. in 1. volum. Alexand. conſ. 136. colum. 4. verſic. præterea ſi dicamus, libr. 1. Catellia. Cotta in memorabi. in verbo, Emphyteoſis, Jul. Clar. in § Emphyteoſis, quæſt. 4. Paris de Puteo, de redintegra. feud. cap. 49. num. 3. Petrus Jacobi. in practi. in forma libelli, de condic. ex lege C. de jure emphy. num. 3. eaque tenenda eſt, vel eò maxi-
8 mè, quòd Imperator in d. l. 1. C. de jure emphyt. utitur ablativis abſolutis, ſcriptura interveniente, quorũ ea eſt natura, ut conditionem inducant, l. evictis, de uſuris, l. à teſtatore, de condit. & demonſtrat. l. acceptis, ad leg. Falcid. Bald. in l. 1. num. 6. verſ. quæro nunquid in contractibus, C. quando liceat ab emptione diſcedere, DD. in Rubric. ſoluto matrim. Menochius conſ. 38. num. 26. & conſ. 69. num. 72. Roland. à Valle conſ. 65. num. 23. in 3. volu. quod ut plurimùm verum eſt, non tamẽ ſemper,

ier, Corraſ. in l. 2. § exactis, de orig. jur. & tunc
ion procedit, quando ablativi abſoluti ca-
unt ſuper eo, quod jure certum eſt, Ro-
and. à Valle conſil. 82. num. 16. in 1. volum.
Conditio porrò pro forma & ſolennitate 9
on levi habetur, ut à Baldo traditum eſt in
uthen. matri & aviæ, colum. 1. verſ. quidam
amen dicunt, C. quando mulier tutè. officio
ingat. Alexand. in l. 2. § ultim. colum. 2. &
oi quoq; Franciſ. Aretinus colu. ult. & Jaſon.
olum. 1. de vulgari & pupill. & forma ad un-
uem ſervanda eſt, alias actus eſt nullus, leg.
im hi, § ſi prætor, de tranſact. l. conſtitutio.
l municipalē, l. certa forma, C. de jure fiſci,
b. 10. & omiſſio formæ etiam in minimo, to-
m vitiat, Bald. & Imol. in leg. 1. de liber.
poſtum. & formæ nihil adimi aut detrahi
oteſt, Baldus in l. ultim. C. de ſuis & legi-
n. Roland. à Valle conſ. 43. num. 14. in 2.
olum. Ea enim individua eſt, ut idem Bal-
is ait, in l. certi condictio, § quoniam, colu.
ſi certum petatur, Roland. à Valle conſ. 30.
m. 1. cum multis ſeqq. & conſ. 33. num. 7.
m ſeqq. & conſ. 72. num. 54. cum ſequent.
3. volu. & inſeparabilis, Bald. in l. teſtamen-
n, C. de teſtamentis, Tiraq. prolixè de utro-
e retractu, libr. 2. § 4. gl. 6. num. 31. & rur-
glo. 7. num. 15. Idem in tractatu de judicio.
in

10 in rebus exiguis ferendo, fol. 51. Hinc ſingulariter à Baldo traditum eſt, quòd emphyteuſi aliquo modo finita, non cenſeatur facta tacita renovatio, ſi ſcriptura non intervenerit, quamuis dominus paſſus fuerit heredem emphyteutæ in re emphyteutica manere, in l. 1. in penultim. colum. verſic, ſed nunquid, C. quando non petent. partes, ſequitur & declarat Iaſon. in l. 1. C. de jure emphyt. num. 96. Aliud dicimus in locatione & conductione. Si enim tempus, in quo fundus locatus fuerat, ſit exactum, & in eadem locatione conductor permanſerit, tacito conſenſu eandem locationem renovare videtur, l. legem, C. de locato & conducto. Quòd ſi in aliquo loco conſuetudo vigeat, ut prædia in emphyteuſin ſine ſcriptis dentur, hujusmodi conſuetudo ſervanda erit, argumento l. minimè, de ll. Julius Clar. in d. §. Emphyteoſis, quæſtio. 4. circa fin. Roland. a Valle
11 conſ. 87. nu. 11. in 1. volum. Secundò quæritur, quomodo emphyteuſis differat a locatione. Et quamvis Bartolus, Baldus, Iaſon, Albericus de Roſate & alii in l. 1. C. de jure emphyt. inter emphyteuſin & locationem complures differentias tradunt: tamen inſigniores hæ ſunt: Primùm emphyteuſis quaſi dominium tribuit, & emphyteuticarius

domi-

dominus appellatur, in lege poſſeſſores, C. de fundis patrimon lib. 11. & dictum eſt ſup. cap. 1. Hinc emphyteuticarius, feudorum ſervos manumittere poteſt, d. lege poſſeſſo-res, quod facere nequeunt non domini, veluti conductores, l. 2. C. de mancipiis & colonis patrimon. fundo. lib. 11. Deinde emphyteu-is alienatio eſt, lege vlt. C. de rebus alien. on alienand. Et quod dicitur in d. l. 1. in rincip. C. de iure emphyteut. ius emphy-uticum alienationis titulis non eſſe adijci-ndum, de venditione intelligendum eſt, ut nſtat ex d. § adeo, verſic. Sed talis cōtractus, ſtit de locat. & conduct. & ex d. leg. 1. ex is verbis, ab utriuſque memoratorum con-ctuum ſocietate ſeu ſimilitudine ſepara-n. Locatio nō eſt alienatio. Tertiò, emphy-ſis in prædiis ſive immobilibus rebus con it, quemadmodum ex definitione ſup. tra-i conſtat. Locatio non minùs in mobili-, quàm in immobilibus locum habet. in ſumma ſua, num. vlt C. de iure em-t. Alberic. de Roſat. in l. 1. num. 4. C. em. In immobilibus cōſiſtit locatio, cum ium alicui loco, pro certa mercede; In ilibus, cum aurifici aurum do, ut an-s mihi faciat, mercede pro opera con-a. l. 2. in fin. locati. Priori caſu merce-

G dem

Digitized by Google

dem accipio, poſteriori, do mercedē. Quartò, emphyteuſis contrahitur hoc fine, ut prædiū ab emphyteuticario melius & cultius reddatur. Locatio ſub lege meliorationis non fit, ideoq; inquilinus poteſt ἐμπονήματα, ſive meliorationes removere. l. ſed addes, § ſi inquilinus locati, emphyteuticarius nō item, quod tamen ſub diſtinctione intelligendum eſt, ſicuti inferius dicetur. Denique emphyteuticario, propter ſterilitatem & interitum partis rei emphyteuticæ, penſio non remittitur, l. 1. circa fin. C. de jur. emphyt. & ibi Bart. & Bald. num. 4. Alberic. de Roſa. num. 6. Jul. Clar. in § Emphyteoſis, quæſt. 7. nu. 7. Catellia. Cotta in memorabi. in verbo, emphyteuta. Secus eſt in locatione & conductione, in ea conductori propter ſterilitatem penſionis remiſſio fit, l. licet, C. de locato & conduct. c. propter ſterilitatem, extr. de locato. Menoch. in 10. remedio recuperandæ poſſeſſionis, nu. 98. Idem de arbitrariis judicum quæſt. lib. 2. cent. 1. caſu 76. Covarr. in pact. quæſt. c. 30. ubi eleganter docet, quænam ſterilitas ad penſionis remiſſionem ſufficiat. Differentiæ ratio eſt, quòd penſio ſive canon non præſtatur in compenſationem fructuum, qui ex prædio emphyteutico percipiuntur, ſed potius in ſignum recognitionis, Bart. in d. l. 1. n. 4. C. de

jure

jure emphy. Bald. in l. Item ſi verberatum, § 1. de rei vindicat. & ideo propter ſterilitatem non remittitur. Conductor verò præſtat mercedem in vicem fructuum, & ob id nullis natis fructibus, merces illi remittitur vel minuitur, quaſi ita tacitè inter eum & locatorem convenerit, d. l. licet, C. de locato & cõducto, & ibi Alber. de Roſa. Hier. Cagnol. in authen. qui rem, C. de ſacroſ. Eccleſ. eleganter & prolixè And. Geil. lib. 2. pract. obſ. obſervatione 23. Hoc tamen non procedit, ſi annis præteritis, reditus fuerint uberes, vel fruct9 facti fuerint cariores, ita ut facilè integra penſio poſſit ſolvi, quemadmodum eleganter Roland. à Valle tradidit, conſ. 86. in 3. volum. & probat d. l. licet, C. de locato. Ex hac poſtrema 12 differentia dicendum eſt, propter incurſum hoſtium & bellorum calamitates, emphyteuticarium à ſolutione canonis non liberari. Nam per hoſtilem incurſionem & ingruentia bella, ipſum prædium emphyteuticum non perit, ſed fructus tantùm, qui pars prædii cenſentur, l. fructus, de rei vindication. pereunt. Et parte rei emphyteuticæ perempta, canon nihilominus præſtandus eſt, ut ſupr. dictum eſt, atque ita Jacob. Butriga. referente Jaſone, in d. leg. 1. num. 83. C. de jure emphyt. voluit, & Albericus ibi-

dem num. 7. ubi ſcribit, ſe vidiſſe hanc ſententiam ita communiter obſervari: eandem quoque probavit Angelus, in § adeo, Inſtit de locato. & conduct. proque ea collegium Mediolanenſe, cùm penſio parva eſt, conſuluit, Iaſon in d. lib. 1. num 88. ibi, pro hac parte, C. de iure, emphyt Iul. Clarus in § Emphyteoſis, quæſt. 7. num. 6. Nec adverſatur, quòd incurſus hoſtium inundationi ſimilis eſt, l. cùm unus, § fina. de rebus auctor, iud. poſsid. & per inundationem res deperdita dicitur, cum eius uſus haberi non poſſit, l. interdum, § 1, de acquir. poſſeſſ. lege qui univerſas, § item quod mari, eodem. Nam hoc tantùm reſpectu poſſeſſionis, in quam prætor aliquem mittere vult, intelligendum eſt. Et ſicut prætor non mittit in poſſeſſionem prædii inundati, ita non poteſt mittere in poſſeſſionem prædii ab hoſtibus occupati, quia neutro caſu poſſeſsio corporaliter apprehendi poteſt, & nulla poſſeſsio acquiri, niſi animo & corpore poteſt, l. 3. de acquir. poſſeſſ. lege quemadmodum, eodem l. ferè de regulis iuris. Sic non obſtat, quod Vlpianus in l. forma, § 1. de cenſibus, ſcribit: cenſitorem relevare eum debere, qui in publicis tabulis delato modo frui certis ex cauſis non poſſit. Etenim Vlpianus de tributo, non de canone emphyteutico

ceutico loquitur, & alia cauſa eſt tributo-
rum, alia emphyteutici canonis. Canon
præſtatur domino prædii, nec emphyteuti-
cario remittitur, quamvis prædio frui non
poſſit, aut portio aliqua ex prædio perie-
rit, d. l. 1, C. de jure emphy. Tributum præ-
ſtatur fiſco, l. 2. C. de prædiis tamiacis libr. 11.
ταμεῖον cellarium ſignificat, inde præ-
lia tamiaca, quæ cellario deputata ſunt. Et fi-
ſcus tributis relevat prædia frequenter per
enſitorem, ob ſterilitatem anni, vel ſi agri
ortio chaſmate perierit, d. l. forma, § 1. de
enſib. Hoc amplius non obſtat, quod à Pom-
onio traditum eſt: ſuperficie ſublata, frau-
ari dominum ſoli in percipienda penſione,
inter quos, § damni infecti, de damno infe-
to. Pomponius quippe de ſuperficario lo-
uitur, & in eo caſu, quo tota ſuperficies tol-
ur. Hoc caſu ſuperficiarius, penſionem, ſo-
domino non præſtat, quod & in emphyteu-
ario obtinet, ut ſuprà dictum eſt. Superfi-
rius autem eſt, qui in ſolo alieno ſuperfi-
em habet, quod jus, jus ἐμφυτευτικὸν
pellatur, in l. 3. § ſi jus, de rebus eorum qui
tute. ſunt, quemadmodum Cujac. notavit
t. de ſuperficiis. Non obſtat item, quod in
fundus, § fin. cū l. ſeq. locati, dicitur, remitti
ercedem propter vim majorem & latronū

incurſum, quia id ad locationem & condu
ctionem, non ad emphyteuſin pertinet, u
titulus ipſe indicat, & inter emphyteuſin &
locationem magnum eſt diſcrimen, ut ſu-
pra eſt expoſitum. Denique non obſtat
quod in Novell. conſt. 7. dicitur, propter con
tingentem calamitatem penſionem minui
Id enim de diminutione penſionis, quæ con-
tingit antequam prædia in emphyteuſin den-
tur, accipiendum eſt. Et cum Eccleſiarum
prædia in emphyteuſin dantur, inſpicitur, u-
trùm penſio, quam Eccleſia ex prædiis habet,
uniformis ſemper fuerit, an verò propter
aliquam calamitatem fuerit minuta. Prio-
ri caſu emphyteuticario ex penſione, ſexta
pars propter caſus fortuitos remittitur. Po-
ſteriori nihil remittitur, ut ſi locari ſolebat
prædium 60. emphyteuticario addicetur 50.
Si locari ſolebat 60. & nunc propter cala-
mitatem aliquam, quæ ſupervenit, loca-
tur 40. emphyteuticario pro 40. in emphy-
13 teuſin dabitur, d. Novel. 7. Porrò quemadmo-
dum incommoda, quæ ex ſterilitate vel ho-
ſtium incurſione aut diminutione prædii em-
phyteutici proveniunt, ad emphyteutam
ſpectant: ita quoque ad emphyteutam per-
tinent incrementa, quę prædio emphyteutico
obveniunt, ut prolixè multis rationibus tradi-
tum

tum eſt à Tiberio Deciano reſpon. 123. num. 53. cum multis ſequent. in 3. volum. Nec hic diſtinguimus inter incrementum latens, ut ſi per alluvionem quid acceſſerit, & inter incrementum apparens, ut ſi inſula in flumine enata fuerit, quod tamen gl. fecit in leg. 1. ſup. verbo, Emphyteuticarius, C. de jur. emphyteut. & in l. de quibus, d. ll. & in cap. unic. § Si quis de manſo, in verbo, reſervaverit, ſi de inveſtitura feudi controverſia fuerit, auctoritate ejus quod traditum eſt in l. Item ſi fundi, § huic vicinus, cum § ſeq. de uſufruct. Nam omne incrementum, ſive appareat, ſive latitet, emphyteuticarii eſt, Bart. in d. l. 1. nu. 10. C. de jur. emphyt. & ibi Alber. nu. 5. & 9. Idem Alberic. in d. l. de quibus, nu. 27. 28. & 29. de ll. Et hæc ſententia communis eſt, Jaſon. in d. l. 1. nu. 79. C. de jur. emphyt. Eaque probatur, primùm ex eo, quòd ratione incommodorum, quæ emphyteuta ſentit, de quibus ſuprà dictum eſt, æquum eſt, ut commoda prædio emphyteutico obvenientia, ipſi cedant. Secundùm naturam enim eſt, ut commoda cujuſque rei eum ſequantur, quem ſequuntur incommoda, l. ſecundùm naturam, de reg. jur. & qui ſentit onus, ſentire quoque debet commodum, toto tit. de legit. patron. tutela in Inſtit. Ideoque con-

Digitized by Google

ventio de lucro, tacitè includit conventionem de damno, § Illud. Inſtit. de ſocietate. Deinde d. ſententia confirmatur per text. in d. c. unic. § quis de manſo. ſi de inveſt. feud. contro. fue. Ibi namque Gerhardus Niger tradidit, omne incrementum jure feudi ad vaſallum pertinere, ſi dominus in ipſa curte ſive villa, nihil ſibi retinuit. Cùm dicit, omne incrementum, apertè rejicit diſtinctionem incrementi latentis & evidentis, quia hæc eſt natura hujus vocis univerſalis, ut omnes caſus includat & comprehendat, quemadmodum prolixè à Tiraq. de utroque retract. § 1. gl. 7. num. 21. cum multis ſeqq. traditum eſt, atque ita textum illum Zaſius in epi. feudo. parte 6. num. 47. cum ſeq. Eguinarius Baro, in d. §. Si quis de manſo. & ibi Fridericus Schenck à Tautenbergk, & Jacobus Cujacius, & Sonsbekius parte 10. num. 6. Molin. in conſuetud. Pariſ. § 1. gl. 5. nu. 101. cum ſeqq. intellexerunt. Et quamvis d. § ſi quis de manſo, de feudo, & incremento feudi loquatur: Tamen quod de feudo ibi dicitur, rectè ad emphyteuſin transfertur, cum valeat argumentum de feudo ad emphyteuſin, Bart. in l. ſi mihi & Titio, ubi Jaſon. colum. pen. de verb. obligat. Jaſon. in l. 1. colu. 11. C. de jure emphyt. Decius conſ. 435. nu. 8. Decia.

reſponſ.

reſponſ.123.num.7.in 3. volum. Nec adverſatur d. leg. item ſi fundi § huic vicinus, cum ſeq. de uſufructu, in qua Ulpianus docet, alluvionis uſumfructum ad uſufructuarium pertinere. Inſulæ autem in flumine natæ, uſumfructum ad fructuarium non pertinere. Nam illud ad ſimplicem uſufructuarium, non ad emphyteuticarium, qui jus utendi fruendi quidem habet, ut ſup. expoſitum eſt, ſed tamen alias ab uſufructuario multum diſtat, pertinet. Tertiò quæritur, quomodo emphyteuſis conſtituatur. Et breviter ſciendum eſt, conſtitui emphyteuſin vel ſimpliciter, vel ad certum tempus, vel ad generationem certam, vel denique in infinitum. Emphyteuſis civilis ſimpliciter con- 14
ſtituta, nulla filiorum nec heredum facta mentione, non modò ad emphyteutæ filios filiasve, nepotes neptéſve. reliquoſque deſcendentes, verum etiam ad extraneos heredes tranſit, Jul. Clar. in § Emphyteoſis, quæſt. . Eccleſiaſtica, ex Novella conſtit. 7. ad ſuos emphyteutæ filios & filias, nepotes ac neptes, ex Novella verò 120. ad omnes ipſi deſcendentes pertinet. Et quamvis Goſlinus verbum, perpetuum, quo Juſtinianus in d. Novella 120. utitur, de accipiendis uſque filiis & nepotibus intelligit, atque

 ita

ita dictam Novellam 120. cum Novella 7. conciliat: Covar. lib. 2. varia reſolutio. c. 17. tamen intellectus ille per Novell. 120. ſubvertitur. Nam ibi Juſtinianus majori Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ permittit, ut emphyteutæ, & duobus ipſius heredibus, filiis ac nepotibus, prædia in emphyteuſin det. Poſtea aliis Eccleſiis concedit, ut in perpetuum res eccleſiaſticas in emphyteuſin dare poſſint. Perpetuum igitur ad filios & nepotes non poteſt reſtringi, quia Juſtinianus idem ſtatueret in aliis Eccleſiis, quod ſtatuit in Eccleſia majori Conſtantinopolitana, cum tamen certum ſit, in aliis Eccleſiis, aliud eum ſtatuere voluiſſe. Et hæc ſententia, quod emphyteuſis Eccleſiaſtica ſimpliciter accepta, ad omnes emphyteutæ deſcendentes tranſeat, communiter eſt recepta, Julius Clarus in § Emphyteoſis, quæſtion. 6. numer. 3. & rurſus quæſtion. 28. num. 1. & 2. licet eam, poſt multos alios, Covarruvias libr. 2. variarum reſolutio. cap. 17. in
25 quinta concluſione, non probet. Sic emphyteuſi civili ad certum tempus conſtituta, emphyteutæ filii filiævè, nepotes neptesvè & reliqui deſcendentes, imò etiam extranei heredes admittuntur. In Eccleſiaſtica deſcendentes uſque ad præfinitum annorum nu-
merum

merum ſuccedunt, & illis ante completum annorum numerum deficientibus, extraneis locus non fit. Emphyteuſis enim Eccleſiaſtica, ſi id nominatim non ſit actum, ad extraneos non tranſit, Imola, l. ex facto, num. 14. de hered. inſtit. Ruinus conſil. 23. num. 34 lib. 4. Alexan. conſ. 23. nu. 4. lib. 1. Julius Clarus in §. Emphyteoſis, quæſt. 28. Rolandus à Valle, conſil. 96. num. 4. in 1. volum. Et hæc ſententia ſupra dictis doctoribus atteſtantibus, communis eſt, & vera. Nam etſi id, quod in Novella conſtitutione 7. ſtatutum eſt, res Eccleſiarum in emphyteuſin datas, ad filios ac nepotes tranſire debere, non ad ulteriores deſcendentes, correctum eſt per Novellam 120. tamen illud incorrectum manſit, quod in d. Novell. 7. traditum ſt, ſolos deſcendentes ipſius emphyteutæ, emphyteuſi ſuccedere debere. Quòd ſi 16 mphyteuſis ad certam generationem conceſſa fuerit, ad ſolos deſcendentes, uſque d generationem in conceſſione expreſſam, ectat. Nec hic inter civilem vel Eccleſiaſtim emphyteuſin diſtinguimus, Jul. Clar. in § Emphyteoſis, quæſt. 28. quemadmoum nec diſtinguimus, quando emphyteuſis perpetuum eſt conſtituta. Nam emphy- 17 ſis civilis vel Eccleſiaſtica in perpetuum

dem accipio, poſteriori, do mercedē. Quartò, emphyteuſis contrahitur hoc fine, ut prædiū ab emphyteuticario melius & cultius reddatur. Locatio ſub lege meliorationis non fit, ideoq; inquilinus poteſt ἐμπνήματα, ſive meliorationes removere. l. ſed addes, § ſi inquilinus locati, emphyteuticarius nō item, quod tamen ſub diſtinctione intelligendum eſt, ſicuti inferius dicetur. Denique emphyteuticario, propter ſterilitatem & interitum partis rei emphyteuticæ, penſio non remittitur, l. 1. circa fin. C. de jur. emphyt. & ibi Bart. & Bald. num. 4. Alberic. de Roſa. num. 6. Jul. Clar. in § Emphyteoſis, quæſt. 7. nu. 7. Catellia. Cotta in memorabi. in verbo, emphyteuta. Secus eſt in locatione & conductione, in ea conductori propter ſterilitatem penſionis remiſſio fit, l. licet, C. de locato & conduct. c. propter ſterilitatem, extr. de locato. Menoch. in 10. remedio recuperandæ poſſeſſionis, nu. 98. Idem de arbitrariis judicum quæſt. lib. 2. cent. 1. caſu 76. Covarr. in pact. quæſt. c. 30. ubi eleganter docet, quænam ſterilitas ad penſionis remiſſionem ſufficiat. Differentiæ ratio eſt, quòd penſio ſive canon non præſtatur in compenſationem fructuum, qui ex prædio emphyteutico percipiuntur, ſed potius in ſignum recognitionis, Bart. in d. l. 1. n. 4. C. de

jure

ure emphy. Bald. in l. Item ſi verberatum, § 1.
le rei vindicat. & ideo propter ſterilitatem
ion remittitur. Conductor verò præſtat mer-
cedem in vicem fructuum, & ob id nullis na-
is fructibus, merces illi remittitur vel minu-
tur, quaſi ita tacitè inter eum & locatorem
onvenerit, d. l. licet, C. de locato & cōducto,
x ibi Alber. de Roſa. Hier. Cagnol. in authen.
qui rem, C. de ſacroſ. Eccleſ. eleganter & pro-
ixè And. Geil. lib. 2. pract. obſ. obſervatione
3. Hoc tamen non procedit, ſi annis præteri-
is, reditus fuerint uberes, vel fruct9 facti fue-
int cariores, ita ut facilè integra penſio poſ-
it ſolvi, quemadmodum eleganter Roland.
Valle tradidit, conſ. 86. in 3. volum. & pro-
at d. l. licet, C. de locato. Ex hac poſtrema 12
lifferentia dicendum eſt, propter incurſum
oſtium & bellorum calamitates, emphy-
euticarium à ſolutione canonis non libera-
i. Nam per hoſtilem incurſionem & in-
ruentia bella, ipſum prædium emphyteu-
icum non perit, ſed fructus tantùm, qui
ars prædii cenſentur, l. fructus, de rei vin-
lication. pereunt. Et parte rei emphyteuti-
æ perempta, canon nihilominus præſtan-
lus eſt, ut ſupr. dictum eſt, atque ita Jacob.
Butriga. referente Jaſone, in d. leg. 1. num. 83.
C. de jure emphyt. voluit, & Albericus ibi-

dem num. 7. ubi ſcribit; ſe vidiſſe hanc ſententiam ita communiter obſervari; eandem quoque probavit Angelus, in § adeò, Inſtit de locato. & conduct. proque ea collegium Mediolanenſe; cùm penſio parva eſt, conſuluit, Iaſon in d. lib. 1. num 88. ibi; pro hac parte, C. de iure, emphyt Iul. Clarus in § Emphyteoſis, quæſt. 7. num. 6. Nec adverſatur, quòd incurſus hoſtium inundationi ſimilis eſt, l. cùm unus; § fina. de rebus auctor; iud. poſsid. & per inundationem res deperdita dicitur; cum eius uſus haberi non poſſit; l. interdum; § 1, de acquir; poſſeſſ. lege qui univerſas; § item quod mari; eodem. Nam hoc tantùm reſpectu poſſeſſionis; in quam prætor aliquem mittere vult; intelligendum eſt. Et ſicut prætor non mittit in poſſeſſionem prædii inundati, ita non poteſt mittere in poſſeſſionem prædii ab hoſtibus occupati; quia neutro caſu poſſeſsio corporaliter apprehendi poteſt, & nulla poſſeſsio acquiri, niſi animo & corpore poteſt. l. 3. de acquir. poſſeſſ. lege quemadmodum; eodem l. ferè de regulis iuris. Sic non obſtat, quod Vlpianus in l. forma; § 1. de cenſibus; ſcribit: cenſitorem relevare eum debere, qui in publicis tabulis delato modo frui certis ex cauſis non poſſit. Etenim Vlpianus de tributo; non de canone emphy-

teutico

utico loquitur, & alia cauſa eſt tributo-
um, alia emphyteutici canonis. Canon
æſtatur domino prædii, nec emphyteuti-
rio remittitur, quamvis prædio frui non
oſſit, aut portio aliqua ex prædio perie-
t, d. l. 1. C. de jure emphy. Tributum præ-
atur fiſco, l. 2. C. de prædiis tamiacis libr. 11.
μεῖον cellarium ſignificat, inde præ-
a tamiaca, quæ cellario deputata ſunt. Et fi-
us tributis relevat prædia frequenter per
enſitorem, ob ſterilitatem anni, vel ſi agri
ortio chaſmate perierit, d. l. forma, § 1. de
enſib. Hoc amplius non obſtat, quod à Pom-
onio traditum eſt: ſuperficie ſublata, frau-
ari dominum ſoli in percipienda penſione,
inter quos, § damni infecti, de damno infe-
o. Pomponius quippe de ſuperficario lo-
uitur, & in eo caſu, quo tota ſuperficies tol-
tur. Hoc caſu ſuperficiarius, penſionem, ſo-
domino non præſtat, quod & in emphyteu-
cario obtinet, ut ſuprà dictum eſt. Superfi-
arius autem eſt, qui in ſolo alieno ſuperfi-
iem habet, quod jus, jus ἐμϐατευτικὸν
ppellatur, in l. 3. § ſi jus, de rebus eorum qui
ib tute. ſunt, quemadmodum Cujac. notavit
tt. de ſuperficiis. Non obſtat item, quod in
ſi fundus, § fin. cū l. ſeq. locati, dicitur, remitti
ercedem propter vim majorem & latronū

incurſum, quia id ad locationem & condu-
ctionem, non ad emphyteuſin pertinet, u
titulus ipſe indicat, & inter emphyteuſin &
locationem magnum eſt diſcrimen, ut ſu-
pra eſt expoſitum. Denique non obſtat
quod in Novell. conſt. 7. dicitur, propter con-
tingentem calamitatem penſionem minui
Id enim de diminutione penſionis, quæ con-
tingit antequam prædia in emphyteuſin den-
tur, accipiendum eſt. Et cum Eccleſiarum
prædia in emphyteuſin dantur, inſpicitur, u-
trùm penſio, quam Eccleſia ex prædiis habet,
uniformis ſemper fuerit, an verò propter
aliquam calamitatem fuerit minuta. Prio-
ri caſu emphyteuticario ex penſione, ſexta
pars propter caſus fortuitos remittitur. Po-
ſteriori nihil remittitur, ut ſi locari ſolebat
prædium 60. emphyteuticario addicetur 50.
Si locari ſolebat 60. & nunc propter cala-
mitatem aliquam, quæ ſupervenit, loca-
tur 40. emphyteuticario pro 40. in emphy-
13 teuſin dabitur, d. Novel. 7. Porrò quemadmo-
dum incommoda, quæ ex ſterilitate vel ho-
ſtium incurſione aut diminutione prædii em-
phyteutici proveniunt, ad emphyteutam
ſpectant: ita quoque ad emphyteutam per-
tinent incrementa, quę prædio emphyteutico
obveniunt, ut prolixè multis rationibus tradi-
tum

um eſt à Tiberio Deciano reſpon. 123. num.
5. cum multis ſequent. in 3. volum. Nec hic
diſtinguimus inter incrementum latens, ut
per alluvionem quid acceſſerit, & inter in-
crementum apparens, ut ſi inſula in fluni-
ne enata fuerit, quod tamen gl. fecit in leg. 1.
ſup. verbo, Emphyteuticarius, C. de jur.
emphyteut. & in l. de quibus, d. ll. & in cap.
unic. § Si quis de manſo, in verbo, reſerva-
verit, ſi de inveſtitura feudi controverſia
fuerit, auctoritate ejus quod traditum eſt in
. Item ſi fundi, § huic vicinus, cum § ſeq. de
uſufruct. Nam omne incrementum, ſive ap-
pareat, ſive latitet, emphyteuticarii eſt, Bart.
in d.l. 1. nu. 10. C. de jur. emphyt. & ibi Alber.
nu. 5. & 9. Idem Alberic. in d. l. de quibus, nu.
27. 28. & 29. de ll. Et hæc ſententia commu-
nis eſt, Jaſon. in d. l. 1. nu. 79. C. de jur. emphyt.
Eaque probatur, primùm ex eo, quòd ratione
incommodorum, quæ emphyteuta ſentit, de
quibus ſuprà dictum eſt, æquum eſt, ut com-
moda prædio emphyteutico obvenientia
ipſi cedant. Secundùm naturam enim eſt, ut
commoda cujuſque rei eum ſequantur, quem
ſequuntur incommoda, l. ſecundùm natu-
ram, de reg. jur. & qui ſentit onus, ſentire
quoque debet commodum, toto tit. de le-
git. patron. tutela in Inſtit. Ideoque con-
 ventio

ventio de lucro, tacitè includit conventionem de damno, § Illud. Inſtit. de ſocietate. Deinde d. ſententia confirmatur per text. in d. c. unic. § quis de manſo. ſi de inveſt. feud. contro. fue. Ibi namque Gerhardus Niger tradidit, omne incrementum jure feudi ad vaſallum pertinere, ſi dominus in ipſa curte ſive villa, nihil ſibi retinuit. Cùm dicit, omne incrementum, apertè rejicit diſtinctionem incrementi latentis & evidentis, quia hæc eſt natura hujus vocis univerſalis, ut omnes caſus includat & comprehendat, quemadmodum prolixè à Tiraq. de utroque retract. § 1. gl. 7. num. 21. cum multis ſeqq. traditum eſt, atque ita textum illum Zaſius in epit. feudo. parte 6. num. 47. cum ſeq. Eguinarius Baro, in d. §. Si quis de manſo. & ibi Fridericus Schenck à Tautenbergk, & Jacobus Cujacius, & Sonsbekius parte 10. num. 6. Molin. in conſuetud. Pariſ. § 1. gl. 5. nu. 101. cum ſeqq. intellexerunt. Et quamvis d. § ſi quis de manſo, de feudo, & incremento feudi loquatur: Tamen quod de feudo ibi dicitur, rectè ad emphyteuſin transfertur, cum valeat argumentum de feudo ad emphyteuſin, Bart. in l. ſi mihi & Titio, ubi Jaſon. colum. pen. de verb. obligat. Jaſon. in l. 1. colu. 11. C. de jure emphyt. Decius conſ. 435. nu. 8. Decia. reſponſ.

ſponſ.123.num.7.in 3. volum. Nec adverſa-
r d. leg. item ſi fundi § huic vicinus, cum
q. de uſufructu, in qua Ulpianus docet,
uvionis uſumfructum ad uſufructuari-
n pertinere. Inſulæ autem in flumine na-
, uſumfructum ad fructuarium non perti-
re. Nam illud ad ſimplicem uſufructuari-
i, non ad emphyteuticarium, qui jus uten-
fruendi quidem habet, ut ſup. expoſitum
ſed tamen alias ab uſufructuario multum
tat, pertinet. Tertiò quæritur, quomo-
emphyteuſis conſtituatur. Et breviter
ndum eſt, conſtitui emphyteuſin vel ſim-
iter, vel ad certum tempus, vel ad ge-
ationem certam, vel denique in infini-
i. Emphyteuſis civilis ſimpliciter con- 14
ita, nulla filiorum nec heredum facta
itione, non modò ad emphyteutæ filios
ſue, nepotes neptéſue. reliquoſque de-
identes, verum etiam ad extraneos here-
tranſit, Jul. Clar. in § Emphyteoſis, quæſt.
Eccleſiaſtica, ex Novella conſtit. 7. ad
s emphyteutæ filios & filias, nepotes ac
tes, ex Novella verò 120. ad omnes ipſi-
eſcendentes pertinet. Et quamvis Go-
nus verbum, perpetuum, quo Juſtinia-
in d. Novella 120. utitur, de accipien-
isque filiis & nepotibus intelligit, atque

merum ſuccedunt, & illis ante completum annorum numerum deficientibus, extraneis locus non fit. Emphyteuſis enim Eccleſiaſtica, ſi id nominatim non ſit actum, ad extraneos non tranſit, Imola, l. ex facto, num. 14. de hered. inſtit. Ruinus conſil. 23. num. 34 lib. 4. Alexan. conſ. 23. nu. 4. lib. 1. Julius Clarus in §. Emphyteoſis, quæſt. 28. Rolandus à Valle, conſil. 96. num. 4. in 1. volum. Et hæc ſententia ſupra dictis doctoribus atteſtantibus, communis eſt, & vera. Nam etſi id, quod in Novella conſtitutione 7. ſtatutum eſt, res Eccleſiarum in emphyteuſin latas, ad filios ac nepotes tranſire debere, non ad ulteriores deſcendentes, correctum ſt per Novellam 120. tamen illud incorrectum manſit, quod in d. Novell. 7. traditum ſt, ſolos deſcendentes ipſius emphyteutæ, emphyteuſi ſuccedere debere. Quòd ſi 16
nphyteuſis ad certam generationem conſſa fuerit, ad ſolos deſcendentes, uſque generationem in conceſſione expreſſam, ectat. Nec hic inter civilem vel Eccleſiaſticm emphyteuſin diſtinguimus, Jul. Clar. in § Emphyteoſis, quæſt. 28. quemadmo- n nec diſtinguimus, quando emphyteuſis erpetuum eſt conſtituta. Nam emphy- 17
ſis civilis vel Eccleſiaſtica in perpetu-

um

um conceſſa, ſi quidem emphyteuta pro ſe & filiis ſuis eam accepit, ad ſolos deſcendentes pertinet, Julius Clar. in § Emphyteoſis, quæſt. 28. num. 4. ſive heredes extiterint ſive non, Covarr. libr. 2. variarum reſolutio c. 18. in quinta conclu. Si pro ſe & heredibus quibuſcunque, ad deſcendentes & extraneos, idque propter particulam, quibuſcunque, quæ heredibus appoſita facit, ut veniant quoque extranei heredes, etiam in materia, quæ ſui natura ad heredes non eſt tranſitoria, ut prolixè traditum eſt ab Antonio Gabrielio Romano libr. 6. communium concluſion. tit. de verbor. ſignificat. concluſ. 4. Roland. à Valle, conſ. 96. num. 28. cum ſeq. in 1. volum. Idemque dicimus, ſi emphyteuſis Eccleſiaſtica (nam de civili non dubitatur) alicui fuerit conceſſa, pro ſe & heredibus, Covar. lib. 2. variarum reſolut. c. 17. in 4. concluſ. quamvis in hoc articulo, multi in contraria ſint ſententia, Jul. Clar. in § feudum, quæſtio. 28. Roland. à Valle, d. conſ. 96. num. 6. cum ſeqq. in 1. volu. propterea, quòd verbum, heres, de extraneis non intelligitur in materia, quæ ſui natura ad extraneos non eſt tranſitoria, ut multis auctoritatibus probat Anton. Gab. Roman. lib. 6. communium concluſio. tt. de verbor. ſignific. concluſ. 2. nu.

7. Si

17. Si denique emphyteuta pro ſe & filiis heredibus emphyteuſin accepit, ita demum ad filios pertinet, ſi heredes extiterint, Covarr. libr. 2. variar. reſolu. cap. 18. in ſexta concluſ. Roland. à Valle, conſ. 89. num. 29. in 1. volum. Nec his adverſatur c. nulli, extra de rebus Eccleſiæ non alien. in quo Pontifex prohibet, ne res Eccleſiæ in perpetuam emphyteuſin dentur, Nam jure Pontificio res Eccleſiarum in perpetuam emphyteuſin dari vetantur, non intervenientibus debitis ſolennitatibus, de quibus in c. Sine exceptione, 12. quæſt. 2. c. 1. & 2. de rebus Eccleſ. non alienan. in 6. c. 1. &c. tua, de his quæ fiunt à prælatis. At debitis ſolennitatib. adhibitis, res Eccleſiarum rectè in perpetuam emphyteuſin dari poſſunt. Et hanc eſſe ſententiam pontificis, in d. c. nulli, ex eo intelligitur, quòd pontifex ſimul prohibet alienationem rerum Eccleſiaſticarum. At hoc dubio procul de alienatione, quæ fit omiſſis debitis ſolennitatibus eſt accipiendum, cùm res Eccleſiarum adhibitis debitis ſolennitatibus rectè alienentur. Quartò quæritur, quib. 18
de cauſis emphyteuticarius jure ſuo emphyteutico excidat? Et quidem, ſi de eo in emphyteuticis inſtrumentis aliquid dictum fuerit, id omninò ſervandum erit, leg. 2. in pr. C. de

de iure emphyt. Et inſtrumentis eſt ſtandum, Bald. in l. intereſt, C. de ſolut. Decian reſponſ. 92. num. 1. in 3. volum. quia contractus ex conventione legem accipiunt, l. 1. § ſi convenit, depoſit. & dictum eſt, c. 1. ſup. & grave eſt fidem fallere, l. 1. de conſtitut. pec imò nihil magis cõgruum eſt fidei humanæ quam ea ſervare quæ placuerunt, l. 1. de pactis l. non minorem, C. de tranſact. Si vero de eo in conſtituenda emphyteuſi nihil convenerit, tunc emphyteuta duabus ex cauſis iure ſuo emphyteutico cadit, primùm ſi canonem in civili emphyteuſi intra triennium. l. 2. Cod de iure emphyteut. in Eccleſiaſtica intra biennium, Novel. 7. non ſolverit. Canonem inquam totum. Totus enim canon ſoluendus eſt, & ſi emphyteuta totum canonem non ſolvat, quamvis ſolverit partem, cadit tamen à toto, ut concludit Speculator in titul. de locatio. § nunc aliqua. Oldradus conſ. 29 Bald. in Rubr. de contrahen. empt. in 10 quæſt. Salicetus in authen. perpetua, C. de ſacroſ. Eccleſ. Decian. reſpon. 92. num. 8. in 3. volum. Deinde, ſi apochas fiſcales domino intra triennium non reddiderit, d. l. 2. C de iure emphyteut. quas ideò domino reddere tenetur, ut dominus adverſus fiſcum cui tributum prædiorum nomine præſta-

tur, ut

tur, ut in 2. quæſt. dictum eſt, ſecurus ſit. Et
his duobus caſibus non auditur emphyteuta,
ſi prætendere voluerit, quòd ſuper ſolutione
canonis emphyteutici, vel redditione apocha
rum fiſcalium, à domino prædij interpellatus
non fuerit, cùm, ut Iuſtinianus eleganter ait,
neminem oporteat conventionem vel ad-
monitionem expectare, ſed unumquemque
deceat ultrò offerre ſe, & debitum ſpontanea
voluntate perſoluere, d.l.2.C.de iure emphy-
teut. cui conſonat id, quod alibi ab eodem
Imperatore reſcriptum eſt, quemque ea quæ
promiſit, in memoria ſua ſervare debere,
nec expoſcere, ut ab aliis ſibi manifeſtentur,
leg. magnam, in fin. C. de contrahen. &
commit. ſtipul. Inde ſequitur, quòd em- 19
phyteuticarius in mora conſtituitur, ſine ul-
la interpellatione. Mora eſt fruſtratoria di-
latio ſolvendi vel accipiendi debiti, ut con-
ſtat ex leg. 3. § final. & leg. ſciendum, de v-
ſuris, leg. ſi ſoluturus, de ſolution. Et mora
regulariter fit, non ex re, ſed ex perſona, id
eſt, ſi quis interpellatus oportuno loco non
ſolverit, leg. mora de uſuris, Paulus in 3.
ſentent. in fine, ibi inquit: Mora fit cum
poſtulanti non datur. Interdum fit per 20
quaſi interpellationem, ſi non ſit qui in-
terpelletur, conveniatur vel admoneatur,
ut ſol-

ut ſolvat: ut ſi quis ſine herede deceſſerit cum nulla ſit perſona, quæ interpelletur, i te fit mora: leg. ſed etſi Reipub. in fin. de u ſuris. Sed neceſſe eſt hoc caſu, ut credito idipſum teſtatione complectatur, hoc eſt palam teſtetur, aut teſtatione in ſcriptis com prehendat, ſe non invenire quem interpe let, & hæc conteſtatio pro petitione ſive ta cita interpellatione habetur, leg. ſecunda, d nautico fœnore. Nonnunquam mora fi in re ipſa, neque per interpellationem taci tam, neque expreſſam, ut ſi quis rem alie nam rapuerit, pecus alienum abegerit, leg ultim. C. de condictio. ob turpem cauſam hic res ipſa moratorem facit, & plus quan moratorem ſive fruſtratorem, ut Trypho nius loquitur, in l. pen. de vi & vi armata odio ſcilicet ejus, qui rem alienam malo mo re rapuit. Sic ex diverſo favor facit, ut mi noribus viginti quinque annis, ſi quid ei debeatur ex quacunque cauſa, mora fiat i re, ex conſtitutione Severi, l. cum verò, § ap paret, de fideicom. liberta. leg. 3. C. in quib cauſis in integr. reſt. l. 5. C. de actio. emti. De nique mora fit, quandoq; per appoſitionem diei, & dies, ut vulgò dicitur, interpellat pr homine, d. l. 2. C. de jur. emphyt. d. l. magnam C. de contrah. & committ. ſtipul. l. ad diem, d

verb.

verb. oblig. l. lecta de rebus credit. & prolixiſsimè traditum eſt ab Antonio Gabrielio Romano lib. 3. commun. concluſ. titulo de ſolut. &. lib. concluſ. 9. Et ſic emphyteuticarium dies quotidiè interpellat, & ob id, ſi emphyteuticarius intra triennium canonem nō ſoluerit, vel apochas fiſcales domino nō reddiderit, iure ſuo excidit, ut ſuprà dictum eſt. Et quamvis interpretes ſentiunt, emphyteu- 21
tam etiam ſtatim eo anno, quo in canonis ſolutione vel apocharum redditione ceſſavit, expelli poſſe, ſi iuraverit ſe canonem ſoluturum, vel apochas fiſcales redditurum, Bald. in c. querelam, verſic. nota quòd propter duas, extra de iureiurand. & ita in facti contingentia conſuluit Alexand. conſ. 85. lib. 1. Seque ita vidiſſe obſervari ſcribit Franciſ. Curtius iunior in leg. ſi quis maior. C. de tranſact. Catellia. Cotta in memorab. in verbo, emphyteuta, eaque ſententia communiter eſt recepta, Roland. à Valle conſ. 6. num. 42. & conſ. 77. num. 18. in 1. volum. & conſ. 25. num 23. in 2. volum. Iul. Clar. in §. Emphyteoſis, quæſtio. 7. num. 2. tamen dicta ſententia Iulio Claro in d. loco non probatur, & rectè. Cùm enim ea ſit natura contractus emphyteutici, ut emphyteuta ob ceſſationem duntaxat triennii, iure ſuo

cadat, iuramentum contractui emphyteuti-
co ſimpliciter appoſitum, hanc contractu
naturam non immutavit. Traditum namqu
eſt, quòd iuramentum ſequitur naturam con-
tractus, ſuper quo interponitur, l. final. & ib
Bard. Bald. Salicetus & alii, C. de non num
pecu. l. ſed etſi poſſeſſor, § item ſi iurauero
& ibi Iaſon in 9. notab. de iureiurand. c. quem
admodum extra de iureiurand. & ibi Pa
norm. in 7. notab. notavit, quòd iuramen
tum appoſitum in contractu, recipit om
nes conditiones & ſubauditiones, atqu
limitationes, quas contractus ipſe habet
& latiſsimè proſecutus eſt Tiraq. in pra
fatio. l. ſi unquam, num. 165. C. de revocat
donat. idem Tiraqu. in tractatu de iure con
ſtituti poſſeſſorij in 3. parte, limitat. 7. num
35. Anton. Gabriel. Roman. libr. 2. tit. de iu
reiurand. concluſ. 10. Et hanc poſteriorem
ſententiam Carol. Molinæus probavit in
Alexand. conſil. 85. in prima additio. & Cur
tius iunior in d. l. ſi quis maior, C. de tranſac
eamq; tanquam veriorem prolixè defend
Covarr. in c. quamvis, de pact. in 6. & in
22 § primæ partis relectio. num. 5. Sed nunc qui
dicendum ſit, ſi dominus prædii moram fec
rit in accipiendo canone, diſpiciamus. Si do
minus prædii primo & ſecundo anno cano

nem a

nem ab emphyteuta oblatum accipere recuſavit, poteſt tertio anno non tantum canonem eius anni, ſed etiam præcedentium annorum petere. Si verò tertio quoque anno canonem oblatum accipere noluit, nõ poteſt quarto anno præteritorum annorum canonẽ exigere: Ita ab Euſtachio in libro *περὶ χρονικῶν διαστημάτων*, id eſt, de diverſis temporum præſcriptionibus, c. *περὶ τριετίας*, id eſt, de triennio traditum eſt, his verbis: *ἐπὶ τρισὶ χρόνοις μὴ προσαγαγὼν τὸ ἐμφυτευτικὸν τέλος, ἐκπίπτει τῆς ἐμφυτεύσεως. εἰ δὲ οὐ δέξεται τοῦτο ὁ δεσπότης ἐπὶ τρισὶ χρόνοις, κερδάνει αὐτὸ ὁ ἐμφυτευόμενος*, hoc eſt, emphyteuta, qui intra triennium canonem non ſolvit, jure ſuo emphyteutico excidit. Si verò dominus prædij intra triennium canonem non acceperit, lucratur canonem emphyteuta. Et adjicit Euſtachius, ita lib. 23. C. de Epiſco. audien. quæ lex temporum vitio, cum alijs multis legibus interijt, cautum fuiſſe. Et ex his conſequenter intelligimus, dominum prædij, qui canonem ab emphyteuta oblatum, intra triennium non accepit, emphyteutam è prædio emphyteutico eijcere nequaquam poſſe. Cæ- 23.

 terùm

terum neceſſe eſt, ut emphyteuta pecuniam, quam domino prædii obtulit, quamque dominus accipere noluit, conſignet & conſignatam deponat. Nam ita Iuſtinianus reſcripſit, in d. l. 2. §. fina. C. de iure emphyteu. Ne dominis facultas oriatur, emphyteutas ſuos repellere, & reditum minime velle accipere, ut ex huiuſmodi machinatione, triennio elapſo, ſuo iure is, qui emphyteuſin ſuſcepit, cadat; licentiam ei concedimus, atteſtatione præmiſſa, pecunias offerre, hiſque conſignatis & ſecundum legem depoſitis, minimè deiectionis timere periculum. Notanda ſunt illa verba; licentiam concedimus pecunias offerre, hiſque conſignatis & depoſitis, deiectionis non timere periculum: quæ perſpicuè indicant, ad evitandam caducitatis pœnam, opus eſſe pecuniæ debitæ oblatione, conſignatione & depoſitione; idq; in puncto iuris verius eſt, quemadmodum Iaſon, Montanus & Corraſius, in d. l. 2. C. de iur. emphyteut. contra communem interpretum ſententiam exiſtimantium, ſolam oblationem à caducitate excuſare, & conſignationem & depoſitionem ad plenariam liberationem, ut emphyteuta nec eiici, nec ad ſolutionem penſionis præteriti temporis compelli poſsit pertinere; Iu-
lius

lius Clarus in § Emphyteuteoſis, quæſtion. 7. num. 10. Paris de Puteo, de redintegrat. feud. c. 69. num. 3. tradiderunt. Quintò quæritur, utrùm emphyteuta, ex duabus dictis cauſis, ipſo jure, prædio emphyteutico excidat? hoc eſt, quæritur, an ſtatim ubi non ſoluit canonem, vel apochas fiſcales domino non tradidit, intra triennium, eo ipſo excidat jure ſuo, ita ſcilicet, ut ſententia judicis privativa non ſit opus, an verò ſententia judicis ſit expectanda, & poſt ſententiam emphyteuta primùm dicendus ſit jure ſuo cecidiſſe? 24
Et quidem videtur dicendum, emphyteutam ipſo jure, ob ceſſationem, prædio emphyteutico cadere, propterea quòd Juſtinianus in d. l. 2. C. de jure emphyteutico, in qua domino dat facultatem repellendi, ejiciendivè emphyteutam, præciſa dictione, omnimodò, utitur, quæ idem quod ipſo jure ſignificat, quemadmodum à Tiraq. in l. ſi unquam, ſup. verbo revertatur, num. 76. cum ſeqq. & num. 88. C. de revoca. don. prolixè traditum eſt. Et notavit Gabriel Sarayna, ad Matthesila. ſingu. 111. Sic, omninò & penitus, ſignificant, ipſo jure aliquid fieri, Corſetus ſingul. 194. in verbo, omninò, & ſingulari 208. in verbo, penitus. Et hanc ſententiam Salicetus in d. l. 2. & ibi Baldus in additio.

num. 3. Jaſon. num. 14. Johannes Sichardus & Corraſ. C. de jure emphyteut. & Hoſtienſis in c. potuit, extra de locato & conducto probarunt, & ibi Antonius de Butrio teſtatur, hanc eſſe communem opinionem, Roland. à Valle conſ. 87. num. 2. & 5. in 1. volum. latè Mandoſius in additionibus ad Romanum conſ. 212. in verbis, ipſo jure. Ibi teſtatur hanc ſententiam paſſim in judiciis obſervari. Eamque tenendo non obſtat, quòd Imperator Iuſtinianus, in d. l. 2. C. de jur. emphyt. utitur verbis, non præteritum, ſed præſens tempus ſignificantibus, quæ pœnam non ipſo jure, ſed per ſententiam infligunt, gl. in l. jubemus, 2. § ſed Oeconomus, ſup. verbo, privetur, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. in criminali, ſup. verbo, habeatur, ibi, & dic mulctetur non ipſo jure, ſed per ſententiam, C. de juriſdict. omnium jud. Rom. in ſingularib. ſingul. 2. Nam id non procedit, cùm verbo præſenti vel futuro apponitur dictio aliqua præciſa, omninò, omnimodò, aut ſimilis. Etenim facit, ut licet ſint verba præſentia vel futura, tamen pœna ipſo jure infligatur, gloſſ. in c. quam ſit. ad fin. de electio. libr. 6. Roman. in conſ. 212. quo ad primum, circa finem, Matthesilan. in ſingularib. ſingulari 111. Sylvanus de feudi recognitione, quæſt. 23. num.

num. 27. cum multis ſequentibus, atque ita Jaſon. Johan. Sichard. & Corraſius in locis ſupra dictis tradiderunt, & addit Jaſon. in d. l. 2. num. 15. iſtam eſſe doctrinam omnium Dd. in l. Imperator, de jure fiſci. Non obſtat ſimiliter L. lex vectigali fundo. § 1. de pignor. in qua ICtus docet, canone ſecundum legem vectigali fundo dictam, non ſoluto, pronunciatum fuiſſe, fundum ſecundum legem domini eſſe. Etenim pronunciatio ibi non ſententiam judicis privativam, ſed duntaxat declaratoriam ſignificat, quòd ipſa verba, fundum domini eſſe, quæ ad hoc Corraſius in d. l. 2. in verbo, volenti, C. de jure emphyt. ponderat, oſtendunt. Et quamvis nonnulli velint, quòd in his, quæ ipſo 25
jure fiunt, ſententia judicis declaratoria opus non ſit, Dominicus in c. ubi periculum, § præterea, in pen. notab. de electio. in 6. Idem Dominicus in conſil. 136. Dominus Burgenſis colum. ult. Jaſon. conſ. 21. quatuor principales, colum. 3. verſic. ad hoc reſpondetur lib. 3. idque nominatim in emphyteuta, qui ipſo jure ob moram ſive ceſſationem prædio privatur, ab Hoſtienſe, Antonio de Butrio, & Imola in c. potuit, extra de locato, traditum ſit, Roland. à Valle conſ. 87. num. 6. in 1. volum. Julius Clarus in § Emphyteoſis, quæſt.

 9. Andr.

9. Andr. Geil. in pract. obſervat. libr. 2. obſervat. 51. num. 7. tamen communis DD ſententia eſt in contrarium, l. ejus qui delatorem, & ibi Bart. de jure fiſci, c. cum ſecundùm, § confiſcationis, & ibi Johan. And. & alii notarunt, de hereti. in 6. Archidiacon. Johan. Andr. Anchora. Dominicus & Philippus Francus in c. 2. de præſcriptionibus in 6. prolixiſſimè Tiraqu. in d. l. ſi unquam, ſup. verbo revertatur, num. 388. cum multis ſeqq. C. de revocan. donat. Et quod etiam in emphytêuta, qui canonem non ſolvit, neceſſaria ſit ſententia declaratoria, voluit Romanus conſ. 212. num. 7. cum ſequent. Alber. in l. 2. num. 3. C. de jure emphyt. & ibi Jaſon. num. 15. qui ex Bald. refert neceſſariam eſſe
26 declarationem amiſſionis. Illud notandum eſt, quòd fundus vectigalis eſt fundus emphyteuticus, quemadmodum oſtendit titulus, ſi ager vectigalis, id eſt, emphyteuticarius petatur, & Ictus in l. ſciendum, § 1. qui ſatisdare cogant. ibi docet, quòd poſſeſſores immobilium non ſatisdant, & poſſeſſor, inquit, eſt etiam is, qui agrum vectigalem, id eſt, emphyteuticum poſſidet, atque ita utroq; in loco in ϖ. Florentinis legitur. In vulgatis codicibus, pro id eſt, legitur vel: & ſi ita legamus, vel ἑρμηνευτικῶς accipere opor-

oportet, pro id eſt. Ita ſumitur particula, vel, in l. 2. ibi, meliorationis, vel eorum quæ emponemata appellantur, & emponemata & meliorationes unum idemque ſunt, l. 3. in pr. C. de jure emphyt. Denique non obſtat, quòd vaſallus propter ingratitudinem vel aliam culpam feudo, non ipſo jure, ſed per ſententiam privatur, ut voluit gloſſ. in c. 1. in verbo, jure feudi, quib. mod. feud. amit. Et hæc eſt communis interpp. ſententia, Jul. Clar. in § feudum, quæſt. 62. Roland. à Valle conſ. 18. num. 9. 10. & 11. in 1. volum. & latius dicemus infra c. 8. circa finem, ibique ſimul oſtendemus, maximi momenti eſſe hanc inveſtigationem, utrùm ipſo jure aliquid fiat, an per ſententiam. Nam licet procedat argumentum à feudo ad emphyteuſin, ut ſuprà monui: tamen hoc perpetuum non eſt, Julius Clarus in §. feudum, quæſt. 3. Sic quoque è contrario ab emphyteuſi ad feudum argumentum non perpetuò valet, quod vel ex eo apparet, quòd emphyteuta jure ſuo cadit, ſi intra triennium canonem non ſolverit. Secus eſt in vaſallo. Etenim vaſallus, qui pro feudo tenetur certam annuam penſionem præſtare, feudo non cadit, ſi intra triennium penſionem non ſolverit, Speculator in titul. de locato. § nunc aliqua, verſic. 85. Præ-

H 5 poſi-

Digitized by Google

poſitus in præludiis feudorum, num. 18. Hyppolit. de Marſil. ſingulari 446. Paris de Puteo, de redintegrat. feudo. c. 93. num. 17. Et hæc eſt communis & verior Dd. opinio, Julius Clarus in § feudum, quæſt. 51. Laudenſis in c. unic. in princ. num. 19. de his qui feudum dare poſſunt, quam tamen Sonsbekius de feudis parte 12. num. 64. & alii nonnulli, ut infra monebimus, improbant. Et ſunt multæ aliæ differentiæ inter feudum &
27 emphyteuſin, ut inferius videre licet. Et quamvis interpretes hanc affirmativam partem, quòd emphyteuta ob ceſſationem triennii, ipſo jure prædio emphyteutico cadit, ita reſtringunt & limitant, ut procedat, quando dominus prædii vult caducitati locum eſſe, Bartolus, Baldus, Jaſon, Corraſius, Sichardus, & alii in d. l. 2. C. de jure emphyteu. Bart. in l. 1. ſi ager vectigalis peta. Baldus in authent. qui rem, C. de ſacroſ. eccleſ. eaque communis eſt Dd. opinio. Julius Clar. in § Emphyteoſis, quæſt. 9. Geil. d. obſervatio. 51. Roland. à Valle conſ. 81. num. 6. in 3. volum. & vera concluſio, Alexand. conſ. 106. numero 4. libr. 4. tamen ſententia illa mihi non probatur, propterea, quòd hæc duo contraria ſunt, ipſo jure, & ſi dominus voluerit. Hæc verba, ipſo jure, ſignificant,

legis

legis ipſius vi, poteſtate, & auctoritate, emphyteutam, ob ceſſationem, prædio emphyteutico cadere. Sic ipſo jure dicimus compenſationem fieri, hoc eſt, legis poteſtate & auctoritate, nullo hominis facto intercedente. Et ideo, ſi debeo tibi centum, & tu mihi incipis debere quinquaginta, non debeo niſi quinquaginta, & ejus pecuniæ duntaxat uſuras debeo, l. 4. & 5. & l. cùm alter alteri, de compenſatio. Sic quæ falſo tutore fiunt, ipſo jure irrita ſunt, l. 4. C. in quibus cauſis in integr. reſtit. non eſt neceſſa. Cum igitur emphyteuta, qui intra triennium canonem non ſoluit, ipſo jure prædio emphyteutico cadat, certè caducitatem ad voluntatem domini prædii, non poſſumus referre: Et quod ipſo jure fit, non deſiderat ſcientiam hominis, Baldus conſ. 404. quia dictus conſultor, in l. dubio, lib. 3. ex quo id refert Tiraq. in tractatu *le mort ſaiſit*, in 18. declarat. 2. partis, num. 4. Et alterutrum horum duorum falſum eſſe oportet, aut caducitatem ipſo jure ob ceſſationem triennalem non fieri, aut domini voluntatem ad caducitatem neceſſariam non eſſe. Sed ipſo jure fit caducitas, canone intra triennium non ſoluto. Ergo &c. Nec huic ſententiæ refragatur, quòd Juſtinianus in d. l. 2. C. de jur. emphyt.
tradit,

Digitized by Google

tradit, licere domino, ſi voluerit, emphyteutam à prædiis emphyteuticis repellere. Nam id ad executionem juris, domino prædii jam antè competentis referendum eſt, quemadmodum verbum repellendi, quo Juſtinianus utitur, quodq́ue duntaxat ad voluntatem domini refert, clarè indicat. Ipſo ergò jure emphyteuta, prædio emphyteutico ob ceſſationem triennalem cadit, & ubi jure ſuo cecidit, in domini voluntate poſitum eſt, an jure ſibi competente uti, & emphyteutam expellere, an verò emphyteutam in prædio emphyteutico manere, & ſic emphyteuſin ta-
28 citè renovare volet. Et ſi quidem poſt incurſam caducitatem, dominus prædii ab emphyteuta receperit penſionem annuam, caducitatem emphyteutæ remiſiſſe, & emphyteuſin tacitè renovaſſe videtur, ſive pro præterito duntaxat tempore canonem accepit, ſive pro futuro, Roland. à Valle conſ. 87. num. 32. in 1. volum. niſi fortè recipiendo canonem præteriti temporis proteſtatus fuerit, quòd per receptionem canonis, jus ca-
29 ducitatis remittere nolit. Hujuſmodi proteſtatio, jus proteſtantis conſervat gl. in c. potuit, extra de locato, eamq́ue gl. eſſe communiter approbatam Jaſon. affirmat in l. ſi poſt moram, de eo quod certo loco, Julius

Clar.

Clar. in § Emphyteoſis, quæſt. 10. Paris de Puteo de redintegra. feudor. c. 60. num. 5. & c. 123. num. 10. Sanè ſi dominus proteſtetur jus ſuum ſalvum ſibi manere debere, & nihilominus ab emphyteuta pro futuro adhuc tempore penſionem recipiat, proteſtatio facto contraria nihil operabitur, eaque contra Bartolum, communis eſt Dd. ſententia, ut Julius Clarus in loco proximè dicto teſtatur, Proteſtatio enim quæ facto contraria eſt, proteſtanti non prodeſt, Bart. Alber. de Roſat. & communiter Dd. in l. ſi quis extraneus, de acquir. hered. Bart. in l. item apud, § ait prætor, de injur. Alber. de Roſat. in 2. part. ſtatu. quæſtio. 44. Abbas in c. ea te, extra de jurejur. Angel. in tractatu maleficio. ſup. verbis verba injurioſa. numer. 9. & ibi Auguſtinus Ariminenſis, Jaſon. in l. fin. quod quiſq; juris, Alexand. in l. Turpia. de legat. 1. Alciatus in l. deteſtatio, de verb. ſignificat. Covar. lib. 1. variar. reſolut. c. 11. num. 1. Quia per contrarium factum, colligitur voluntas, quod quis voluerit recedere a proteſtatione, Decianus reſpon. 13. num. 29. in 2. volum. Sextò in 30 quæſtionem vocatur, utrùm dominus prædii emphyteutam, ob canonem intra triennium non ſolutum, propria auctoritate expellere poſſit. Et cùm ſuper hac quæſtione, diverſæ ſint

ſint interpretum noſtrorum opiniones, quibuſdam exiſtimantibus dominum prædii, id jure facere poſſe, gloſſ. in l. 2. in verbo, repellere, C. de jure emphyt. Alexand. conſ. 117. num. 11. lib. 4. Corneus conſ. 271. lib. 3. Decius conſ. 146. num. 7. aliis econtra aſſerentibus, dictam poteſtatem dominum prædii non habere, Alber. de Roſa. Corraſ. & alii in d. l. 2. nu. 3. C. de jure emphyteutico, nonnullis diſtinctionis fœdere, quòd aut conſtet emphyteutam jure ſuo cecidiſſe, & tunc à domino expelli poſſit, aut id propter emphyteutæ negationem, quæ rem dubiam facere ſolet, l. 3. & ibi notatur, C. quibus ad liberta. procla. &c. non liqueat, & hoc caſu expulſioni non ſit locus, rem conciliantibus. Speculator in titul. de Emphyteuſi, verſic. quadrageſimo octavo quæritur, Bald. in d. l. 2. C. de jure emphyteuti. Idem Bald. in c. unic. § ad hoc, de pace tenen. in uſibus feudorum, Socinus conſ. 167. nu. 14. Mihi media ſententia, quòd dominus propria auctoritate, emphyteutam, qui canonem intra triennium non ſoluit, ejicere non poſſit, placet, non ſolùm propterea, quòd emphyteuta, qui ipſo jure ob ceſſationem triennalem prædio emphyteutico, excidit, naturaliter poſſidet, l. naturaliter, cum ibi notatis, de acquir. poſſeſſ. eaque poſſeſ-
ſione,

ſione, propria auctoritate privandus non eſt argum. l. creditores, C. de pigno. ne occaſio ſit tumultus faciendi, l. non eſt ſingulis, de reg. jur. & ad arma & rixam procedatur, l. ſi cujus rei, § ſed ſi inter duos, de uſufructu, &c. verum etiam quòd Scævola Ictus, vectigali. i. canone non ſoluto, pronunciationem ſive judicis ſententiam declaratoriam requirit, in l. lex vectigali, de pign. & in ſimili videmus, mortuo marito, mulierem, ad quam dos ipſo jure revertitur, heredibus mariti non conſentientibus, dotalium rerum poſſeſſionem ſine auctoritate competentis judicis, ingredi non poſſe, l. in rebus, C. de jure dotium, l. dotis, C. ſolut. matrimon. Et hanc ſententiam, quam probavit Molinæus in conſuetudin. Pariſ. titu. 1. § 6. gl. 3. num. 12. Albericus de Roſate in d. l. 2. num. 3. C. de jure emphyteutico, communem, & Matthæ. de Afflict. in conſtitut. Neapolita. Rubric. 8. de cultu pacis, num. 23. libro primò, magis communem eſſe dicit, eaque æquior eſt & tutior, & minus ſcandalis viam aperit, Iulius Clarus in § Emphyteoſis, quæſt. 11. Et tenendo hanc ſententiam, non obſtat, quòd dominus poteſt propria auctoritate colonum vel conductorem expellere, qui intra bienniũ penſionem non exolvit, l. quæro, § inter locatorem, locati, l.

ti,l.ædc,C.de locat. Matth.de Afflict. in conſtitut.Neapol.Rubr.8.de cultu pacis,num.23 libr. 1. Etenim à colono vel conductore ad emphyteutam, non rectè argumentamur quemadmodum benè Johannes Sichardus monuit, & intelligitur ex iis, quæ ſupra in 2. quæſtione dicta ſunt. Et quamvis Juſtinianus in d.l.2.C.de jure emphyt. permittat domino, ut propter moram emphyteuticarii triennalem, emphyteutam poſſit expellere: tamen id ita intelligendum eſt, ut procedat, dummodò dominus id faciat, competentibus actionibus & judiciorum ordine ſervato, l. extat, quod metus cauſa, l. ſi quis in tantam. C. unde vi, l. pen. & ult. ad l. Jul. de vi privata, vel ſaltem ſimplici querela, & quali quali petitione judici oblata. Nec enim de neceſſitate libellus requiritur, Bart. in d. leg. creditores, C. de pigno. Bald. in d. leg. 2. num. 10. & ibi Jaſon. num. 111. C. de jur. emphyteu. Bald. in d. l. æde, C. de locato. Et hæc ſententia, quam tamen gl. in d. l. 2. ſup. verbo, repellere, ibi, item quid ſi emphyteuta, C. de jur. emphyteu. non probat, communiter eſt recepta, quemadmodum Socius teſtatur, in conſil. 167. num. 17. Et hoc quoque poſteriori caſu, neceſſaria eſt citatio emphyteutæ, Bald. in d. l. 2. C. de jur. emphyt. & ibi quoque

que Iaſon num. 111. Bartol. in d. l. credito-
res, C. de pignor. Socin. d. conſ. 167. num. 18.
Nam etiam in ſententia iudicis declaratoria,
quæ fit de pœna, quam quis ipſo iure incurrit,
requiritur citatio eius, de cuius præiudicio a-
gitur, Tiraqu. prolixè in tractatu; res inter a-
lias actas, mihi folio 29. Anton Gab. Roman.
lib. 2. communium concluſ. tt. de citationi-
bus conclu. 1. ampliatio. 38. Rolan. à Valle
conſ. 18. num. 11. 1 vol. Septimò quæritur, 31
emphyteuta è prædio emphyteutico expulſo,
quid de meliorationibus dicendum ſit. Et
quidem emphyteuta, ſi ob culpam prædio
emphyteutico expellatur, ut quia canonem
intra biennium vel triennium vel triennium
non ſolvit vel apochas fiſcales domino non
tradidit, meliorationes perdit, l. 2. C. de iure
emphyt. & Novell 7. Paris de Puteo, de redin
tegrat. feud. c. 12. num 9. & c. 13. nume. 1. & 2.
Si verò prædio emphyteutico propterea exci-
dit, quòd emphyteuſis curſu temporis, vel ge-
neratione finita eſt, tunc meliorationis à do-
mino repetere poteſt, Bald. in l. Senatus, §
Marcellus, de legat. 1. & hæc eſt communis
DD. opinio; quemadmodum prolixè docet
Iulius Clar. in § emphyteoſis, quæſt 45. quam
tamen Carol. Molinæus, quod ad prius di-
ſtinctionis membrum attinet, ita cenſet
I temperan-

temperandam eſſe, ut emphyteuta ea, quæ nudam & ſimplicem debitæ meliorationis formam excedunt, & quæ ex natura & lege contractus facere non tenebatur, ut ſi nova prædia urbana, & ruſtica magni ſumptus & valoris fecit, vel ſtagnum & molendinum ampli reditus inter anfractus emphyteuticorum prædiorum gravi ſumptu artificioſè conſtruxit, propter culpam non amittat, Molin. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. § 1. gl. 5. num. 73. cum ſeqq. Et quod de emphyteuſi diximus, idem de feudo ſentiendum eſt. Nam feudo finito abſq; culpa vaſalli melioramenta, ad vaſallũ ſpectant, Iul. Clar. in § feudum, quæſt. 88. Molin. in conſuetud. Pariſ. d. tit. 1. § 1. gl. 5. num. 69. cum ſeq. Et dominus cogitur, vel pretium melioramentorum ſolvere, vel pati, ut vaſallus melioramenta tollat, c. vn. § ſi vaſallus, hic finitur lex, &c. Ac poteſt emphyteuta itemque vaſallus, prædiis emphyteuticis vel in feudum datis, tam diu inſiſtere, donec melioramenta ſolvantur, ut in colono traditum eſt, in leg. dominus horreorum, § 1. & leg. penult. in fin. locat. Et in emphyteuſi à Pariſio, conſ. 28. num. 1. & 2. in 3. & in feudis à Corneo conſ. 147. in 2. Bruno. conſ. 105. num. 7. Sic dicimus in fideicommiſsis, quod melioramenta facta in fundo fideicommiſſo ſubjecto cedant ſolo,

dant ſolo, & debeant ſolui per fideicommiſſarium, leg. domos cum ſequent. de legat. 1. ubi Bart. Baldus & Iaſon. Idem dicimus in marito, qui aliquid impendit in fundum dotalem. Nam ipſe vel heredes ipſius petere poſſunt ſolutionem melioramentorum, leg. divortio, § in prædia, ſolu. matrimon. Idem obtinet in uſufructuario, cuius heredibus ſolui debent melioramenta, l. eum ad quem, C. de uſufruct. Denique quicunque habet ius non perpetuũ, ſi facit melioramenta rem retinet, donec ſoluantur melioramenta, Cuiac. conſ. 57. Decianus reſponſ. 29. num. 5. in 2. volum. Et ſi melioramenta perierunt ſine culpa eius, qui fecit, nihilominus emphyteuta, vel vaſallus, vel alius uſufructuarius melioramenta repetere, & rei inſiſtere poteſt, donec ſibi melioramenta ſoluta fuerint, Decianus d. reſponſ. 29. num. 20. in 2. volum. Octavò, commodè nunc 32
quæritur, an emphyteuta moram purgare poſsit. Moræ purgatio non eſt de iure, ſed de bonó & æquo, l. ſi ſervum, § ſequitur, de verb. oblig. & in huius generis quæſtionibus, plerunque ſub auctoritate iuris ſcientiæ perniciosè erratur, ut Celſus tradidit in d. leg. ſi ſervum, § ſequitur, propterea quòd æquitas eſt medium quiddam, & medij difficilis eſt inveſtigatio, ab eo rece-

Digitized by Google

dere mnltis modis poſſumus, id ferire uno tantum modo, Cuiac. in l. interdum, de verb. oblig. Purgatur autem mora per oblationem rei debitæ, d. l. interdum § fin. hoc eſt, quando promiſſor id offert, in quo præſtando vel dando moram fecerat; & tunc liberatur à pœna, quando obligatio eſt pura; l. quid tamen, ſi de pluribus, § vlt. de receptis. Si obligatio fuit in diem; ex die ſtatim pœna committitur, nec promiſſor, qui offert poſt diem, evitat pœnam, quia id inter contrahentes actum intelligitur, l. traiectitiæ, de obligat. & actio l. Celſus, in princ. de receptis; l. ſi fundus, § vlt. de lege commiſſo. Tiberius Decianus reſponſ. 84. num. 7. in 2. volum. Hinc ſequitur emphyteutam moram purgare non poſſe, Rolandus à Valle conſil 87. num. 7. in 1. volum. Paris de Puteo, de redintegrat. feudo. c. 93. num. 3. Etenim emphyteuta obligatus eſt ad ſolutionem canonis in diem ſub certa pœna: tenetur quippe ſingulis annis canonem ſoluere, idque ſi per triennium facere ſuperſederit, iure ſuo emphyteuta cadit, ut ſuprà dictum eſt. Cadit quoque emphyteuta prædio emphyteutico ipſo iure ob ceſſationem vel moram triennalem; ut ſuprà eſt expoſitum. Et cum quid ipſo iure fit, non admittitur moræ purgatio, leg. ſi is cui & ibi Bart. de legat

2. l. qui

2. l. qui ob rem non defenſam, & ibi quoque Bart. & alii, de condict. indeb. Dynus in l. ſi ſervum, § ſequitur. de verbor. obligat. Bart. in l. ſi Inſulam, in 3. & 4. quæſtio. & ibi quoq; Bald. eod. Bart. in l. ſi quis, § ſi plures, in fi. judicatum ſolvi, & in l. ſi quis major, Cod. de tranſact. Baldus in l. ſuper, C. eod. & in l. magnam, colum. 6. verſi. ſecundò fallit, Cod. de contrah. & commit. ſtipul. prolixè Tiraquel. in l. ſi unquam, ſup. verbo, revertatur, numer. 310. C. de revoc. donat. Et denique hæc ſententia, quòd emphyteuta moram purgare non poteſt, eſt communis, ut videre licet apud Jaſonem in d. l. 2. numer. 72. cum multis ſeqq. Cod. de jure emphyteutico, eamque noviſſimè probavit Johannes Delareberteria in tractatu de mora c. 20. Nec adverſatur c. potuit, extr. de locato, in quo diſponitur, quòd celeri ſatisfactione emphyteuta moram purgare poſſit. Hoc enim tantùm ad emphyteutas Eccleſiarum pertinet, non ad emphyteutas laicorum & privatorum; & ita communiter concluditur, ut dicit Ripa, in d. l. ſi Inſulam, numer. 38. de verbor. obligat. & tradidit Julius Clarus in § Emphyteoſis, quæſtion. 8. num. 15. eodemque ultimo, Paris de Puteo, de redintegrat. feud. c. 93. num. 6. & 11. Et judicis arbitrio relinquitur, quan-

 do ce-

Digitized by Google

do celeri ſatisfactione emphyteuta moram purgaſſe dicatur, Menochius libr. 2. de arbi-
33 tra. judic. quæſt. centu. 1. c. 7. Nonò quæritur, an emphyteuta ob deteriorationem prædio emphyteutico ejici poſſit. Et ita videtur dicendum, propterea quòd emphyteuta, deteriorando prædium, contra legem emphyteuſeos facit, ut ex definitione emphyteuſis ſupra relata conſtat. Sic conductor, qui malè in re conducta verſatur, expelli poteſt, l. 3. C. de locat. & conduct. Ob deteriorationem quoque emphyteuta Eccleſiæ, prædio emphyteutico privatur, Novell. 120. Vaſallus etiam ob hanc ipſam cauſam feudum amittit, c. unic. § quicunque advocatiam, & ibi Baldus & alii, de pace tenenda & ejus viola. & dicemus infra c. 8. Et hanc ſententiam Bald. Paul. de Caſt. & Jaſon probârunt in authent. qui rem, C. de ſacroſ. Eccleſ. Alexand. & Jaſon in l. divortio, § ſi fundum, ſoluto matrimonio, eaque communis eſt, ut dicit Jaſon in d. auth. qui rem, num. 5. & ſeq. ex quo id refert Julius Clarus in § emphyteoſis, quæſt. 26. & tunc procedit, quando deterioratio magna eſt, non modica aut parva, Roland. à Valle conſil. 49. num. 20. in 2. volum. Et judicis arbitrio relinquendum eſt, quando deterioratio magna ſit dicenda, Bald. in d. l. 3. C. de lo-

ca. Tiraquel. in l. ſi unquam, in verbo, omnia, num. 31. C. de revo. dona. Molinæus in conſuetud. Pariſ. tit. 1. § 1. gl. 8. nu. 54. in fin. Menoch lib. 2. de arbitr. jud. quæſt. cent. 1. caſu 78. Ex his conſequenter dicendum eſt, quòd emphyteuta arbores fructiferas incidere, ſylvas extirpare, & in locum earum vineas ſupplantare, vel agros ſubſtituere non poſſit, Bart. in d. l. divortio, § ſi fundum, ſolut. matrimon. Roland. à Valle conſ. 49. num. 14. in 2. volum. Paris de Puteo de redintegrat. feudo. c. 46. num. 9. & ita omnes Dd. antiqui & recentiores cenſuerunt, ut tradidit Jaſon in d. l. divortio, § ſi fundum, Julius Clarus in § Emphyteoſis, quæſtio. 26. Chaſſa. in conſuet. Burgund. Rubr. 4. § 6. ſup. verbis, *de maintenir en bon & convenable eſtat*, num. 7. eaque ſententia cum natura uſuſtructus, quæ eſt ut uſufructuarius utatur fruatur, non ut evellat, evertat, deſtruat, toto tit. de uſufruct. in ff. C. & Inſtit. cõvenit, nec quicquam de jure emphyteutæ detrahit. Nam ut Senecæ verbis utar, non eſt argumentũ, ideò aliquid tuum non eſſe, quia vendere non potes, quia conſumere non potes, quia mutare in melius vel deterius non potes. Tuum enim eſt etiam quod ſub certa lege tuum eſt, Seneca libr. 7. de benefic. c. 12. Decimò quæritur, 34

Digitized by Google

utrùm emphyteuta, prædium ſuum emphyteuticum inſcio domino prædii alienare poſſit. Alienationis verbum quandoque latè ſumitur, & ſignificat omnem actum, per quem dominus transfertur, l. 1. C. de fundo dotali. Itaque cum quid prohibetur alienari, non diſtrahi tantum prohibetur, ſed & donari, legari, permutari & in ſolutum dari. His enim modis omnibus dominium tranſit. Sed etſi dominium non amittatur, deterior tamen quovis modo conditio rei fiat, alienata dicitur, l. ult. Cod. de reb. alien. non alienand. Hoc amplius, alienationis appellatione, etiam uſucapio continetur. Vix enim eſt, ut non videatur alienare, qui patitur uſucapi, l. alien. de verb. ſign. & ibi latè Petr. Rebuſ. notavit. Nonnunquam ſumitur ſtrictè pro venditione tantùm, ut in tt. C. de prædiis decuri. ſine decreto non alien. lib. 10. & in l. 1. ibi, neque alienationis titulis, C. de jure emphyt. & in l. 3. C. eod. Ibi Imper. alienationem venditionem interpretatur, & ita ſtrictè alienat. verbum nos hic accipimus. Et quidem, ſi in conſtitutione emphyteuſeos, inter emphyt. & dominum prædii convenerit, ut emphyteuta, ignorante domino, prædium in emphyteuſin datum, poſſit vendere, ea conventio ſervanda erit, d. leg. 3. in

princ.

princ. C. de jur. emphyt. & hæc eſt communis interpp. ſententia, quemadmodum refert. Jul. Clar. in § Emphyteoſis, quæſt. 13. num. 9. Debet tamen emphyteuta rem emphyteuticam vendere, cum hac clauſula, ſalvo jure domini, & cum expreſſione quod vendit ſuum jus & non domini, aliàs cadit à jure ſuo, Speculator in titul. locat. § nunc aliqua, verſic. 91. ubi Johan, Andr. in additio. Jaſon. in l. ult. num. 85. C. de jure emphyt. Alexand. conſ. 106. viſo themate, num. 3. in 4. vol. Si de vendendo prædio in conſtituenda emphyteuſi nihil dictum fuerit, tunc emphyteuta irrequiſito domino rem emphyteuticam alienare ſive vendere non poteſt, d. l. 3. C. de jure emphyt. & hæc quoque eſt communis regula, ut dicit Socin. jun. in conſ. 70. num. 14. lib. 3. Julius Clarus in d. § Emphyteoſis, quæſt. 13. num. 1. Quòd ſi emphyteuta prædium 35
emphyteuticum inſcio domino alienaverit, jure ſuo cadit, ipſo jure, gl. ult. in l. ultim. C. de jure emphyt. & eam gloſſam Angelus, Salycetus & Jaſon ibi ſequuntur Alexand. conſ. 44. in 3. volum. Et quidem ſi totum prædium emphyteuticum alienaverit, toto jure excidit, ſi partem pro parte duntaxat, alienata, Thom. Gramma. in deciſ. Neapolitana. 49. Rolandus à Valle conſ. 17. in 2. volum. modò

Digitized by Google

etiam prædium vel ejus partem alienatam emptori tradiderit, Rolandus à Valle conſ. 51. num. 2. & 21. ubi affirmat, ita communiter Dd. ſentire in 2. volum. nec excuſatur, ſi in vēditione prædii emphiteutici proteſtatus fuerit, quod per venditionem à ſe factam, domino præjudicare nolit. Hæc enim proteſtatio facto contraria eſt, & ideo proteſtanti non proficit, ut ſuprà in 4. quæſtio. circa finem, dictum eſt, atque ita Jaſon in 2. lectura, in Rubr. ſolut. matrimon. num. 25. & Decius in conſil. 160. num. 4. verſ. præterea dato, tradiderūt, Jul. Clar. in d. § emphyteoſis, quæſtio. 13. num. 5. Tiberius Decianus reſpon. 4.
36 num. 8. in 1. volum. Sanè ſi emphyteuta domino denunciaverit, ſe jus ſuum emphyteuticum pro certæ pecuniæ ſumma, verbi gratia, pro centum florenis, venditurum, idq́ue atteſtatione tranſmiſſa fecerit, ut Juſtinianus loquitur, in d. l. 3. C. de jur. emphyt. hoc eſt, fecerit in ſcriptis, teſtibus adhibitis, tunc ſi dominus, poſt hujuſmodi denunciationem, intra duos menſes prædium emphyteuticum non emat, poteſt emphyteuta, etiam domino invito, jus ſuum, cui volet, vendere, & cogitur dominus novum emphyteutam ſuſcipere, d. l. 3. Cod. de jure emphyteut. idq́ue Conſtantin. Harmenopolus libr. 3. epito. c.

περὶ ἐμφυτεύσεος, his verbis eleganter tradidit; ὁ ἐμφυτευσάμενος, θέλων πωλῆσαι τὸ δίκαιον τῆς ἐμφυτεύσεως, ὀφείλει διαμαρτυρίαν πέμπειν τῇ πρωτοτύπῳ δεσποτείᾳ καὶ δηλοῦν τὸν τιμὴν, καὶ ἐὰν μὴ θελήσῃ ἀγοράσαι, μετὰ δύο μῆνας πιπρασκέτω, καὶ ἀναγκάζεται ὁ δεσπότης ἀναδέξασθαι τὸν ἀγοραστὴν μετὰ δύο μῆνας τῆς διαμαρτυρίας, hoc eſt, Emphyteuta jus ſuum emphyteuticum vendere volens, debet domino prædii atteſtationem tranſmittere, eumque de pretio certiorem facere, & ſi dominus emere noluerit, integrum erit emphyteutæ, jus ſuum poſt duos menſes vendere, & cogitur dominus emptorem ſuſcipere, ubi duo menſes expleti fuerint. Idem iiſdem verbis traditum eſt ab Euſtachio, in libro περὶ χρονικῶν διαστημάτων c. 13. Habet verò dominus, ut dictum eſt, jus prælationis intra duos menſes, idque Conſtantin. Harmenop. dicto lib. 3. jus προτιμήσεως appellat, à προτιμάω, quod præfero ſignificat. Et fuit 37
jus προτιμήσεως, jure Romano, in alienationibus & venditionibus rerum, receptum, uſque ad tempora Theodoſii, idque etiam jus divinum probavit, ut in Leviti-

co, c.

co.c. 25. Ruth. c. 4. & Hieremia c. 32. videre licet. Sed poſtea Valentinianus, Theodoſius & Arcadius, jus προτιμήσεως ſuſtulerunt per l. dudum, C. de contrah. empt. & vendit. In illa l. Imperatores permittunt unicuique, ut ſuo arbitratu, emptorem rerum ſuarum quærere poſſit, niſi, inquiunt, lex ſpecialiter quaſdam perſonas hoc facere prohibuerit. Illa poſtrema verba addita ſunt à Triboniano, ut conſtat ex l. dudum, C. Theodoſ. de contrah. empt. in qua dicta verba non leguntur, propter d. l. 3. C. de jure emphyt. & l. 1. C. non licere habita metro. lib. 11. & l. 1. C. de metallar. & metal. lib. 11. Ac illis caſib. & ſi qui ſimiles ſunt, exceptis, jus προτιμήσεως nulli competit, niſi ex pacto, l. qui Romæ, § coheredes, de verb. obliga. Poſt Theodoſium, Romanus Imperator jus προτιμήσεως rurſus in uſum revocavit, ac conſtituit, ut jure προτιμήσεως vocentur ad emptionem, primùm agnati conſortes veluti fratres, qui paterna prædia indiviſa poſſident: deinde ſocii, quos ad ſocietatem conjunxit voluntas: Tertiò extranei, quos ad ſocietatem conjunxit fortuna: Quartò, illi qui eidem domino canonem penſitant: Poſtremò confines; atque ita Roman. Imp. quin-

que facit gradus, & inter eos ſucceſſionem dat, ut primis pretium non offerentibus, intra dies triginta, vel procuratoribus eorum intra menſes quatuor, ſequentes vocentur, Conſtantinus Harmenopul. d. libro 3. Et hoc Fridericus Imperator tandem probavit, in c. Sancimus, quod tamen in vulgatis codicibus non extat, de jure προτιμήσεως in uſibus feudorum. Dominus itaque intra duos menſes jus προτιμήσεως habet ex d. l. 3. C. de jur. emphyteut. poſt duos menſes hoc jure amplius non gaudet, ſed eum, cui emphyteuta jus ſuum vendidit, ſuſcipere tenetur, non per conductorem vel procuratorem, ſed per ſeipſum, vel per literas ſuas, vel per depoſitionem apud magiſtrum cenſus, vel præſentibus tabulariis per atteſtationem, & denique in provinciis per præſides vel defenſores civitatum, quemadmodum Juſtinianus loquitur in d. l. 3. C. de jur. emphyt. Ait Juſtinianus, per depoſitionem apud magiſtrum cenſus. Magiſter cenſus erat tantum in urbe & apud eum fiebant contractuum inſtrumenta, actorum publicationes & inſinuationes, Nov. 44. Hoc igitur vult Juſtinianus dicere, dominus debet ſuſcipere emphyteutam, per depoſitionem apud magiſtrum cenſus, hoc eſt, dominus profiteri debet apud magiſtrum

cenſus,

Digitized by Google

cenſus, apud quem actorum inſinuationes fiebant, ſe novum emphyteutam ſuſcepiſſe, vel ut Juſtin. ſubjicit, dominus debet emphyteutam ſuſcipere præſentib. tabulariis per at-
38 teſtationem. Tabularium Icti vocant ſervũ publicum, l. non aliter, de adopt. l. 2. rem pup. ſal. fore. l. Cajus Sejus, de uſur. quia olim ſervi publici, tabularii erant, id eſt, inſtrumẽta publica atteſtationesq́; conficiebant, ſed poſtea Arcadius, Honor. & Theodoſ. id prohibuerunt, l. 3. C. de tabula. lib. 10. & ob id Juſtin. in § cùm autẽ impubes, Inſt. de adop. tabulariũ, non ſervum publicum, ſed perſonam publicam appellat. Et dominus per atteſt. præſentib. tabulariis emphyteutam ſuſcipit, h. e. dominus teſtari debet coram tabulariis, ſive, ut nunc loquimur, notariis, quòd eum, cui emphyteuta jus ſuum vendidit, ſuſcipiat. Idcircò verò dominus novum emphyt. per ſe ſuſcipit, vel per depoſitionem apud magiſtrum cenſus, vel per atteſtationem præſentibus tabulariis, ut hac ratione domino præcidatur omnis occaſio, via & ratio impugnandi & calumniandi novum emphyteutam, Corraſ. in d. l. 3. ſup. verbis, Ipſos dominos per ſe: & rurſus ſup. verbis, præſentibus tabulariis, Cod. de jur. emphyt. Non tene-
39 tur autem dominus novum emphyteutam

gratis

gratis ſuſcipere, ſed pro ſuſceptione à novo emphyteuta poteſt exigere καταβολὴν ὡρισμένην, ἣν καὶ ἴδιον εἰσδεκτικὸν καλοῦσιν, ut Leo Imperator in Novella conſtit. 13. loquitur, hoc eſt, certam & ſtatutam penſionem, quam peculiari nomine εἰσδεκτικὸν vocant: Doctores vulgò appellant Laudemium: Budæus in l. Herennius, de evictio. Laudativum: eumq; Ferrarius Montanus ſecutus eſt lib. 5. feudo. c. 4. & in d. l. 3. § fin. C. de jure emphyt. Ἐισδεκτικὸν appellatur, quòd novi poſſeſſoris admittendi & ſuſcipiendi cauſa præſtatur. Laudemium ſive Laudativum, quòd pro approbatione datur, à verbo, laudare, quod inter alia ſignificat probare, Budæus in d. l. Herennius, & Montanus in d. leg. 3. § fin. Cod. de jure emphyteut. Et eſt εἰσδεκτικὸν ſive Laudemium quinquageſima pars pretii, d. l. 3.
§ pen. C. de jur. emphyt. Molinæus in conſue- 41
tu. Pariſ. titu. 1. § 13. gl. 1. num. 8. Hartmannus Piſtor. lib. 1. quæſt. juris. quæſtio. 50. eamque Juſtinianus ideo definivit, ne domini detenti avaritia, quam Juſtinianus μητέρα in Novella conſtit. 8. Paulus in 1. epiſt. ad Timoth. cap. ult. ῥίζαν, Diogenes Si-

nopæ-

nopæus, ut auctor eſt Laertius, arcem omnium malorum, & Cic. in 1. Rhetoric. genus omnium libidinum, Ariſto. in 2. politico. c. 7. omnium voluntariorum peccatorum ſcaturiginem vocavit, propter receptionem, plus æquo ab emphyteutis efflagitent, d. l. 3. §. pen. C. de jure emphyt. Et ſi dominus cum hac quinquageſima parte novum emphyteutam non recipiat, debet emphyteuta atteſtationem interponere, & adhuc duos alios menſes expectare, intra quos, ſi dominus emphyteutam non admittat, poterit poſteà emphyteuta totum jus à ſe abdicare, & in novum emphyteutam transferre, nec audietur dominus, ſi queri voluerit, quòd emphyteuta, ſe inſcio & invito ac non conſentiente, prædium alienaverit, & hoc Juſtinianus in d. l. 3. circa finem, oſtendit.
42 Undecimo & ultimo loco quæritur, utrùm emphyteuta jus ſuum, quod in prædio emphyteutico habet, ſine domini conſenſu alteri poſſit donare. Et quamvis antiquus gloſſator Irnerius referente Accurſio in d. l. 3. ſup. verbis, aliis vendere, C. de jur. emphyteut. cenſuerit, emphyteutam jus ſuum alteri donare non poſſe, idque Bartolus probaverit in l. ſi domus, § fin. num. 2. de legat. 1. tamen Accurſius contrarium tenet, in dictis verbis, aliis vendere.

dere. Paris de Puteo de redintegrat.feud.c.91. nu. 18.eaque ſententia de iure verior videtur, nō ſolū ob id, quòd a Conſtantino Imperatore reſcriptum eſt, emphyteuticarium fiſci, ius ſuum citra iudicis voluntatem ſaluo canone alteri donare poſſe, l. 1. C. de fundis patrimonialib.libr. 11. Paris de Puteo de redintegrat. feud. c. 253. num. 2. verum etiam quòd aliàs prohibitus alienare, non cenſetur prohibitus donare, l. fin. C. de prædiis decurion. ſine decreto non alien. lib. 10. Eam legem Iuſtinianus in Novell. conſtitut. 38. θαύμαςον νόμον, hoc eſt, mirabilem legem appellat. Sed Zeno Imperator, cuius eſt d. l. fi. hoc conſideravit, quòd facilius quis vendit quàm donat, & ideo venditionē, quæ ſine decreto fieret, prohibuit, non donationem. Ob illam ipſam cauſam, SCtum Velleianum obligatæ mulieri ſuccurrit, non donanti, leg. 4. § final. ad Velleian. quia mulier non facilè donat, & mulierum genus eſt avarum, ut inquit Cicero in 1. de inven. & avariſsimum, ut dicit Accurſius in leg. Neſennius, in verbo, è contrario, de negotiis geſtis, in l. ſed ſi ego, in gloſ. vlt. ad Velleianum, imò vice miraculi eſt, cum mulier donat, ut dicit Bald9, ex quo id prolixè refert Tiraquellus in legibus connubialib9, l. 9. gloſſ.

1.parte 9.numero 43.Ob eandem quoque cauſam, lex Iulia de adulteriis coercendis, inhibuit hypothecam prædii dotalis, non alienationem,§ 1.Inſtitut.quibus alien.licet vel non Denique ob dictam cauſam lex Fuſia Caninia prohibuit ſervorū manumiſsionem, quæ teſtamento fiebat,non quæ fiebat,inter vivos toto tit. de lege Fuſ. Canin. tollenda, in Inſtitut. Et hæc opinio, quòd emphyteuta ius ſuum alteri ſine conſenſu domini donare poſſit, communi interpretum calculo probatà eſt, quemadmodum prolixiſsimè refert Iulius Clarus in § Emphyteoſis, quæſtion. 15. Sic emphyteuta, prædium emphyteuticum abſque domini conſenſu oppignorare poteſt, gloſſ. in d. l. final. ſuper verbis, aliis vendere, C. de iure emphyteu. & ibi Iaſon, num. 78. Iulius Clarus in § Emphyteoſis, quæſtio. 18. itemque alteri locare, & ita obſervatur, ut dicitur in apoſtilla ad Alexandrum conſil. 119. num. 7. in verbo, locare, & legare, Iulius Clarus in, § Emphyteoſis, quæſtio. 15. & permutare Tiberius Decianus reſponſ. 55. num. 61. in 3. volum. quamvis Speculator, Iohan. Andr. & Alexand. contrarium tradiderint, referente Deciano in dicto re-
43 ſpon. 55. Denique emphyteuta poteſt in prædio emphyteutico ſine domini conſenſu ſervitu-

ſu ſervitutem conſtituere, Iulius Clarus in d. § Emphyteoſis, quæſt. 21. ſed finita emphyteuſi, pignus ſolvitur, finitur quoque ſervitus Extincto namq; iure dantis extinguitur ius accipientis, l. Statius Florus, de iure fiſci, l. peto, § prædium, de legat. 2. l. lex vectigali, de pignor. c. nuper, de donationibus, inter virum & vxorem, l. ſi quis domum, § 1. locati, & ita vult gloſſ. in l. cum pater, § libertis, de legat. 2. Bartol. in l. ſervo legato, de legat. 1. Paulus de Caſtro, in d. l. peto, § fratre, de legat. 2. Grottus conſil. 18. num. 13. Iacobin. de feudis, ſuper verbis: Ita etiam quòd ipſi vaſalli, num. 4. & rurſus num. 11. & ſup. verbis, qui quidem inveſtiti, num. 62. & 63. & ſuper verbis, & promiſerunt, num. 12. Tiraquel in l. ſi vnquam, ſuper, verbo, revertatur, num. 330. C. de revocand. donatio. Idem in tractatu ceſſante cauſſa, in prima limitat. nu. 24. & in tractatu *le mort ſaiſit*, in 1. declarat. tertiæ partis, num. 8. Ex his igitur omnibus facilè nunc deprehenditur, in quibus feudum ab emphyteuſi differat. Primùm in eo differt, 44
quòd emphyteuſis eſt contractus juris civilis. Feuda moribus & conſuetudine introducta ſunt: Inde feudorum liber etiamnum conſuetudinum feudalium appellationem habet. Et licet feuda in ſcripturam ſunt redacta: tamen

cta: tamen nihilominus conſuetudinum feudaliũ appellationem retinent, qui privati homines, Gerhardus Niger, Obertus de Orto & alii, feuda in ſcripturam redigerunt. Deinde ex receptiori interpretum ſententia, ad conſtituendam emphyteuſin, neceſſaria eſt ſcriptura. Secus eſt in feudo, Præpoſit. in c. uni. num. 5. quid ſit inveſtitura. Tertiò emphyteuſis conſtituitur ſub lege meliorationis. Feudum ea lege datur, ut vaſallus ſit domino ſuo fidelis. Quartò emphyteuta dat domino prædii certam annuam penſionem. Vaſallus domino ſuo penſionem nullam exhibet; ſed ſervitia militaria præſtat. Quintò, vaſallus non præſtat ſervitia, niſi fuerit requiſitus; ut cap. 1. expoſitum eſt. Emphyteuta etiam non requiſitus præſtat canonem. Præpoſitus in præludiis num. 20. & dictum eſt quæſt. 4. ſup. Sextò, ſi vaſallus ex pacto debeat certum canonem annuatim ſoluere, eumq; intra triennium non ſolvat; non propterea feudo cadit, Caccialupus in repetitione cap. vn. de feudi cognit. in tertio & ultimo membro ſeptimæ partis principalis; quo iuris feudalis & emphyteutici differentiæ exponuntur, num. 5. Alexand. in conſ. 9. num. 3. in 3. volum. Paris de Puteo, de redintegrat. feudor. cap. 10. num. 1. cum ſequent. ibi dicit

hanc

hanc opinionem magis communem. Idem Alexand. conſ. 5.num.5. & conſ.9.num.9.lib. 5.Socin.conſ. 167. num.2.lib.2. Iaſon in præludiis feud. num. 57. cum ſequent. & ibi Præpoſitus num.18.ibi affirmat hanc opinionem, quam collegium Mediolanenſe probavit,ſibi videri veriorem, Iaſon l. 2. num. 43.C. de jure emphyteut. Iacob. de Sancto Georg. ſuper verbis, & cum pacto el.1.nu.1.cum ſeq. Everhardus in topicis in loco ab emphyteu. ad feud.n. 2. Multi quidem contrarium ſentiunt, gl. in c. ad apoſtolicæ,§ præter hæc, in verbo, reprehendi,& ibi Innocent.&Iohan.Andr.de ſentent.& re judic.in 6.Hoſtien.in ſumma,titul.de feudis,§ de quibus,verſ. quid ſi quis facit cenſum.Bald in l.ædem, num.10.C. de locat. Bald. in l. quæ in Eccleſiarum, num. 13. de conſtitut. Bald. c. ſi cautio, num. 10. extra de fide inſtrum. Bald. c. fin. num. 16. extra de ſentent. & re judic. Zaſius de feud. 4. parte numer. 78. ſed prior opinio eſt communior, quemadmodum dictum eſt, in 5. quæſtio. ſupr. Emphyteuta autem jure ſuo emphyteutico excidit, ſi intra biennium vel triennium canonem non ſolverit. Septimò, in emphyteuſi,quicunq; heredes emphyteutæ ſuccedunt,non habita ratione ſexus,maſculi ſint an fœminæ, Julius Clarus in § Emphyteo-

Digitized by Google

ſis, quæſt. 28. Caccialupus in d. repetitione c. uni. de feudi cognit. in tertio & ultimo membro ſeptimæ partis principalis, num. 18. In feudis verò fœminæ non ſuccedunt, niſi nominatim dictum fuerit, ut fœminæ quoque ſuccederent, c. unic. § fin. in quibus cauſis feudum amittatur, & expoſitum eſt c. 1. ſup. Octavò, emphyteutæ penſio ob ſterilitatem & incurſionem hoſtilem non remittitur. At vaſallo, ſervitia remittuntur, ſi propter paupertatem ea exhibere non poſſit, vel certè ſerviet vaſallus ſumptibus & impenſis domini, ut c. 1. ſup. dictum fuit. Nonò, heres emphyteutæ renovationem emphyteuſeos petere non tenetur, ſed heres vaſalli cogitur intra annum & diem inveſtituram accipere, Paris de Puteo, de redingrat. feud. c. 134. numer. 11. & infr. dicetur latiùs. Decimò, emphyteuta jus ſuum amittit ex his cauſis, ſi canonem intra biennium vel triennium non ſolverit, vel apochas fiſcales domino intra triennium non tradiderit, vel prædium emphyteuticum deterioraverit, vel inſcio domino prædium ipſum alienaverit. Plures verò ſunt cauſæ, propter quas vaſallus feudum amittere poteſt, c. uni. quib. mod. feud. amitt. & infra ſuo loco exponetur latiꝰ. Undecimò, emphyteuſis ipſo jure amittitur, propter non ſolu-

ſolutum canonem: feudum propter feloniam commiſſam, ipſo jure non amittitur, duobus caſibus exceptis, ut infrà c. 8. circa fin. exponemus. Duodecimò, emphyteuſis ad dominium recidit, ſi emphyteuta prædium ſuum emphyteuticum inſcio domino alienaverit. Feudo antiquo inſcio domino alienato, in revocatione feudi, agnati præferuntur domino, c. 1. § porrò, & ibi gl. Jacob. de Beluiſ. & alii, qualiter olim pot. feud. alien. prolixè Tiraqu. de utroq; retractu, § 21. gl. uni. n. 1. & notavit Caccialupus in loco ſup. dicto, n. 10. Ferrarien. pract. in forma libelli, ad revocationẽ feudi ſup. verbis, corã vobis, & dicemus inf. c. 8. Decimotertiò, in emphyteuſi alienationis, verbũ ſtrictè ſumitur pro venditione, & poteſt emphyteuta jus ſuũ inſcio domino alteri donare, legare, locare, oppignorare, quod vaſallꝰ item facere nõ poteſt, ut c. 8. inf. in ſecunda cauſa ex qua vaſallus feudo privatur, dicemꝰ. Decimoquartò, emphyteuta poſt denunciationem domino factam, menſibus duobus exactis, ſine cõſenſu domini & agnatorum, jus ſuum emphyteuticũ poteſt alienare: Feuda ſine conſenſu domini & agnatorũ non alienantur. Decimoquintò dominus novum emphyteutam ſuſcipit per ſe: Vaſallum dominus inveſtit coram paribus curiæ.

Digitized by Google

Decimoſextò, novus emphyteuta pro ſuſceptione ſive inveſtitione præſtat εἰσδεκτικόν. A vaſallo εἰσδεκτικόν peti non poteſt, Chaſſanæus in conſuet. Burgùnd. Rubr. 10. § 10. ſup. verbis, *au ſigneur feodal.* numer. 7. quia in conſuet. feud. nullibi id cautum invenitur. Petrus Jacobi in practica, in forma libelli, de actione in rem pro re feudali, ſi agatur contra emptorem, num. 2. Decimoſeptimò, emphyteuta domino non præſtat juramentum, vaſallus domino jurare cogitur, niſi juramentum ipſi remiſſum fuerit, ut dictũ eſt c. 1. ſup. Supereſt, ut de libellaria & precaria dicamus. Libellariæ in conſuetud. feud. frequens eſt mentio, c. unic. quib. mod. feud. amitt. c. uni. de alien. feud. c. uni. qualiter olim

45 poterat feudum alienari. Eſt autem libellaria contractus, quo ſcriptura interveniente res alicui venditur certo pretio, & hoc amplius certa penſione conſtituta in ſingulos annos, hac plerumq; lege adjecta, ut ſtato cõdictoq; tempore contractus renovetur, rurſus numerato pretio certo vel arbitrario, Cujac in d. c. uni. quib. mod. feud. amitt. Juſtin. in Nov. cõſtit. 7. jus παροικικὸν appellat. His verbis, ſcriptura interveniente, primum contractus libellarius à feudo diſtinguitur. Nã ut in cõtractu emphyteutico: ita quoq; in hoc contractu,

ſtractu, ſcriptura requiritur, & inde hic cōtractus nomen accepit: In feudo ſcriptura neceſſaria non eſt. Deinde pro ſubſtantia contractus libellarii exigitur, ut certa penſio in annos ſingulos conſtituatur, quod alienum à feudis eſt. Hoc amplius, lex libellariæ adſcripta, diſſimilis eſt legi quæ feudis adſcribitur. Nec enim feudorum, ſtatis cōdictisq; temporibus, fit renovatio, poſſeſſore non mutato, & cùm renovatio feudorum fit, nihil tamen pro renovatione vaſallus dare cogitur, quod ſecus ſe in contractu libellario habet, ut poſtrema definitionis verba indicant, ex quibus quoq; facilè apparet, quomodo libellaria ab emphyteuſi differat. Precaria, cujus mentio 46
fit in c. uni. qui ſucceſſores teneantur, eſt contractus, quo rei immobilis uſusfructus clerico ceditur ad tempus, vel dum vixerit, ea lege, ut Eccleſiæ miniſterium ſuum exhibeat: Vel eſt contractus, quo rei immobilis uſusfructus ei ceditur, qui Eccleſiæ rem ſuam donavit. aut liberis, vel in ea re ſola, vel in aliis rebus Eccleſiæ, vel tam in ea quàm in aliis rebus Eccleſiæ, ad tempus certum, vel in tempus vitæ donatoris tantùm, vel etiam filiorũ ejus, Cujacius in d. c. uni. qui ſucceſſo. teneantur. Et hoc genus contractus, permiſſum eſt Eccleſiis, remunerandæ donationis cauſa,

ut ab Imperatoribus eſt reſcriptum in l. jubemus, 2. § Sanè ne œconomis, C. de ſacroſ. Eccleſiis. Sic remuneratoria donatio, multis aliis caſibus admittitur, quibus alias donatio locum non habet, Roland. à Valle conſ. 98. in 1. volum. & conſ. 8. num. 64. in 2. volum. Et collata definitione precariæ cum definitione feudi & emphyteuſeos, differentiæ horum contractuum ilico apparebunt. Accedemus igitur nunc ad quartum caput tractatus noſtri feudalis.

CAPUT IV.

FEVDORVM DIVISIONES CONtinens.

1. *Diviſio rem claram & apertam reddit, & diviſa melius intelliguntur.*
2. *Feudum aliud eſt paternum, aliud antiquum, aliud novum.*
3. *Feudum in dubio præſumitur eſſe antiquum ſive paternum.*

4. Hoc

4. *Hoc verum eſt, quando vaſallus vel ipſius heredes reperiuntur eſſe in poſſeſſione, aliàs ſecus eſt.*

5. *De præſenti præſumitur in præteritum, & quando hoc procedat.*

6. *Feudum novum, conceſſum vaſallo jure feudi antiqui, aſſumit naturam & qualitatem feudi antiqui.*

7. *Veritatem & ſubſtantiam rerum non immutat hominum denominatio.*

8. *Feudum novum fit antiquum, quo ad juris effectus.*

9. *Prælatus eccleſiæ non poteſt feudum novum ita concedere, ut habeatur pro antiquo.*

10. *Si vaſallus de feudo antiquo tanquam de novo inveſtiatur, feudum non fit novum.*

11. *Contrariorum eadem eſt diſciplina, ſi eadem in contrariis ſit ratio, aliàs ſecus eſt.*

12. *Feudum aliud eſt regale, aliud non regale.*

13. *Feudum aliud eſt nobile, aliud ignobile.*

14. *Unde cognoſci poſſit, quæ feuda ſint nobilia.*

15. *Feuda antiqua ſapiunt nobilitatem.*

16. *Feudum aliud eſt hereditarium, aliud ex pacto & providentia, aliud mixtum.*

17. *Diviſio feudorum ex pacto & providentia à Dd. eſt conficta.*

18. Feu-

Digitized by Google

18. *Feudum ex pacto & providentia aliàs appellatur familiare feudum.*

19. *Feudum ex communiori interpretum ſententia præſumitur eſſe hereditarium, ſed aſſeſſores ſupremæ Curiæ contrarium probarunt.*

20. *Feudorum aliud eſt Francum, aliud non francum.*

21. *Feudum aliud eſt conditionatum, aliud ſimplex.*

22. *Feudum aliud eſt ligium, aliud non ligium.*

23. *Vaſallus ligius appellatur, aliàs vaſallus homologus.*

24. *Vaſallus non cogitur ſervire contra Imperatorem vel Regem ſuperiorem non recognoſcentem.*

25. *Feudum aliud habet propriam naturam feudi, aliud non propriam feudi naturam.*

26. *Feudum emptitium non habet propriam naturam feudi.*

27. *Feudum non habet propriam naturam, ſi proprietas in vaſallum transferatur.*

28. *Feudum, in quo fœmina ſuccedit, non habet propriam naturam feudi.*

29. *Feudum de Camera & de Caneva, Guardiæ Gaſtaldiæ, & quæ datur pro mercede rei alicujus, non habent propriam naturam feudi.*

30. Feu-

30. *Feudum de Camera & de Caneva dicuntur feuda ſoldatæ.*

31. *Feuda ſoldatæ aliâs dicuntur ſeuda in curte domini.*

32. *Feudum francum non habet propriam naturam ſeudi.*

33. *Nec illud feudum, cujus nomine annua penſio ſolvitur.*

34. *Notabilis regula ſeudalis.*

DIviſio rem claram & aper- 1.
tam reddit, c. ſuper literis, de reſcriptis, & diviſa melius intelliguntur, leg. 1. in princ. juncta gl. ibi de dol. mali except. gl. in § igitur in verbo, eaſdem, in procem. Inſt. Alvarot. in Rubr. de feudo Guardiæ, Craveтта in procemio de antiqui. tempor. Menoch. in procem. de arbitra. judicum quæſt. num. 13. Matth. de Afflict. in conſtitut. Neapolita. Rubr. 17. libr. 1. Ob id, ordinis ratione exigente, inſigniores feudorum diviſiones nunc proponam.

Prima diviſio.

Feudum aliud eſt paternum, aliud an- 2
tiquum, aliud novum, c. unic. de ſucceſſ. feudi, c.

di, c.

di, c. unic. de ſucceſſ. fratrum, c. unic. de fratrib. de novo benefic. inveſt. c. uni. cum c. ſequent. de vaſallo decrepitæ ætat. qui feudum refu. Feudum paternum dicitur, quod ab aliquo aſcendentium uſque ad quartum gradum acquiſitum eſt, d. c. uni. § hoc quoque obſervatur, ibi, uſq; ad quartum gradum, de ſucceſſ. feud. & ibi Bald. in fin. & Alvarot. in 5. notab. notarunt. Idem Alvarot. in præludeud. feudor. in 6. diviſ. Antiquum feudum eſt, quod ab aliis aſcendentibus ultra quartum gradum eſt quæſitum, Bald. & Alvarot. in d. c. unic. § hoc quoq; obſervatur, Roland. à Valle conſi. 16. num. 36. in 3. volum. & hoc feudum ſæpius paternum quoque nominatur, d. c. uni. de ſucceſſ. feudi, & d. c. unic. de ſucceſſ. frat. & c. uni. § paternum, de natura ſucceſſ. feud. Et inter feudum paternum & antiquum in effectu nulla eſt differentia, ſed ſub antiquo feudo, plures continentur perſonæ, quam ſub feudo paterno, Roland. à Valle conſ. 41. num. 12. in 2. volum. Novum feudum eſt, quod de novo eſt acquiſitum, c. uni. § novum, qui teſtes ſunt neceſſar. ad novam inveſt. probandam, Roland. à Valle conſ. 60. nu. 4. in 1. volum. & conſ. 16. num. 2. & 3. in 3. volu. Verbi gratia: Titius de feudo primùm inveſtitus eſt, hoc feudum dicitur novum: at ſi

Titius

Titius feudum à patre, avo, proavo vel abavo habet, tunc dicitur feudum paternum: ſi ab aſcendentibus ulterioris gradus feudum acquiſivit, erit feudum antiquum, atque ita communiter Dd. ſentiunt, Curt. Jun. in tract. feudali in prima parte principali, quæſt. 8. Jul. Clar. in § feudum, quæſt. 8. Cravet. de antiquit. tempo. parte 5. Molin. in conſuetu. Pariſ. tit. § 5. num. 79. Ac in dubio, cùm non 3 ſatis conſtat, utrùm feudum antiquum ſive paternum ſit, an verò novum, paternum ſive antiquum eſſe dicimus. Ita textus ſunt expreſſi in d. c. uni. § ſi verò domin9, de ſucceſſ. fratr. & c. uni. in prin. ſi de feudo defuncti cõtentio ſit inter dom. & agnat. vaſalli, & ibi Jacob. de Belviſo, Bald. Alvarot. Laudenſ. & alii notarunt. Laudenſ. in c. uni. § item placet, de inveſtit. in marit. facta. Roland. à Valle conſ. 3. num. 3. in 1. volum. & conſ. 32. num. 2. cum ſequent. & conſ. 55. num. 10. & 11. in 3. volum. & conſ. 48. num. 19. cum ſequ. in 4. volu. Alciat. in tract. præſumpt. reg. 3. præſumpt. 28. num. 1. Molin. in conſuetud. Pariſ. d. tt. 1. § 5. num. 89. Cravet. in 5. part. de antiquit. tempor. num. 4. Menochius de arbitra. jud. quæſt. libr. 2. centu. 2. caſu 191. Tiberius Decianus reſponſ. 11. num. 39. in 1. volum. Tiraquel. de utroque retractu, § 32. gl. 1. num. 91. Ibi pro hac ſenten-

ıntiquit. tempor. part. 5. Tiraquel. d. utroque
etract. §. 32. gloſſ. 1. numer. 93. & ibi complu-
es alios ita ſentiẽtes refert, Menochius dicto 5
aſu 191. Nec adverſatur, quòd de præſenti
ræſumitur in præteritum, l. ex perſona, C. de
robatio. Alciat in tract. præſumpt. reg. 2. præ-
ımptio. 26. Hæc enim regula non procedit,
ım de qualitate aliqua agitur, in qua præ-
ns ſtatus non concordat cum primo ſtatu
i, tunc præſumptio non ducitur de præſenti
præteritum, Bald. in l. 1. § ſi magiſtratus, de
agiſtr. convenien. Idem Bald. in l. ex per-
na C. de probatio. Alexand. in conſ. 75. co-
m. fin. & in conſ. 92. colum. 5. libr. 5. Et
:o, quamvis res hodie ſit feudalis, tamen re-
› feudalis fuiſſe non cenſetur. De eo quæri- 6
, ſi dominus concedat alicui feudum no-
m, ita ut vaſallus iure feudi antiqui id poſ-
:at, utrùm huiuſmodi feudum aſſumat na-
am & qualitatem feudi antiqui. Et quam-
multi cenſuerunt, feudũ dicto modo con-
ũm, novum nihilominus manere: Oldra-
& Albericus, in l. qui teſtamentũ, de pro-
onibus, Oldrad. in conſ. 178. factum tale
quidam nobilis colum. 2. Alberic. in
.co, in verbo, novum, ubi in fine dicit,
uiſſe determinatum in facti contingen-
L tia,

tia, Baldus in prælud. feudor. in 3. diviſio. & ibi Laudenſis, & hanc opinionem communem eſſe dixit Jaſon, in conſil 152 libr. 2. prolixè Tiraquel. de utroque retract. § 32. gloſſ. 1. num. 37. Anton. Gab. Roman. lib. 3. concluſ. tit. de feud. concluſ. 1. num. 1. verſic. contrariam autem opinionem, Roland à Valle conſ. 16. nu. 4. in 3. volum. tamen contraria ſententia, quòd feudum huiuſmodi cenſeatur antiquum, & reguletur ſecundum naturam feudi antiqui, receptiori interpretum calculo probata eſt, And. de Iſernia in c. 1. de controverſ. feudi apud pares termi. Bald. Laudenſ. & Præpoſ. in c. uni. de alienat feudi paterni, Bald. in c. 1. colum. pen. verſic. demum quærit glo. an agnatus vel filius, Alvarot. in c. vn. colum. fin. de vaſallo decrepitæ ætat. & in c. 1. de ſucceſſ. frat. Aegid. Boſſ. tit. de principe & privilegiis eius, mihi folio 571. num, 338. Roland à Valle conſil 60. num. 16. in. 1. volum. & d. conſil. 16. num. 21. ubi prolixè de hoc agit, & conſil 32. num. 7. in 3. volum. & conſil. 3. num. 7. in 4. volum. Paulus de Caſtro conſil. 44. circa præſentem caſum, in prin. lib. 1. & conſil. 284. de utroque quæſito lib. 2. Alexand. in conſil. 30. quoniã omne datũ, colũ. 3. verſic. fortius dicit, lib. 1. Ferrarieſ. pract. in forma libelli, quo agitur ad revocat.

feudi,

eudi, in verbo, nec ſuperſtitibus ex eo liberis
naſculis, num. 35. latiſsimè Gurt. ſenior,
onſ 48. recolendæ, & conſ. ſequent. Cephal.
onſ. 12. num. 3. lib. 1. & rurſus conſ. 173. nu.
. in ſecund, lib. Myñſing. centu 4. obſervat.
7. Et hanc ſententiam magis communem di-
t eſſe, Iaſon in conſil 1. colum 3. verſ. ſecun-
ò principali, lib. 3. & conſil. 136. colum 4.
rſic. ſpecialius libr. 4. Franciſcus Curt. in
ct. feuda in. 1. parte quæſtio. 8. Roland. à
alle d. conſil 60. nu. 38 & 46, in 1. volum.
lius Clar. in § feudum. quæſt. 8 Molin. in
nſuetud. Pariſio. tit. § 5. num. 84. Crauet.
antiquit. tempor. in 5. parte. num. 16. Ti-
uel. de utroque retract. d. § 32. gloſſ. 1.
ner. 31. & 32. Anton. Gabriel Roman. d.
3. concluſ. tit. de feudis, concluſ. 1. Andr.
l. in pract. obſervat. libr. 2. obſervat 50.
anc ſententiam tenendo non obſtat, quod 7
tatem & ſubſtantiam rerum, non immu-
ominũ denominatio, l. ſi fortè, de caſtrẽ.
culio, l. non epiſtolis, l. non nudis, C. de
atio. Roland. a Valle conſ. 69. n. 46. in 3.
m. quodque falſa demonſtratio mutare
antiam veritatis minimè poteſt, l. cum
C. de juris & facti ignorantia, & quod
ominis differentia non mutat ſubſtan-
rei, Bald. in leg. licet certis colum. 2.
 verſic.

verſic. quintò quæro, C. de locato, & quòd cautela verborum non mutat rei naturam, Bald. in c. licet de vitanda. poſt. princ. extra d c. electio. & denique quod noſtrum affirmare vel negare, nihil mutat in re: Ariſtoteles in 1. περὶ ἑρμηνείας. Tiraquel. de utroque retract. § 32. gl. num. 34. & 35. & in tractat. de jure conſtitut. poſſeſſ. in 2. parte ampliat. 2. numer. 3. etenim hoc verum eſt, quantum ad
8 rem ipſam attinet. Et feudum novum jure feudi antiqui conceſſum, novum manet, quia à vaſallo de novo acquiſitum eſt. Cæterum, quantum ad juris effectum pertinet, pro paterno ſive antiquo feudo habetur. Sic dicimus facta infecta fieri non poſſe, l. in bello, § factæ, de capti & poſtlimin. reverſ. Ariſtoteles libr. 6. Ethicorum c. 2. Plato in 2. de ll. Tiraquel. in tractatu de jure conſtitut. poſſeſſ. in 3. parte, limitat. 7. num. 3. cum ſequenti, & in tractatu de jure primogenio. quæſtio. 34. num. 22. Et tamen, quantum ad juris effectum, lex poteſt facere, ut pro non facto habeatur quod factum eſt, l. jubemus nulli, § 1. in fine, ibi, ea, quæ contra leges facta ſunt, pro infectis habenda ſunt, C. de ſacroſ. Eccleſ. l. non dubium, ibi, ſi fuerint facta, C. de ll. l. hac conſultiſſima, § non ſubſcriptum, C. de teſtamentis cum multis aliis adductis

ductis per Fernand. Vaſquium, in tractat. de ſucceſſ. ab inteſtato, lib. 2. § 15. num. 28. Matth. de Afflict. in conſtit. Neapolit. Rub. 15. de defenſis imponendis, num. 5. lib. 1. Feudum itaque novum, jure feudi anitqui conceſſum, pro antiquo feudo reputatur: Sed hoc tunc demùm verum eſt, cùm feudum eſt ſeculare & a laico jure feudi antiqui conceſſum eſt. Si 9 feudum fuerit Eccleſiaſticum, & ab Epiſcopo, Abbate vel quo alio Eccleſiarum Prælato ita concedatur, ut vaſallus id poſſideat jure feudi antiqui ſive paterni, non habebitur pro feudo antiquo ſive paterno. Nam cùm Eccleſiarum Prælati Eccleſiæ conditionem deteriorem facere, l. jubemus, C. de ſacroſ. Eccleſ. c. cum apoſtolica, de his quæ fiunt à Prælat. & res Eccleſiæ non ſolitas in feudum ars, infeudare prohibeantur, ut in ſequen-b. dicemus, prædicta verba in fraudem iſtis prohibitionis videntur apposita, l. qui teamentum de probatio. l. cùm quis decens, § Titia, de legat. 3. l. illud, C. de ſacronct. Eccleſ. & ideo meritò nihil operantur, ald. in prælud. feudor. colum. 10. verſic. ter divisio. Socin. conſ. 4. num. 18. verſic. ninimo etiam, in 3. volum. Laudenſ. in c. ic. colum. 4. verſ. circa hanc diviſionem ærit Baldus, de his qui feud. dare poſſ. Al-

ciat. de præſumptio. in 3. regula, in 28. præſumptio. prolixe Anton. Gabr. Roman. d. tit. de feud. concluſ. 1. num. 6. Decianus reſponſ. 90. num. 6. in 3. volum. ne tunc quidem, quando prælatus Eccleſiæ cum capitulo, feudum novum jure feudi antiqui conceſſit, l. jubemus, ibi, nec ſi omnes cum Epiſcopo, C. de ſacroſ. Eccleſ. Laudenſ. in c. unic. in princ. num. 38. de his qui feud. dare poſſ. Jaſon in proœmio feudo. num. 91. cum ſeq. quamvis Franc. Curtius in tract. de feud. parte 1. quæſtio. 8. numer. 15. cum ſequentibus, in contraria ſit ſententia, propterea quòd feudum antiquum præſumitur, non novum, quod tunc quidem procedit, quando feudum conceditur ab iis, qui novum feudum, jure feudi antiqui dare poſſunt, quales ſunt principes ſeculares, alias, ut in propoſito noſtro, ſecus eſt. Illud notandum eſt, quòd feudum novum, antiquum quoq; fit, ſi vaſallus, domino & agnatis conſentientibus feudum antiquum cum novo permutaverit. Matth. de Afflict. in c. uni. num. 16. de ſucceſſ. fratrum, vel gradib9 ſuccedentium in feudo. Subrogatum enim ſapit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur, l. ſi eum, § qui injuriarum, & ibi Bartolus, Baldus & Jaſon, ſi quis cautio, l. ſi donatæ, § ſponſus, de donatio. inter virum & uxor. l. 1. §

hæc

hæc actio, ſi is qui teſtament. liber eſſe, &c. Et res ſubrogata, dicitur eadem cum prima, in cujus locum ſubrogata fuit, ut dixit Socinus in l. filiæ, § Titia, de conditio. & demonſtrat. Videamus nunc, quid juris ſit, ſi vaſallus de 10 feudo antiquo ſive paterno tanquam de novo inveſtiatur, utrùm hoc feudum naturam & qualitatem antiqui ſive paterni feudi amittat. Et ita quidem videbatur dicendum. Nam novum feudum jure feudi antiqui conceſſum, qualitatem antiqui feudi aſſumit: E contrario igitur antiquũ feudum, jure novi feudi conceſſum, novum cenſebitur, ut contrariorum eadem ſit diſciplina, l. 1. de his qui ſui vel alien. jur. ſunt, DD. in Rubr. de acquir. poſſeſſ. eademque potentia, Roland. à Valle conſil. 60. num. 60. in 1. volum. Ariſtotel. in 2. Rhetor. c. 19. ἡ αὐτὴ δύναμις τῶν ἐναντίων, ἡ ἐναντία. atq; ita Paulo de Caſt. ...um eſt, in conſ. 159. punctus, colum. 2. verſ. ...n adhoc, lib. 2. Et voluit Matth. de Afflictis ...iſio. Neapolita. 112. inter dominam, colu. ...erſic. ſecundo caſu, & rurſus deciſion. 248. ...din. colum. 5. verſic. quare fuit vocatum. ...halus conſil. 173. num. 9. Tiraquel. de u...ue retractu, § 32. gloſſ. 1. numer. 33. contrarium, quòd feudum paternum antiquum, non cenſeatur novum, ſed

L 4 maneat

di, c. unic. de ſucceſſ. fratrum, c. unic. de fratrib. de novo benefic. inveſt. c. uni. cum c. ſequent. de vaſallo decrepitæ ætat. qui feudum refu. Feudum paternum dicitur, quod ab aliquo aſcendentium uſque ad quartum gradum acquiſitum eſt, d. c. uni. § hoc quoque obſervatur, ibi, uſq; ad quartum gradum, de ſucceſſ. feud. & ibi Bald. in fin. & Alvarot. in 5. notab. notarunt. Idem Alvarot. in prælud. feudor. in 6. diviſ. Antiquum feudum eſt, quod ab aliis aſcendentibus ultra quartum gradum eſt quæſitum, Bald. & Alvarot. in d. c. unic. § hoc quoq; obſervatur, Roland. à Valle conſi. 16. num. 36. in 3. volum. & hoc feudum ſæpius paternum quoque nominatur, d. c. uni. de ſucceſſ. feudi, & d. c. unic. de ſucceſſ. frat. & c. uni. § paternum, de natura ſucceſſ. feud. Et inter feudum paternum & antiquum in effectu nulla eſt differentia, ſed ſub antiquo feudo, plures continentur perſonæ, quam ſub feudo paterno, Roland. à Valle conſ. 41. num. 12. in 2. volum. Novum feudum eſt, quod de novo eſt acquiſitum, c. uni. § novum, qui teſtes ſunt neceſſar. ad novam inveſt. probandam, Roland. à Valle conſ. 60. nu. 4. in 1. volum. & conſ. 16. num. 2. & 3. in 3. volu. Verbi gratia: Titius de feudo primùm inveſtitus eſt, hoc feudum dicitur novum: at ſi

Titius

ſitius feudum à patre,avo,proavo vel abavo
habet, tunc dicitur feudum paternum: ſi ab
ſcendentibus ulterioris gradus feudum ac-
uiſivit, erit feudum antiquum, atque ita
ommuniter Dd. ſentiunt, Curt. Jun. in tract.
udali in prima parte principali, quæſt. 8.
ul. Clar. in § feudum, quæſt. 8. Cravet. de
ntiquit. tempo. parte 5. Molin. in conſuetu.
ariſ. tit. § 5. num. 79. Ac in dubio, cùm non 3
is conſtat, utrùm feudum antiquum ſive
ternum ſit, an verò novum, paternum ſive
tiquum eſſe dicimus. Ita textus ſunt expreſ-
n d. c. uni. § ſi verò domin9, de ſucceſſ. fratr.
. uni. in prin. ſi de feudo defuncti cõtentio
nter dom. & agnat. vaſalli, & ibi Jacob. de
viſo, Bald. Alvarot. Laudenſ. & alii nota-
t. Laudenſ. in c. uni. § item placet, de in-
it. in marit. facta. Roland. à Valle conſ. 3.
n. 3. in 1. volum. & conſ. 32. num. 2. cum ſe-
nt. & conſ. 55. num. 10. & 11. in 3. volum. &
. 48. num. 19. cum ſequ. in 4. volu. Alciat.
act. præſumpt. reg. 3. præſumpt. 28. num. 1.
in. in conſuetud. Pariſ. d. tt. 1. § 5. num. 89.
vet. in 5. part. de antiquit. tempor. num. 4.
ochius de arbitra. jud. quæſt. libr. 2. cen-
caſu 191. Tiberius Decianus reſponſ.
um. 39. in 1. volum. Tiraquel. de utroque
ctu, § 32. gl. 1. num. 91. Ibi pro hac
ſenten-

ntiquit. tempor. part. 5. Tiraquel. d. utroque
etract. §. 32. gloſſ. 1. numer. 93. & ibi complu-
es alios ita ſentientes refert, Menochius dicto 5
aſu 191. Nec adverſatur, quòd de præſenti
ræſumitur in præteritum, l. ex perſona, C. de
robatio. Alciat. in tract. præſumpt. reg. 2. præ-
ımptio. 26. Hæc enim regula non procedit,
ım de qualitate aliqua agitur, in qua præ-
ns ſtatus non concordat cum primo ſtatu
i, tunc præſumptio non ducitur de præſenti
præteritum, Bald. in l. 1. § ſi magiſtratus, de
agiſtr. convenien. Idem Bald. in l. ex per-
na C. de probatio. Alexand. in conſ. 75. co-
m. fin. & in conſ. 92. colum. 5. libr. 5. Et
eo, quamvis res hodie ſit feudalis, tamen re-
feudalis fuiſſe non cenſetur. De eo quæri- 6
, ſi dominus concedat alicui feudum no-
m, ita ut vaſallus iure feudi antiqui id poſ-
eat, utrùm huiuſmodi feudum aſſumat na-
am & qualitatem feudi antiqui. Et quam-
multi cenſuerunt, feudū dicto modo con-
ſum, novum nihilominus manere: Oldra-
& Albericus, in l. qui teſtamentū, de pro-
ionibus, Oldrad. in conſ. 178. factum tale
quidam nobilis colum. 2. Alberic. in
ico, in verbo, novum, ubi in fine dicit,
uiſſe determinatum in facti contingen-

L tia,

tia, Baldus in prælud. feudor. in 3. diviſio. & ibi Laudenſis, & hanc opinionem communem eſſe dixit Jaſon, in conſil 152 libr. 2. prolixè Tiraquel. de utroque retract. § 32. gloſſ. 1. num. 37. Anton. Gab. Roman. lib. 3. concluſ. tit. de feud. concluſ. 1. num. 1. verſic. contrariam autem opinionem, Roland à Valle conſ. 16. nu. 4. in 3. volum. tamen contraria ſententia, quòd feudum huiuſmodi cenſeatur antiquum, & reguletur ſecundum naturam feudi antiqui, receptiori interpretum calculo probata eſt, And. de Iſernia in c. 1. de controverſ. feudi apud pares termi. Bald. Laudenſ. & Præpoſ. in c. uni. de alienat feudi paterni, Bald. in c. 1. colum. pen. verſic. demum quærit glo. an agnatus vel filius, Alvarot. in c. vn. colum. fin. de vaſallo decrepitæ ætat. & in c. 1. de ſucceſſ. frat. Aegid. Boſſ. tit. de principe & privilegiis eius, mihi folio 571. num. 338. Roland à Valle conſil 60. num. 16. in. 1. volum. & d. conſil. 16. num. 21. ubi prolixè de hoc agit, & conſil 32. num. 7. in 3. volum. & conſil. 3. num. 7. in 4. volum. Paulus de Caſtro conſil. 44. circa præſentem caſum, in prin. lib. 1. & conſil. 284. de utroque quæſito lib. 2. Alexand. in conſil. 30. quoniã omne datũ, colũ. 3. verſic. fortius dicit, lib. 1. Ferrariẽſ. pract. in forma libelli, quo agitur ad revocat.

feudi,

feudi, in verbo, nec ſuperſtitibus ex eo liberis
maſculis, num. 35. latiſsimè Curt. ſenior,
conſ 48. recolendæ, & conſ. ſequent. Cephal.
conſ. 12. num. 3. lib. 1. & rurſus conſ. 173. nu.
. in ſecund, lib. Mynſing. centu 4. obſervat.
4. Et hanc ſententiam magis communem di-
it eſſe, Iaſon in conſil 1. colum 3. verſ. ſecun-
ò principali, lib. 3. & conſil. 136. colum 4.
erſic. ſpecialius libr. 4. Franciſcus Curt. in
act. feuda in. 1. parte quæſtio. 8. Roland. à
alle d. conſil 60. nu. 38 & 46, in 1. volum.
lius Clar. in § feudum. quæſt. 8 Molin. in
nſuetud. Pariſio. tit. § 5. num. 84. Crauet.
antiquit. tempor. in 5. parte. num. 16. Ti-
quel. de utroque retract. d. § 32. gloſſ. 1.
mer. 31. & 32. Anton. Gabriel Roman. d.
. 3. concluſ. tit. de feudis, concluſ. 1. Andr.
il. in pract. obſervat. libr. 2. obſervat 50. 7
hanc ſententiam tenendo non obſtat, quod
itatem & ſubſtantiam rerum, non immu-
hominũ denominatio, l. ſi fortè, de caſtrē.
eculio, l. non epiſtolis, l. non nudis, C. de
batio. Roland. a Valle conſ. 69. n. 46. in 3.
um. quodque falſa demonſtratio mutare
ſtantiam veritatis minimè poteſt, l. cum
, C. de juris & facti ignorantia, & quod
nominis differentia non mutat ſubſtan-
 rei, Bald. in leg. licet certis colum. 2.

 verſic.

verſic. quintò quæro, C. de locato, & quòd cautela verborum non mutat rei naturam, Bald. in c. licet de vitanda. poſt. princ. extra de electio. & denique quod noſtrum affirmare vel negare, nihil mutat in re: Ariſtoteles in 1. περὶ ἑρμηνείας. Tiraquel. de utroque retract. § 32. gl. num. 34. & 35. & in tractat. de jure conſtitut. poſſeſſ. in 2. parte ampliat. 2. numer. 3. etenim hoc verum eſt, quantum ad
8 rem ipſam attinet. Et feudum novum jure feudi antiqui conceſſum, novum manet, quia à vaſallo de novo acquiſitum eſt. Cæterum, quantum ad juris effectum pertinet, pro paterno ſive antiquo feudo habetur. Sic dicimus facta infecta fieri non poſſe, l. in bello, § factæ, de capti & poſtlimin. reverſ. Ariſtoteles libr. 6. Ethicorum c. 2. Plato in 2. de ll. Tiraquel. in tractatu de jure conſtitut. poſſeſſ. in 3. parte, limitat. 7. num. 3. cum ſequenti, & in tractatu de jure primogenio. quæſtio. 34. num. 22. Et tamen, quantum ad juris effectum, lex poteſt facere, ut pro non facto habeatur quod factum eſt, l. jubemus nulli, § 1. in fine, ibi, ea, quæ contra leges facta ſunt, pro infectis habenda ſunt, C. de ſacroſ. Eccleſ. l. non dubium, ibi, ſi fuerint facta, C. de ll. l. hac conſultiſſima, § non ſubſcriptum, C. de teſtamentis cum multis aliis adductis

ductis per Fernand. Vaſquium, in tractat. de ſucceſſ.ab inteſtato, lib.2.§ 15.num. 28. Matth. de Afflict.in conſtit. Neapolit. Rub.15. de defenſis imponendis, num.5. lib. 1. Feudum itaque novum, jure feudi anitqui conceſſum, pro antiquo feudo reputatur: Sed hoc tunc demùm verum eſt, cùm feudum eſt ſeculare & a laico jure feudi antiqui conceſſum eſt. Si 9
feudum fuerit Eccleſiaſticum, & ab Epiſcopo, Abbate vel quo alio Eccleſiarum Prælato ita concedatur, ut vaſallus id poſſideat jure feudi antiqui ſive paterni, non habebitur pro feudo antiquo ſive paterno. Nam cùm Eccleſiarum Prælati Eccleſiæ conditionem deteriorem facere, l. jubemus, C. de ſacroſ. Eccleſ. c. cum apoſtolica, de his quæ fiunt à Prælat. & res Eccleſiæ non ſolitas in feudum dare, infeudare prohibeantur, ut in ſequentib. dicemus, prædicta verba in fraudem iſtius prohibitionis videntur apposita, l. qui teſtamentum de probatio. l. cùm quis decedens, § Titia, de legat. 3. l. illud, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & ideo meritò nihil operantur, Bald. in prælud. feudor. colum. 10. verſic. tertia diviſio. Socin. conſ. 4. num. 18. verſic. quinimo etiam, in 3. volum. Laudenſ. in c. unic. colum. 4. verſ. circa hanc diviſionem quærit Baldus, de his qui feud. dare poſſ. Al-

Digitized by Google

ciat. de præſumptio. in 3. regula, in 28. præſumptio. prolixe Anton. Gabr. Roman. d. tit. de feud. concluſ. 1. num. 6. Decianus reſponſ. 90. num. 6. in 3. volum. ne tunc quidem, quando prælatus Eccleſiæ cum capitulo, feudum novum jure feudi antiqui conceſſit, l. jubemus, ibi, nec ſi omnes cum Epiſcopo, C. de ſacroſ. Eccleſ. Laudenſ. in c. unic. in princ. num. 38. de his qui feud. dare poſſ. Jaſon in proœmio feudo. num. 91. cum ſeq. quamvis Franc. Curtius in tract. de feud. parte 1. quæſtio. 8. numer. 15. cum ſequentibus, in contraria ſit ſententia, propterea quod feudum antiquum præſumitur, non novum, quod tunc quidem procedit, quando feudum conceditur ab iis, qui novum feudum, jure feudi antiqui dare poſſunt, quales ſunt principes ſeculares, alias, ut in propoſito noſtro, ſecus eſt. Illud notandum eſt, quod feudum novum, antiquum quoq; fit, ſi vaſallus, domino & agnatis conſentientibus feudum antiquum cum novo permutaverit. Matth. de Afflict. in c. uni. num. 16. de ſucceſſ. fratrum, vel gradib9 ſuccedentium in feudo. Subrogatum enim ſapit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur, l. ſi eum, § qui injuriarum, & ibi Bartolus, Baldus & Jaſon, ſi quis cautio, l. ſi donatæ, § ſponſus, de donatio. inter virum & uxor. l. 1. §

hæc

hæc actio, ſi is qui teſtament. liber eſſe, &c. Et res ſubrogata, dicitur eadem cum pri[illegible], in cujus locum ſubrogata fuit, ut dixit Socinus in l. filiæ, § Titia, de conditio. & demonſtrat. Videamus nunc, quid juris ſit, ſi vaſallus de 10
feudo antiquo ſive paterno tanquam de novo inveſtiatur, utrùm hoc feudum naturam & qualitatem antiqui ſive paterni feudi amittat. Et ita quidem videbatur dicendum. Nam novum feudum jure feudi antiqui conceſſum, qualitatem antiqui feudi aſſumit: E contrario igitur antiquū feudum, jure novi feudi conceſſum, novum cenſebitur, ut contrariorum eadem ſit diſciplina, l. 1. de his qui ſui vel alien. jur. ſunt, DD. in Rubr. de acquir. poſſeſſ. eademque potentia, Roland. à Valle conſil. 60. num. 60. in 1. volum. Ariſtotel. in 2. Rhetor. c. 19. *ἡ αὐτὴ δύναμις τῶν ἐναντίων, ἡ ἐναντία.* atq; ita Paulo de Caſt. iſum eſt, in conſ. 159. punctus, colum. 2. verſ. am adhoc, lib. 2. Et voluit Matth. de Afflictis ecifio. Neapolita. 112. inter dominam, colu. verſic. ſecundo caſu, & rurſus deciſion. 248. it diu. colum. 5. verſic. quare fuit vocatum. ephalus conſil. 173. num. 9. Tiraquel. de uoque retractu, § 32. gloſſ. 1. numer. 33. d contrarium, quòd feudum paternum e antiquum, non cenſeatur novum, ſed

maneat paternum ſive antiquum, verius eſt, per textum in c. vnic. in fine, an agnatus, vel filius defuncti poſsit retinere feudum repudia. hered. & ibi Baldus, Alvarottus, Laudenſis & alii notârunt, Jacob. de Ardiz. in ſumma feuda. in ſecunda parte, ſecundæ, partis princip. in 1. quæſtion. ad finem, verſicu. & erit ſciendum, Baldus in l. 1. in 15. quæſtio. de rerum diviſio. & in l. quoties, colum. 2. verſic. ſecundo caſu C. de ſuis & legitimis, & in prælud. feudor. in 5. diviſio. Caſtrenſ. in conſil. 290. viſa colum. 1. libr. 2. & conſil. 425. ponitur in facto, in primo dubio, libr. 4. Roman. conſil. 315. in cauſa in princip. & ibi Mandoſius in verbis, non deſinit, Iaſon conſil. 96. dominus, colum. vlt. lib. 1. Philippus Decius conſ. 78. licet in caſu, colum. vlt. verſic. & licet vaſallus, & in conſ. 445. in caſu ad me tranſmiſſo, colum. 2. verſic. quia ad hoc reſpondetur, Zaſius in Epitome feuda. parte vltim. ante fin. Tiraquel. de utroque retract. d. § 32. gloſſ. 1. num. 38. Franciſ. Curt. de feudis, parte 1. quæſtio. 8. num. 9. Roland. à Valle conſ. 60. num. 8. in 1. volum & conſ. 41. nu. 15. in 2. volum. Andr. Geil. libr. 2. obſervat. pract. obſer. 49. Roland. à Valle conſil. 3. n. 2. in 4. volũ. Mynſingerus in 4. centur. obſervat. 83. Nec, obſtat. quòd dicitur contrario-

rum

rum eandem eſſe diſciplinam. Ea enim regula tunc locum habet, ſi eadem in contrariis ſit ratio, ſecus, ſi ſit ratio diverſa, l. fin. de calumnia. l. Papinianus libr. 2. de minoribus, l. inter ſtipulantem, § ſacram, & ibi Bartol. de verbor. obligatio. qualis hic reperitur. Etenim ſi antiquum feudum ſive paternum fieret novum, hoc tenderet in præjudicium agnatorum, qui feudo ſuccedunt. At quod feudum novum fit antiquum ſive paternum, hoc lædit tantùm concedentem, & ideo novum feudum, habetur pro antiquo, ſi jure feudi antiqui ſive paterni ſit conceſſum: antiquum contrà ſive paternum non habetur pro novo, ſi jure feudi novi concedatur, Curt. jun. in d. parte 1. quæſtion 8. num. 10. cum ſequent. Rolandus a Valle conſil. 60. num. 32. Jaſon. conſil. 136. colum. 5. in fin. libr. 4. Cephal. cõſil. 173. num. 32. Et tantùm de prima feudorum diviſione. 11

Secunda diviſio.

Secundò, feuda dividuntur hoc modo: 12
feudum aliud eſt regale, aliud non regale, unic. ibi, de aliqua regali dignitate, de feudo marchiæ, ducatus vel comita. & c. unic. ibi, de beneficio regali, de capitulis Conradi.

Regale nominatur, quod dignitatem annexam habet: non regale, quod dignitatis eſt expers, Laudenſ. c. unic. num. 30. de his qui feud. dar. poſſ. Jacobin. de feudis ſup. verbo, in feudum, num. 5. Raynaud. in comprehenſorio feudali, num. 21. & reliqui Dd. in diviſionib. feudo. Dignitas itaque regale feudum conſtituit, non ſola perſona conferens. Et licet dignitatem tribuere, ſit de reſervatis Imperatoris, Jacobin. de feud. ſuper verbis, princeps Pedemontium, § ſed an princeps, verſic. vigeſima ſeptima ſpecialitas. Et Imperator, qui dominus mundi dicitur, in l. ἀξίωσις, ad l. Rho. de jactu, fons eſt omnium dignitatum, Præpoſit. in c. uni. num. 2. quæ ſunt regal. & ab eo omnes dignitates fluunt, ſicuti flumina de mari. Bald. in c. unic. § judices, de pace juramento firm. & in l. unic. ad l. Juliam de ambitu, Henning. Gôde. conſ. 3. num. 23. & 24. Rolandus à Valle conſ. 100. num. 3. in 4. volum. & in principe Romano ſunt theſauri dignitatem reconditi, Socin. conſ. 68. num. 3. tamen non ſolus Imperator regalia feuda confert, ut Rebuffus in declaratione feud. in 2. diviſio. Montanus libr. 1. feud. c. 6. Duaren. de feud. c. 4. in 3. diviſi & nonnulli alii voluerunt, ſed etiam alii principes ſuperiorem recognoſcentes, quemadmodum

dum experientia rerum magiſtra, c. quam ſit, & ibi gloſſ. & Dd. de electio. in 6. oſtendit, Seyſſel. in Spec. feud. in Rubrica, qui feudum dare poſſunt, verſi. idem dicendum eſt de aliis principibus. Ægid. Boſſius in tit. de regalibus, num. 11 Nec obſtat, quòd dicitur, vaſallos re-
[g]ali dignitate ab Imperatore inveſtiti, c. unic. [d]e feudo Marchiæ. Nam inveſtiuntur vel im-
[m]ediatè ab Imperatore, vel mediatè à prin-
[c]ipibus, quibus Imperator hanc poteſtatem [d]edit, ut regalia feuda aliis conferre poſſent. [R]egalia autem feuda ſunt, omnia feuda quæ [pr]incipes Germaniæ habent, non ſolum illa [qu]æ ſeculares Principes, verùm etiam, quæ [E]ccleſiaſtici tenent. Nam & Eccleſiaſtici [pr]inceps bona feudalia ab Imperatore reco-
[gn]oſcunt, ut notum ſatis eſt, & traditum ab [An]drea Geil. libr. 1. obſervation. pract. ob-
[ſer]vat. 30.

Tertia diviſio.

Tertia feudorum diviſio hæc eſt: Feu- 13
[d]a aliud eſt nobile, aliud ignobile. Indica-
[t] hæc diviſio in c. unic. quis dicatur dux, [mar]chio, &c. in illis verbis, plebei nihilomi-
[nus ſ]unt: & rurſus in illis verbis nullum pe-
[c]ium acquirunt: Ita in vulgatis codicibus legi-

Digitized by Google

legitur; & pedagium Eguinarius Baro interpretatur vectigal, quod ab iis, qui pedibus iter faciunt, exigi ſolet. Baldus & Alvarottus legunt, paradogium: & dicit Alvarottus, paradogium nomen eſſe Longobardicum, nobilitatem ſignificans. Cujacius legit, paragium, idque nomen deducit à paribus. Sic Petrus Jacobi in practica, de cauſis ex quibus dominus amitt. proprieta. in quinta feudorum diſtinctione, dicit; feudum aliud eſſe cum dignitate, aliud cum paragio, aliud plebejum & ſine paragio. Senſus igitur hic erit: Qui ſoldatam habent, nullum acquirunt paradogium vel paragium, hoc eſt, non propterea cenſentur eſſe partes curtis domini ſive nobiles: parium dignitatem ſoli nobiles habent. Nobile autem feudum eſt, quod poſſeſſorem ſuum nobilitat, Ignobile, quod etiam plebeium dicitur, d. c. uni. quis dicatur dux, marchio, &c. & Burgenſe, à Baldo & Jacobino in diviſionibus feudor. quod poſſeſſorem ſuum nobilem non arguit.

14 Ac quidem Bartolus, ex conſuetudine cujuſque loci, quæ feuda nobilitent vel non nobilitent, in l. 1. Cod. de dignitat. libr. 12. Paulus de Caſtro ex præſtationibus annuis nobilibus vel ignobilibus, in conſil. 462. num. 5. libr. 1. Andr. de Iſernia, & Matthæus de

Affli-

Afflictis, ex ſubditorum numero; c. unico, § cæteri, quis dicatur dux, marchio, &c. Laudenſis & Præpoſitus; ex tenore inveſtituræ, c. unico, quis dicatur dux, &c. Molinæus, ex territorio; quod juriſdictionem & merum Imperium annexum habet, definiendum & dijudicandum eſſe cenſuerunt: quemadmodum prolixè à Tiraquello in libro de nobilitate c. 10. & à Molinæo in conſuetud. Pariſior. § 9. gloſſ. 3. num. 3. relatum eſt. Cæterùm Obert. de Orto in d. c. unic. quis dicatur dux, marchio, comes, &c. illa feuda nobilia eſſe docet, de quibus quis à principe, marchione, duce vel comite inveſtitus eſt, vel etiam, de quib. quis inveſtitus eſt à majore vel minore valvaſore; ſi modò vaſalli longam antorum ſeriem numerare poſſint, qua feuda nusque militiæ eis annexum, in familia iſorum reſederint. Et hæc, ut Jacobus Cuicius inquit, certiſſima eſt nobilium definio. Majores valvaſores dicuntur, qui à prinpe, marchione, duce vel comite, plebi aut arti plebis gubernandæ præpoſiti ſunt. Hi pitanei etiam appellantur, ut Obertus de rto docet in d. cap. unic. quis dicatur dux, archio, &c. & Gerhardus Niger in c. uni. de s qui feud. dare poſſunt: à Platina in Cleente quinto, & Martino quarto, præfecti urbium

vrbium dicuntur, quemadmodum à Jacobo Cuiacio notatum eſt, in d. c. unic, quis dicatur dux, marchio, &c. Alii ſunt capitanei regni ſive Regis, ut marchiones, duces, comites, d. c. vnic. de his qui feud. poſſunt, qui etiam abſolutè capitanei vocantur, c. vni. de natura feudi. & hi propriè capitanei nominantur. d. c. vn. de natu feudi. Minores valuaſores ſunt, qui a maiorib. valuaſorib. feuda tenent. Et hi, qui â maioribus vel minoribus valuaſoribus feuda habent, non ſtatim nobiles efficiuntur, ſed tunc demum, cùm ab antiquis temporibus beneficium tenent, ut Obertus de Orto loquitur, id eſt, cum feudum diu in familia ipſorum reſedit: ſi noviter à maioribus vel minoribus valuaſoribus de feudo inveſtiti fuerint, plebei nihilominus ſunt, d. c. vnic,
15 quis dicatur dux, marchio, comes. Hinc eleganter Baldus in prælud feudor. in penult. diviſ. inquit: feudum antiquum, nobilitatem ſapere, non novum, quia nobilitas in ictu oculi non naſcitur, quod ipſum ex Baldo Jacobin. in 8. & Laudenſ. in 9. feudor. diviſ. & Molinæ. in d. §. 9. gloſſ. 3. num. 3. Roland à Valle conſ. 41. nu. 10. in 2. volum. Paris de Puteo, de redinteg. feud. c. 48. num. 5. referunt. Et quo diutius feudum fuit in vna familia, eo nobilius eſt, Decianus re-

ſponſ.

ponſ. 19. num. 232. in 3. volum. Et dicit Bal-
us in l. nobiliores, C. de commer. & mercat.
b. 10. quod alia eſt nobilitas incipiens, alia
reſcens, alia perfecta, & quod prima poſtpo-
itur ſecundæ, ſecunda tertiæ, Decianus in
co ſupra dicto.

Quarta diviſio.

Feudum aliud eſt hereditarium, aliud 18
pacto & providentia, aliud mixtum de u-
oque participans. Feudum hereditarium
citur, quod alicui pro ſe & heredibus eſt
nceſſum, Andr. de Iſern. c. uni. § & olim,
ſucceſſ. feudi, & in c. unic. qui ſucceſſ. feu-
dare tenean. & c. unic. an agnatus vel fi-
s defuncti. Alexand. conſil. 55. num. 6. lib. 4.
cius conſil. 445. num. 8. Curt. jun. conſ. 1.
n. 12. idem in tract. feud. parte 1. quæſtio. 8.
n. 19. verſ. quartò ſub hac, Jacobin. de feu-
. in verbis, ita quod dicti inveſtiti num. 2.
ver. conſil. 256. in fin. Covarr. lib. 2. variar.
lut. c. 18. Julius Clarus in § feudum. quæſt.
nton. Gabr. Rom. lib. 6. cōcluſ. tit. de ver.
ſignifica. concluſ. 3. nu. 7. Et hæc eſt magis
unis Dd. ſententia, Roland. à Valle con-
3. num. 40. & conſ. 67. nu. 9. & conſ. 97. nu.
1. volum. idem conſ. 67. num. 22. in 2.
volum.

volum. & conſ. 10. num. 18. & conſil. 28. numer. 5. & 6. conſ. 53. num. 6. in 3. volum. & conſil. 3. num. 16. cum ſequent. & conſil. 48. num. 15. & conſil. 84. in princip. in 4. volum. Sed etſi addatur nomen ſucceſſoris, ut ſi quis accipiat feudum pro ſe, heredibus & ſucceſſoribus, feudum erit hereditarium, latè Decianus reſponſ. 23. num. 39. in 1. volumin. Et quamvis nonnulli aliter feudum hereditarium accipiendum eſſe tradunt: tamen non facilè, à recepta doctorum ſententia, recedendum eſt, cum jura feudalia, conſuetudines ſint, & nihil prohibeat, quin conſuetudines, ſint, contraria conſuetudine mutentur. Feudum ex pacto, & providentia appellatur, quod vaſallo conceſſum eſt pro ſe & filiis, vel pro ſe & liberis, nulla heredum facta mentione, Andr. de Iſernia d.c. unic. qui feuda dare teneantur, Decius d. conſil. 445. num. 8. Pariſius conſil. 5. num. 2. & ſequen. in 1. volum. Anton. Gabr. Roman. libr. 6. commun. concluſ. tit. de verbo. ſignificat. cõcluſ. 3. num. 22. Jul. Clar. in. d. § feudum, quæſtio. 9. Sed etſi heredum mentio fiat non abſolutè, ſed hoc modo, ut vaſallus & ipſius heredes maſculi feudum haberent, vel ut vaſallus & heredes ex corpore ipſius legitimè deſcendentes feudum obtinerent, feudum erit ex pacto & pro-

& providentia ut prolixiſsimè traditum eſt à Roland. à Valle conſ. 67. nu. 22, cum multis ſeqq. in 1. volum. & conſ. 28. num. 2. 3. & 4. & conſ. 55. num. 5. cum ſeq. in 3. volu. Decianus tamen affirmat, ſententiam magis communem eſſe, quòd his etiam caſibus, feudum ſit hereditarium, reſpon. 24. nu. 67. in 1. volu. Illud notandum eſt, quòd hæc diſtinctio, 17
ex pacto & providentia nulla iuris feudalis diſpoſitione ſuffulta, Hartm. Piſtor. lib. 2. quæſt. 1. in pri. ſed à noſtris Dd. Pileo & Bulgaro eſt conficta, Thomas de Marinis ſtatim in princ. Decius d. conſil. 445. num. 7. in fine, And. de Iſernia in c. vnic. in princip. ibi, hæc ſunt verba magiſtralia, an agnatus vel filius, Menoch. conſil. 104. num. 5. Aliàs feudum 18
ex pacto & providentia, feudum familiare ſive de familia appellatur: Bald in l. cùm virum, nu. 21. C. de fideicommiſ. Socin. conſil. 114. num. 10. lib. 2. Jaſon in prælud. feud. n. 128. idque rectius eſſe putat Arius Pinelus in l. 1. C. de bonis maternis, in 3. parte, nu. 84. per l. 5. de religio. & ſumpt. fune. vbi familiaria pulchra ab hereditariis diſtinguuntur. Sed Thomæ de Marinis diſplicet titu. 1. de feudo ex pacto & providentia, num. 5. cum ſequen. Feudum mixtum appellatur, quando eſt conceſſum vaſallo pro ſe & filiis & heredib9.

M Dicitur

Dicitur mixtum, quia habet aliquid de feudo hereditario, aliquid etiam de feudo ex pacto & providentia, Iul. Clarus in § feudum, quæſt. 9. Et hanc tertiam ſpeciem feudi mixti, interpretes Decio tribuunt. Arius Pinelus. in d. l. 1. C. de bon. mat. in 3. parte num. 88. Ac hæc diviſio feudorum maximi eſt effectus, ut apud Marinum Frecciam in commenta. feudo. lib. 3. ubi triginta tres refert differentias, inter feudum ex pacto & providentia, & hereditarium, & apud Covarr. lib. 2. variar reſolut. c. 18. & Arium Pinelum in locis ſupra dictis videre licet, & nos inferius ſuo loco dicemus.

19 Illud notandum eſt, quòd feudum in dubio cum in inveſtitura, non eſt dictũ pro heredibus vel pro filiis, præſumitur eſſe hereditarium, non ex pacto & providentia. Ita voluit ſummus feudiſta Andr. de Iſernia, quem Neapolitani evangeliſtam nominant, Thomas Grammat. voto 32. numer. 6. & Socin. Senior, optimum aurigam, in tractatu feudorum in conſ. 66. colum. 5. & conſil. 87. colum. 3. libr. 3. Andreas, inquam, de Iſernia, in c. 1. in princip. & ibi Alvarot. nũ. 8. Præpoſit. num. 3. Matth. de Afflict. num. 15. de alien. feudi paterni, Andreas de Iſern. Bald, & Jacob. de Beluiſ. in c. unic. an agnatus, &c. Andr. de Iſern. c. 1. in fine, qui ſucceſſ. tenean.

Alexand.

Alexand.conſ. 18.num. 7. & conſ.26.num. 3. ibr. 5. Zaſ. in Epitom. feud. part 8. num. 61 Cuman.conſil.166.Brunus conſ.80.colum 4. Ruinus conſ.17. numer.3. in 1. volum. Decius conſ. 216. colum. 2. Pariſ. conſ.23.num.18. n 1. volum. Menoch conſil. 104. nu.6. Anton. Gabr. Roman. lib. 6. commun. concluſ. it.de verbor. ſignificat. concluſ.3. num. 18. Andr.Geil. in pract. obſerv. libr. 2. obſervat. 154. num.8. Roland. a Valle conſ.3. num. 15. n 4. volum. Plerunque enim tam heredibus noſtris quàm nobis ipſis proſpicimus, l. ſi pactum, de probat. c. unic. de duobus fratribus, capitaneo inveſtitis, Andreas de Iſernia in c. unic. § huius autem generis, verſi. ſi ergo non probatur, in quibus cauſis feudum amittatur, Rolandus à Valle conſil. 68. num. 53. ibi, & iſta reſponſ. in 1. volum. & conſil. 28. num. 9. in 3. volum. Et licet hæc ſententia crebriori interpretũ calculo eſt recepta, gloſſ. in c. 1. quib9 modis feud. conſtit. po. tamẽ contrariũ, quod in dubio feudũ præſumatur eſſe ex pacto & providẽtia, ſibi cõtrarius tradidit Andreas de Iſern. c. unic. nu. 11. & ibi Matthæus de Afflict. ſibi quoque contrarius, nu. 270. cum ſequent. in quibus cauſis feud. amitt. Matth. de Afflict. c. unic. nume. 14 cum ſeqq. in agnatus Angel. & Bald. in l. ſi tibi § pactus,

 de pact.

de pact. Jacob.de Ardizo.in epitome, titu. de ſucceſſ. feudi, § item quæritur, Socin. iun. conſ.103.num. 34. & 35.Et hanc poſteriorem ſententiam Thomas de Marinis, veriorem eſſe affirmat,titul.1.de feudo ex pacto & providentia, numer. 54. cum ſequenti, eamque domini aſſeſſores ſupremæ curiæ probârunt, Mynſingerus in 4.centu.obſervat. 2. propterea quòd nuſquam traditum eſt, feudũ in dubio iudicari debere hereditarium, ſed illud duntaxat ex iuris præſumptione ſumatur, ex qua neceſſariò efficitur, feudum in dubio ex pacto & providentia dicendum eſſe, non hereditarium, cùm heres in feudis filium ſignificet, c. vnic. § ſi clientulus, de alienat. feud. Cephalus conſ. 3.num.3. lib.1.& feudum pro ſe & filiis acceptum, ſit ex pacto & providentia, ut ſuprà dictum eſt.

Quinta diviſio.

20 Quintò feudum dividitur in feudum francum & non francum. Francum dicitur feudum, quod ita datum vaſallo, ut ab omnibus ſervitiis immunis ſit: Ita Dd.paſſim in feudorum diviſionibus definiunt. Appellatur francum, à *franc*, quod liberum ſignificat: Inde *Franchiſe* libertas, & Franci, id

eſt

eſt, liberi. qui etiã Galli dicuntur, à lacteo colore, ut nonnulli ſuſpicantur, Iſidorus libr. 9. etymologia. titulo de gentium vocabulis: Lac enim Græci γάλα vocant. Nominantur & Salii, à Sala flumine, ut ſupr. c. 2. ubi de Salica lege dictum eſt, expoſui. Non francum feudum appellatur, quando vaſallus domino propter feudum ſibi conceſſum, ſervitia præſtat. Et ex hac feudorum diviſione, quã interpretes communiter probant, ſatis apparet, verum non eſſe, quod Iohannes Andreæ tradidit, nõ valere infeudationem ita factam, ut vaſallus ab omnibus ſervitiis liber eſſet, Iohan. Andr. in addit. ad Specul. in Rubr. de præſcript. colum ultim. Caſtrenſ. conſ. 312. circa id, quod primo quæritur, colum. 1. libr. 1. Tiraquel. in l. ſi vnquam, ſuper verbis, donatione largitus, num. 139. C. de revoc. donat. Et rectè Bald. in l. 2. quæſt. 16. de rer. diviſ. inquit: Si dominus liberat vaſallum ab omni ſervitio, non propterea feudum extinguitur, quia vaſallus id promeruiſſe, non demeruiſſe videtur.

Sexta diviſio.

Sextò, interpretes feudum dividunt in feudum conditionatum & ſimplex. Con- 21

Digitized by Google

ditionatum feudum appellant, quod certa lege datum eſt vaſallo, puta, ut certa ſervitia domino præſtet. Conditionem namque pro qualitate ſive qualificatione accipiunt, ut Baldus loquitur in prælud. feud. Jacob. de Beluiſo in præludiis feudor. conditionat. Jacobinus de Sancto Georgio ſup. verbo, in feudum, num. 6. pactionalum vocat, Thomas de Marinis titul. 20. de feudo conditionato. Simplex verò feudum, quod alias rectum quoque nominant, eſt, in quo, verbi gratia, ſervitia non ſunt determinata, c. unic. § fina. de capitaneo qui curiam vendidit, & ibi gloſſ. qua non eſt melior in toto corpore juris, & loquitur Jacobin. in 4. feudo. diviſione, num. 15. Et ad hanc feudorum diviſionem reſpexit Obertus de Orto in c. unic. § fin. in illis verbis, ſive ſervitium illud quale eſſe debeat, nominatim ſit expreſſum, &c. in quibus cauſis feudum amittatur.

Septima diviſio.

22 Septima feudorum diviſio hæc eſt: Feudum aliud eſt ligium, aliud non ligium. Ligium feudum eſt, quando vaſallus fidem & operam ſuam domino promittit, nullo alio antepoſito, ut dicitur in c. unic. in § ſa-

tis

tis benè diſpoſitum, de prohib. feud alien. per Lotha. hoc eſt, nullo alio excepto. Roland. à Valle conſil. 44. num. 2. in 2. volum. Hujuſmodi feudum eſt, quod ab Imperatore recognoſcitur. Imperator enim ſuperiorem non habet, ſed ipſe in omni ſacramento excipitur, c. Imperialem, § fin. de prohib. feud. alien. per Fridericum. Sic feudum quod quis tenet à Rege, ſuperiorem non recognoſcente, ligium feudum eſt, & Rex, ſuperiorem non recognoſcens, ſimilis eſt Imperatori, imò plus juris habet in regno, quàm Imperator in Imperio, cùm regnum ad deſcendentes tranſmittat. Imperator autem Imperium ad deſcendentes tranſmittere non poſſit, Andreas de Iſernia in c. unic. verſ. & bona, quæ ſint regalia. Meminit ligii feudi textus in clementina paſtoralis, verſ. rurſus, & gloſſ. ibidem, in verbis, homo ligius, de ſentent. & re judic. Annonius in c. 54. Henrico filio comitis Andegavorum, Ludoicus rex ducatum Nortmanniæ, ejecto rege Anglorum, reſtituit, & eum pro eadem terra in hominem ligium accepit. Albertus Argentinēſis in chronicis: cùm non ab Imperatore moverentur, cujus eſſent ligii, Eguin. Baro lib. 1. de benefic. c. 4. Jacob. Cujac. in c. unic. de nova forma fidelit. Dicitur verò ligium, quòd vaſal-

Digitized by Google

lum liget, & obſtringat, domino ſuo adverſus omnes homines: Jacobin. de feudis ſuper verbo, in feudum, in 7. diviſ. num. 19. Vel dicitur ligium ex eo, quòd vaſallus cum omnibus bonis etiam non feudalibus domino ſubjiciatur, quod hujus feudi proprium eſt, Curt. Jun. in 1. parte tracta feuda. quæſtio. 8. num. 26. Ligius enim auctore Krantzio in 4. chronicorum, Italorum verbum eſt, &
23 ſignificat totalem ſubjectionem. Alias vaſallus ligius, homologus appellatur, ut in conſtitution. Friderici, de ducatu Auſtriæ apud Cuſpinianum, & notavit Cujac. in d. c. unic. de prohib. feudi alienatio. per Lothar. & in aliis locis. Feudum non ligium eſt, quando vaſallus jurat fidelitatem domino, alio excepto, ſicuti ex definitione feudi ligii apparet. Quod enim non eſt feudum ligium, id eſt, feudum nec ligium. Hujuſmodi feuda ſunt, omnia feuda quæ tenentur à recognoſcentibus ſuperiorē Imperatorem Romanum vel Regem. Nam ut ſuprà dictum eſt, in omni juramento Imperator nominatim excipi debet, & ſi nominatim non excipiatur, exceptus tamen tacitè intelligitur, ut Dd. tradiderunt, in d. c. Imperialem, de prohib. feudi alien. per Frideric. Ibi Baldus inquit: Imperator eſt princeps mundi & cor-

pora-

poralis mundi Deus, eminetq; ſuper omnes, tanquam ſtella matutina in medio nebulæ meridionalis, quod ipſum ex Baldo refert Laudenſ. in d. c. unic. § fin. de prohib. feudi alien. per Frideric. Bald. conſ. 328. quæritur. ſi Rex Romanorum, in 3. colum. lib. 1. & conſ. 300. ad evidentiam præmitto, lib. ultim. Alexand. conſ. 76. in cauſa. colum. ult. circa med. lib. 2. Cotta in memorabilibus, in verbo, Imperator. Ex his ſequitur, quòd vaſal- 24
lus, qui fidelitatem domino juravit contra quemcunque, contra Imperatorem vel Regem ſuperiorem non recognoſcentem, opem & auxilium domino ferre non tenetur, Bald. in d. c. unic. § præterea ducatus, in ult. colum. verſic. nota quòd omnis, de prohib. feud. alien. per Frider. quod pro ſingulari commendat Andreas Siculus in repetit. Rubricæ, extra de fide inſtrum. colum. 21. verſic. quartò non obſtat, Cotta in verbo, Imperator. Quinimò nec expreſſo pacto vel jurejurando vaſallus ſe ad id adſtringere poteſt, argument. l. non dubium, in fine, C. de ll. quia juramentum juri & moribus eſſet contrarium, ut poſt Baldum Laudenſis notavit, in d. cap. unic. § fin. de prohib. feudi alien. per Frider. Hanneton. libr. 1. feudor. cap. 9. Sic quoque vaſallus non ligius ſive non homo-

logus, domino, contra alium dominum antiquiorem opem ferre non tenetur.c. uni.§ fin. hic finitur lex, deinde incipiunt conſuetud. regni, Roland.a Valle conſ.44.num.23. in 2. volum. quamvis contra fratrem, filium, imò contra patrem, teneatur dominum juvare, d. c. unic. § fin. quod quidem durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt, ut Ulpian. in ſimili loquitur, l. proſpexit, qui & à quibus manumiſſ. liberi non, &c. d. c. unic. § fin. Hic finitur lex, &c.

Octava diviſio.

25 Octava feudorum diviſio hæc eſt: Feudum aliud habet propriam naturam feudi, aliud non habet propriam feudi naturam, toto titu. de feudo non habente propriam feudi naturam, ſeu quod idem eſt, feudũ aliud propriè jure feudi cenſetur, aliud non cenſetur propriè jure feudi.c.unic.§ fin.de his qui feud. dare poſſunt. Feudum habet propriam naturam feudi, quando habet qualitatem feudis naturaliter innatam: contrà quando illa naturalis qualitas in aliquo mutata eſt, tunc dicitur habere feudi naturam impropriam. Natura enim nihil aliud eſt, quam qualitas innata à principio feudis, ut Baldus definit.

Digitized by Google

finit.in prælud.feud. in 4. diviſione, & ſequitur Curt.jun.in 1. parte,feud. quæſtio 6.num. 25. Rebuffus in 7. feudor. diviſio. Sonsbek. in 4. parte. Zaſ. in epito. feudo. parte 2. num. 6. & rurſus parte 12. in princ. Thomas de Marinis titul. 18. de feudo habente propriam feudi naturam. Hæc verò qualitas feudorum, utcunque ex iis, quæ ſuprà c. 1. dicta ſunt, intelligitur, & ex illis definiendum eſt. Primùm feudum emptitium, propriam na- 26
turam feudi non habere, quia non ex mera benevolentia domini proficiſcitur, c. unic. § fin. in quibus cauſis feud. amittatur, nec amore & honore domini acquiritur, ſed interventu pecuniæ, c. unic. de feudo dato in vicem legis commiſſoriæ, atque ita communiter interpretes ſentiunt, Molinæ.in conſuetud. Pariſ. titul. 1. § 30. numer. 100. ibi, quamvis feudum emptitium non ſit ſecundùm propriam naturam feudi, Anton. Gabr. Romanus prolixè libr. 3. concluſ. titu. de feudis, concluſ. 2. numer. 1. Secundò ex defi- 27
nitione feudi concludendum eſt, feudum, propriam feudi naturam non habere, ſi proprietas quoque in vaſallum transferatur, Bald. in l. 1. numer. 13. C. ſi plures una ſentent. Zaſ. in epitom. de feudis, part. 12. numer. 23. Curtius parte 1. quæſt. 6. num. 22. quia in feudo

feudo proprietas apud dantem manere, & uſusfructus duntaxat in accipientem tranſire debet, c. unic. § fin. in quibus cauſis feud.
28 amittatur. Tertiò ex traditis ſup. cap. 1. dicendum eſt, feudum in quo fœminæ ſuccedunt, à propria natura feudi alienum eſſe. Fœminæ enim in feudis non ſuccedunt, niſi in conceſſione feudi convenerit, ut fœminæ quoque admitterentur, c. unic. § hoc autem notandum, de his qui feudum dare poſſunt, & d. c. unic. § fin. ibi, ſi de his nominatim di-
29 ctum ſit, in quib9 cauſis feudum amitt. Quartò ex definitione feudi ſup. c. 1. expoſito apparet, quòd feudum de Camera, de Caneva, Guardiæ, Gaſtaldiæ, & quod datur pro mercede alicujus rei, propriam feudi naturam non habent. Feudum enim ad vaſallum ejusque heredes in perpetuum pertinet, d. c. unic. § fin. in quibus cauſis feud. amittat. Hæc autem feuda, tempore vel morte dantis vel accipientis, finiuntur, c. unic. de feudo Guardiæ vel Gaſtaldiæ, c. unic. § fin. quis dicatur dux, &c. c. unic. § fin. de pignori dato feudo quid juris ſit, Jacob. de Ardiz. in epitome de feudis c. 26. Ferrarien. practicus in forma libelli, ad revocationem feudi ſuper verbis, ac nomine recti & nobilis feudi, num. 8. Jacobin. de Belviſo, in c. 1. & ibi Alvarot.

varot, & Præpoſit. de feudi cognit. niſi nomi-
natim dictum fuerit, ut ad heredes tranſi-
rent, Roland. à Valle conſ. 16. num. 14. in 3.
volum. nec obſtat, quòd feuda de Camera
& de Caneva appellantur recta feuda, in c.
unic. § ſi verò, quid ſit inveſtitu. Id enim
non ideo fit, quòd feuda de Camera & Ca-
neva, communem feudi naturam habent,
ſed quia vaſallus jurat eſſe feuda ſua recta,
hoc eſt, ſe rectè & juſtè feuda illa poſſidere
vel quaſi, cùm dominus feuda eſſe negat &
dicat, vaſallum non rectè & juſtè poſſidere,
Cujacius in c. unic. per quos fiat inveſti. Feu-
dum verò de Camera dicitur, quando domi-
nus ex ærario ſive arca ſua, vaſallo certum
aſſignat ſtipendium. Camera enim ærari-
um ſignificat. Feudum de Caneva eſt, quan-
do dominus ex cellario vaſallo præbet an-
nonas. Caneva quippe idem eſt quod cel-
larium, penuarium, horreum. Hæc feuda di- 30
cuntur quoque feuda ſoldatæ, nihilque feu-
da ſoldatæ à feudis de Camera & de Caneva,
licet interpretibus aliud videatur, diſtant, fi-
niunturque ut diximus, morte dantis vel ac-
cipientis, d. c. unic. § fin. quis dicatur dux,
marchio, comes. Ibi Obertus de Otto inquit:
Soldata eſt præſtatio quædam annua, quæ
neutra parte tranſit in heredem: morte

enim

enim dantis vel accipientis interveniente finitur. Dicuntur ſoldatæ feuda, quia plerunque in ſolidorum donatione conſiſtunt, quandoque etiam in vino & annona, d. c. unic. in fine, quis dicatur dux, marchio, comes. Vel potiùs dicuntur ſoldatæ feuda, ab antiquo vocabulo Germanico, Sold / quod ſtipendium ſignificat, quia feuda de Camera & Caneva ſive ſoldatæ feuda, in ſtipendi-
31 um dantur, pro fide & ſervitiis. Alias feuda ſoldatæ appellantur feuda in curte domini, c.unic.§ penult.quibus modis feud. amitt. & notavit Cujacius in princ. feudo. itemque in c. unic. § fin. de feudi cogniti. quòd conſiſtant in domo domini, id eſt, in ærario & penuario domini. Curtem enim Longobardi domum, caſtrum, palatium vocârunt, ut ſuprà c. 2. expoſitum eſt. Feudum Guardiæ eſt, quando dominus curti ſive domui ſuæ, jure feudi cuſtodem apponit. Guardia cuſtodiam ſignificat. Feudum Gaſtaldiæ ſive Caſtaldiæ dicitur, quando dominus curti & prædiis ſuis actorem præficit. Dicitur Caſtaldia à caſa, quod domunculam ſignificat, & alda, quod ſignificat famulam. Feudum, quod pro mercede alicujus rei datur, eſt feudum quod datur advocatiæ defenſioniſque nomine, Cujacius in c. unic. de his qui feudum dare poſſ.

poſſ. Vel etiã nomine cancellariæ, cum princeps aliquis ſecularis vel Eccleſiaſticus, cancellario ſuo, pro induſtria, labore, opera, conſilio, feudum concedit, Alvarot. c. 1. in princ. num. 11. & ibi Præpoſitus num. 9. de feudo Guardiæ, Zaſius parte 12. num. 9. Hæc etiam feuda, tempore ut dictum eſt, finiuntur, & quidem anno, niſi fortè ad certum tempus fuerunt data. Ideoque liberum eſt domino feudi tranſacto anno, Guardianum, Gaſtaldum & Cancellarium removere, d. c. unico, de feudo Guardiæ & Gaſtaldiæ, d. c. unic. de pigno. dato feudo, &c. Et ad Gaſtaldum nequaquam referenda ſunt illa cautionis verba, ſcripſi me accepiſſe à Publio Mævio, 15. mutuò numerata mihi de domo, quæ in l. lecta, de rebus creditis referuntur, & pecuniam non eſſe ab argentario, ſed privato aliquo, mutuò acceptam oſtendunt, quemadmodum in tit. de pactis expoſui. Quin- 32
tò ex definitione feudi cognoſcitur, quòd feudum francum propriam feudi naturam non habet, cùm in hujuſmodi feudo ſervitia non præſtentur, quæ tamen ex natura feudi præſtanda ſunt. Feudum enim ad hoc datur vaſallo, ut vaſallus & ejus heredes, fideliter domino ſerviant, d. c. unic. § fin. in quibus cauſis feud. amitt. Sextò, feudũ, cujus no- 33
mine

mine vaſallus certam annuam penſionem domino ſolvit, de quo Hartmannus Hartmanni in practic. obſervatio. titu. de feudis, obſervatio. 31. & cujus mentionem fecimus, cap. 3. ſup. propriam feudi naturam non habet, quia in feudis ſervitia præſtantur, non penſiones annuæ, ut ex feudi definitione con-
54 ſtat. Septimò hujus generis eſt feudum, ne vaſallus inveſtituram petere teneatur, Zaſius in tractat. feud. parte ult. num. 38. Denique feudum quod alicui conceditur pro ſe, heredibus, & cui ipſe dederit, propriam feudi naturam non habet. Illud nunc notandum eſt, quòd feudum, propriam naturam feudi non habens, in omnibus, tanquam verum feudum regulatur, illis duntaxat capitibus exceptis, in quibus per pactum expreſſum, vera feudi natura alterata eſt, c. unic. de feudo non habente propriam feud. natu. atque ita generaliter feudiſtæ in prælud. feudorum tradiderunt, Jaſon in conſ. 117. colum. 4. & 5. libr. 4. Franc. Curt. jun. in tract. feud. par. 1. quæſt. 6. Hanneton. libr. 4. feud. c. ult. Zaſ. in epitom. feud. part. 12. Sonsbek. parte 4. & 5. Jul. Clarus in § feudum, quæſt. 16. num. 2. Rolandus à Valle conſ. 2. num. 135. in 1. volum. & conſ. 50. num. 15. in 3. volum. conſ. 1. numer. 12. in 4. volum.

Moli-

Digitized by Google

Iolinæus in conſuetud. Pariſ. titu. 1. § 30. um. 100. circa fin. Diſpoſitio enim limitaa, limitatum producit effectum, l. in agris, c ibi Alberic. de Roſate, de acquir. rerum omin. cum ſimilibus allegatis, per Tiraquel. in tractat. ceſſante cauſa, part. 1. num. 142. cum ſequent. niſi expreſsè vel tacitè de contraria mente contrahentium conſtet, argum. leg. 3. Cod. de libr. præter. Et tantùm de feudorum diviſionibus.

Caput V.

QVI FEVDA DARE QUIVE ACCIPERE poſſunt.

1. *Alii ſunt clerici, alii laici: & hæc vetus Chriſtianorum diſtinctio eſt.*
2. *Clerici qui ſint, & unde nomen habeant, & qui clericorum fuerint ordines.*
3. *Papa, inter clericos primus, unde dictus ſit.*
4. *Pontificis nomen unde deſcendat.*

N 5. *Patri-*

Digitized by Google

5. *Patriarchæ ſunt quatuor.*
6. *Patriarcha differt ab Archiepiſcopo.*
7. *Archiepiſcopi qui ſint & unde dicantur.*
8. *Archiepiſcopi appellantur metropolitani.*
9. *Epiſcopi Latinè dicuntur inſpectores.*
10. *Tituli in feudum dari non poſſunt, & ibi explicatur, quid ſint tituli.*
11. *Presbyteri ſunt qui ſacrorum curationem habent, id quod nomen dignitatis eſt.*
12. *Diaconi qui ſint, & unde dicantur.*
13. *Acoluthi qui ſint.*
14. *Exorciſtæ qui dicantur.*
15. *Vlpianus exorcizare dixit eſſe verbum impoſtorum.*
16. *Lectores, pſalmiſtæ & oſtiarii qui dicantur.*
17. *Decani efferendorum & humandorum mortuorum curam gerebant.*
18. *Parabolani ſunt, qui ad curanda debilium corpora deputantur.*
19. *Monachi non ſunt clerici, & unde dicantur.*
20. *Monachis ſimiles ſunt anachoretæ & heſychaſtæ.*
21. *Abbates qui dicantur.*
22. *Inter laicos Imperator primum locum habet.*
23. *Imperator quis olim fuerit dictus, & quis hodie Imperator dicatur.*

De

24. De Alexandro Imperatore.
25. Imperator dicitur princeps, auguſtus & pater patriæ.
26. Cæſar quis dicatur.
27. Mos creandorum Cæſarum antqiuiſſimus eſt.
28. Nomen Cæſaris unde ſit.
29. Rex à regendo dicitur, quòd ſecundùm juſtitiæ regulam ſubditos regere debeat.
30. Deteſtanda vox Perſicorum Gymnoſophiſtarum & Anaxarchi Abteritis.
31. Duces, comites, marchiones, ſunt capitanei regis.
32. Ducis nomen unde.
33. De nomine marchionis.
34. March: ſignificat quoq; equum militarem.
35. De Marſchalco & comeſtabalo.
36. Comes quis dicatur.
37. Capitanei regis in ſuis territoriis ſunt loco principis.
38. De valvaſoribus majoribus & minoribus.
39. De baronibus.
40. De valvaſinis.
41. Quilibet privatus feudum conferre poteſt.
42. Pupilli, furioſi, prodigi, menti capti & minores viginti quinq; annis, prædia ſua in feudum dare non poſſunt.
43. Antiqui feudi renovationem pupillus & minor abſq; tutoris & curatoris auctoritate faciunt.

Digitized by Google

44. *Omnes, cujuſcunq; ſexus, ætatis, conditionis aut qualitatis ſunt, ſeuda accipere poſſunt.*

45. *Hermaphroditus de ſeudo inveſtiri poteſt, & unde hoc nomen ſit.*

46. *Aetatis quinq; gradus ſunt.*

47. *De ſeudo liber, ſervus, ingenuus & libertinus inveſtiri poſſunt.*

48. *Filius familias de ſeudo inveſtitus patri non acquirit uſumſructum.*

49. *Clericus de ſeudo inveſtiri poteſt, isq; per ſubſtitutum ſerviet.*

50. *Furioſus, demens, cæcus, de ſeudo inveſtiri poſſunt.*

51. *Definitio ſuroris.*

52. *Duo ſunt genera furioſorum.*

53. *Definitio dementiæ.*

SVB hoc capite duo explicabimus. Primùm, qui feuda
1 conferant, deinde qui accipiant. Parum enim eſt ius noſſe, ſi perſonæ, quæ jus conſtituunt, & quarum cauſa conſtitutum eſt, ignorentur, l. 2. de ſtatu homin. § final. de iure natur. gent. & civili, in Inſtitut. Conferunt autem feuda clerici & laici, eaque vetus Chriſtianorum diſtinctio eſt, cap. vnico. in

in princ. de his qui feud. dare poſſ. c. vn. qui ſucceſſ. feud. dar. teneant. c. vnic. qui ſucceſſ. teneantur. Clerici dicuntur omnes, qui divino cultui miniſteria religionis impendunt, l. 3. C. Theodoſ. de epiſc. & cler. vel qui eccleſiæ Chriſti deſerviunt, c. cleros. 21. diſtinct. nomen habent à ſorte, κλῆρος enim ſortem ſignificat, d. c. cleros. Iſiderus lib. 7. etymolo. titu. de clericis, & ita D. Hieronymus in epiſtola ad Nepotia interpretatur. Alii tamen clericos inde dictos putant, quòd in certos ordines, de quib9 poſtea dicem9, diſtributi fuerint, ut mandato ſibi munere rectius fungi poſſent. Sic enim Dionyſio ἀποκληρῶν in ordines ſive decurias diſtribuere, ſignificat. Nonnulli clericos ex eo appellatos putant, quòd ad patrimonium divinum eſſent adſcripti. κληρόνομος quippe heredem ſignificat. Alciatus libro quinto parergon. c. 22. Hinc Zonatas in canone apoſtolorum 54. clericos. τοὺς τῷ θεῷ κεκληρωμένους appellat. Inter clericos verò Papa ſive pontifex Romanus primum locum obtinet. Papa dicitur à papilla, mammarum apice, unde lac extrahitur, quia papæ munus erat, lac verbi divini hominibus præbere, eoſque per prædicationem Evangelii ad Chri

2 (margin, line 3) 3 (margin, line 21)

ſti agnitionem traducere: vel dicitur Papa à Græco nomine πάππος, quod avum ſignificat, atque ita Onuphrio viſum eſt: Non nulli hoc nomen ad brevitatem vitæ, quam Romani pontifices vivunt, detorquent, & deducunt à pappo carduorum flore, qui ſicuti citò diffluit & perit: ita pontifices Romani citò moriuntur: Alij Romanum pontificem patrem patriæ quondam dictum fuiſſe ſuſpicantur, & autumant hoc nomen à Gothis corruptum eſſe, qui ex his dictionibus ſeparatis: Pa: Pa: quibus pater patriæ ſignificabatur, unum nomen fecerunt, Papa: Vel denique papæ nomen eſt ab Hebræo, Abba, quod patrem

4 ſignificat, Corraſ. lib. 5. Miſcell. c. 15. Pontificis nomen Varr. libr. 4. de lingua Latina, à ponte ſublicio faciendo deduxit. Sed ut ibi Varro refert, ICtus Scævola voluit, pontificem eſſe dictum à poſſe & facere, quòd ſacrorum penes pontificem ſumma eſſet poteſtas. Et hæc etymologia verior videtur, eamque probat Sabellicus libr. 3. ex eo, quò nomẽ pontificis temporibus Numæ cœperit, primi Romanæ religionis auctoris, cùm pons ſublicius ab AncoMartio poſtea cœptꝰ ſit ædificari. Papam autẽ feuda conferre, omnibus notiſsimũ eſt, Bald. in c. 1. & ibi Præpoſitus nu. 9. & Matth. de Afflict. num. 6. & 7. de his qui feud.

dan.

Digitized by Google

dar.poſſ.Proximum locum à Papa tenent primates ſive Patriarchæ, quod nomen ipſum indicat. Ἀρχός enim principem ſignificat, Iſidor.lib.7. etymolog. titulo de patriarchis, & titul.de clericis.Et patriarchæ quatuor numerantur: Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus & Hieroſolymitanus, c. renovantes,& c.definiamus 22.diſtinctio. Hi quamvis interdum archiepiſcopi dicuntur: Bald. in d.c. vn. num.2. & ibi Alvarot.num.3. de his qui feud. dar. poſſ.tamen diverſi ſunt ab archiepiſcopis, c. 1. 99. diſtinct. &, ut videtur, primas ſive patriarcha, archiepiſcopus dici poteſt. Non omnes autem archiepiſcopi, primates ſive patriarchæ vocari poſſũt, c. multi archiepiſcopi 99. diſtinct. Ac in eo differt,patriarcha ab archiepiſcopo, quòd archiepiſcopus provinciæ præſidet. Patriarcha non uni provinciæ, ſed multis eſt præfectus, & in archiepiſcopos etiam poteſtatem habet, & inde primas ſive patriarcha dicitur d.c. cleros. 21. diſtinctio. Primates verò ſive patriarchas, feuda conferre poſſe, paſſim à Dd. traditum eſt, quamvis Gerhardus Niger nullam eorum mentionem faciat,in d. c. uni. de his qui feudũ dare poſſũt,propterea,ut Matth de Afflictis ibi inquit, quòd de Patriarcha nulla potuit eſſe dubitatio, ſicuti nec de

N 5 pontifice

7 pontifice Romano. Poſt primates ſive patriarchas, numerantur archiepiſcopi, qui non uni civitati ſed provinciæ, quæ multas civitates complectitur, præſident, ut ſupra dictum eſt. Dicuntur archiepiſcopi, quod epiſcopis majores & ſuperiores ſint, d. c. cleros. 21. di-
8 ſtinct. Appellantur quoque metropolitani, quamvis in d. c. cleros, archiepiſcopi à metropolitanis diſtinguuntur, non à menſura civitatum, quemadmodum Gratian9 voluit, in d. c. cleros. 21. diſtinct. & probavit Iſidor. lib. 7. etymo. tit. de clericis, & Bart. in l. unic. nú. 4. C. de metropo. Bery. libr. 11. ſed quòd in metropoli aliqua, hoc eſt, in matrice civitate, ex qua coloniæ deductæ eſſent, iam olim conſtituti fuerint. Græcè enim non μετρόπολις ſed μητρόπολις dicitur. Poſt archiepiſcopos collocantur epiſcopi, qui uni alicui civitati præſunt, & vicis qui illi civitati ſubſunt. Hoc nomen non tam honoris quàm oneris eſt, ut teſtatur Divus Auguſtin. in c. qui epiſcopatum, 8. quæſt. 1. Vaſ-
9 quius libr. 1. controv. illuſtri. c. 1. num. 26. Latinè epiſcopi inſpectores atque ſpeculatores dicuntur, d. c. clericos. 21. diſtinct. Sic ab Arcadio ICto epiſcopi vocantur, qui pani cæterisque rebus venalibus præſunt, l. munerum, § item epiſcopi, de muneribus & honoribus.

Et de

Et de Epiſcopo qualis eſſe debeat, videatur Iuſtinianus in Novella conſtitut. 6. Ibi inter cætera Iuſtinianus conſtituit, ne epiſcopus ex idiotis eligatur, ne inquit, qui modò idiota ſit, mox clericus appareat, quæ poſtrema verba, vicē proverbii obtinere videntur, quemadmodum & illa apud Vlpianum: Heri ſervus, hodie liber, l. 7. § 2. de iniurijs. Eadem loquendi figura uſus eſt Ariſtophanes, cum ait: ὁ νῦν μὲν οὐδείς, αὔριον δ᾽ ὑπέρμεγας. Et D. Hieronymus ad Oceanum: Heri catechumenus, hodie pontifex: heri in amphyteatro, hodie in eccleſia. Archiepiſcopi autem & epiſcopi non min9 quàm primates feuda dare poſſunt, & illorum meminit Gerhardus Niger, in d. c. uni. in prin. de his qui feud. dare poſſunt. Nec obſtat, c. unicum, Epiſcop. vel Abbat. feudum dare non poſſe. Ibi enim de titulis agitur. Tituli ſunt, quæ ordinato 10 adſcribuntur, ut inde ſe aiat. Et Urbanus pontifex in Synodo quàm Placentiæ, quæ ab amœnitate nomen habet, Gunth.

Cui quia pulchra ſitu placet, inde Placentia nomen.

Jacobus Cujacius in cap. unic. de conſuetudin. recti feudi, habuit, inter cætera cavit, ne ullus clericus ordinaretur ſine titulo, id eſt, non aſſignatis illi certis rebus unde ſe

alere poſſet, c. fin. 70. diſtinct. nullus ſine titulo ordinetur. Hi tituli, ab epiſcopis vel abbatibus in feudum dari non poſſunt. Si dati fuerint, datio non valet ex Urbani decreto, d. c. uni. epiſcopum vel abbatem. Poſt epiſcopos Gratianus, in d. c. cleros. 21. diſtinct. nominat presbyteros, diaconos, ſubdiaconos, acoluthos, exorciſtas, lectores, pſalmiſtas & oſtiarios. Presbyteri ſunt, qui ſacrorum curationem habent. Nuncupantur presbyteri, id eſt, ſeniores, quòd prudentia & gravitate cæteris ſint venerabiliores. Hoc enim nomen non tam ad ætatem, quam ad dignitatem referendum eſt, d. c. cleros. 21. diſtinct. Iſidorus lib. 7. etymo. tit. de clericis. Sic domini feudorum, honoris gratia, ſeniores appellantur in c. unic. quibus modis feudum amit. & in c. uni. apud quem vel quos contro. feud. finiatur, c. Imperialis, de prohibita feudi alienati, per Lotharium. Et presbyteri paſſim epiſcopi nominantur, d. c. cleros. 21. diſtinct. c. legimus, 93. diſtinctio. Ac nomen epiſcopi commune fuit omnibus presbyteris, ſed poſtea placuit unum eligi & conſtitui ex presbyteris, cujus conſilio reliqui omnia gererent & adminiſtrarent, qui ut a cæteris inſigni aliqua propriaque appellatione diſcerni poſſet, epiſcopus eſt dictus, & ex illo tempore

pres-

Digitized by Google

presbyteri, epiſcopi non amplius ſunt nominati, Euſebius libr. 6. c. 33. hiſtor. Eccleſ. & libr. 4. c. 24. hiſtor. triparti. c. olim 95. diſtinctio. Diaconi ſunt miniſtri ſacrarum, 12
quæ in templo peraguntur, functionum. Διακονός enim Græcè, Latinè miniſtrũ ſonat, & διακονεῖν est miniſtrare. Canones eleganter diaconos, oculos epiſcoporum appellant, in c. diaconi Eccleſiæ, & in c. diaconi qui quaſi. 93. diſtinct. & tamen diaconi non ſolius epiſcopi, ſed etiam presbyterorum miniſtri fuerunt, c. diaconi, 93. diſtinctio. Et erant in unaquaque civitate ſeptem diaconi, d. c. diaconi, qui quaſi, cum c. ſequent. 93. dinſtinctio. Hinc Divus Hieronymus eos ſeptem angelos Eccleſiarum nuncupat in c. diaconi ſunt, 93. diſtinct. & alibi ſcribit: diaconos paucitas honorabiles, presbyteros, turba contemptibiles fecit, c. legimus, 39. diſtinct. Aliàs diaconi levitæ dicuntur, d. c. cleros. 21. diſtinctio. propter ſimilitudinem miniſterii. Lege enim Moſaica inſtituti ſunt levitę, ut Aaroni ſacerdoti inſervirent ac miniſtrarent, c. 1. 21. diſtinctio. Subdiaconi ſunt, qui ſubjacent præceptis & officiis diaconorũ, d. c. cleros. 21. diſtinct. & probavit Iſidor. lib. 7. etymolog. c. 12. Cùm enim diaconi ob multitudinem negociorum omnia, quæ ad officium & mini-

miniſterium ſuum ſpectabant, obire & exe-
qui non poſſent, ſubdiaconi conſtituti fue-
13 runt, neceſſitate exigente. Acoluthus comi-
tem ſignificat, ab ἀκολȣθέω, quod eſt
comitor ſive ſequor: comitabantur enim
acoluthi funus, cereos deferentes, quemad-
modum ex Novella. conſtitut. 59. conſtat.
Hinc Iſidorus libr. 7. etymolog. titul. de cle-
ricis, acoluthos, ceroferarios, appellat. Onu-
phrius tamen acoluthos dici exiſtimat ab
α & κωλύω, quod ſignificat prohibeo,
quòd, licet ſacris non immiſcerentur, mini-
mè tamen prohiberentur à ſacris. Sed hoc
probandum, quod probandum non eſt: nec
14 enim acolytus ſcribitur, ſed acoluthus. Exor-
ciſtæ dicebantur, qui à cacodæmone vexatis
manus imponebant, & ſolemnibus quibuſ-
dam imprecationibus & obteſtationibus dæ-
mones, fugabant. Ulpian. in l. 1. § medi-
cos, de variis & extraordinar. cognit. ver-
bum exorcizare, vulgare verbum impoſto-
rum eſſe ſcribit, quòd ipſè Chriſti ſectato-
ribus, qui ſub Claudio Imp. Chriſtiani ſunt
nominati, cùm antea Nazaræi & Galilæi,
itemque ex nomine Domini noſtri Jeſu,
Jeſſæi dicerentur, ut ex Suida & Philone Jo-
hannes Quintinus Hæduus in quinto cano-
ne Gangrenſi, refert, infenſus fuerit. Et au-
ctore

Digitized by Google

ctore Lactantio, Ulpianus collegit omnia reſcripta principum contra Chriſtianos, ut doceret, quibus pœnis affici oporteret eos, qui ſe cultores Dei profiterentur, Lactant. libr. 5. c. 11. Balduinus in commentar. ad edicta veterum princip. Roman. de Chriſtianis. Lectores erant, qui ſacras ſcripturas ex 16
ſuggeſtu in Eccleſia recitabant, c. prælectis, 25. diſtin. Græci ἀναγνώστας appellant, & hoc munere functum fuiſſe in Eccleſia Julianum Imperatorem, Theodoret. libr. 3. ſcribit. Pſalmiſtæ cantores erant, ad eoſque canendi officium ſpectabat, d. c. prælectis, 25. diſtinctio. Oſtiariis, ut nomen ipſum indicat, aperiendi & claudendi templi cura mandabatur, eoſque repellendi & excludendi, quibus ſacra communione interdictum erat, d. cap. perlectis, 25. diſtinctio. Græcè πύλωροι dicuntur à πύλη, quod portam ſignificat. His adjiciunt Imperatores deca- 17
nos & parabolanos. Decanorum meminit Imperator in d. l. non plures, & l. qui ſub prætextu, C. de ſacroſ. Eccleſ. Et erant decani, qui efferendorum & humandorum mortuorum curam gerebant, quemadmodum indicat d. Novell. 59. in qua Juſtinianus decanos κοπιάτας appellat, à labore ſcilicet fune-

Digitized by Google

funcrario: κόπος quippe laborem ſignificat. Parabolanorum fit mentio in l. placet,& in l. parabolanos, C.de epiſcop. & cleric.& ibi Imperator ſimul docet, qui ſint parabolani,nempe illi,qui ad curanda debilium corpora deputantur. Dicuntur parabolani à temeritate, quòd ſint quaſi temerarii, propterea quod in periculis ſæpè non parvis verſantur, frequenti ægrorum contractu: παράβολος enim temerarium ſignificat. Alciatus tamen Parabolanos dictos exiſtimat à παρὰ & βῶλος quod terram ſive glebam ſignificat, propterea, quod parabolanis non licuerit ab ægrotis diſcedere, ſicuti glebæ adſcripti, ab ægrorum cultura re-
19 dere non poterant, lib.4.diſpunct.c.9. De monachis quæritur, utrùm inter clericos ſint numerandi: & quidem ſacratiſſimæ Imperatorum conſtitutiones affirmant, monachos clericos non eſſe, l. generaliter, C. de epiſcop. & cleric. Hinc monachus clerico opponitur, in l. ſi quis presbyter. C. de epiſcopis & clericis, l. addictos, Cod. de epiſcop. audien. Hinc quoque Iuſtinian. ſeparatim de monachis & clericis tract. in Novell. conſtitut. ut ex Novell. 5. & 6. videre licet. Dicuntur monachi, quòd vitæ ſolitariæ dediti ſunt, d.l. ſi quis presbyter, C.de epiſcop, & cleric. &

inde

inde monaſterium, locus in quo monachi degunt. Ac propriè monaſterium virorum eſt, mulierum, aſceterium: d. Novell. 5, circa fin. In d. l. addictos C. de epiſcop. audien. Monachi, ſynoditæ vocãtur, aut ut in C. Theodoſiano ſcriptum eſt, cœnobitæ: Vtroque nomine, vitæ ſocietas ſignificatur: Iſidorus lib. 7. etymolog. tit. de monachis, & inde monaſteria cœnobia appellantur. Monachis ſimiles ſe- 20
rè ſunt anachoretæ & heſychaſtæ, d. Novel. 5. quos aliàs eremitas vocamus, quoſque Ariſtoteles, ut Jacobus Cuiac. refert, in d. Novel. 5. ait: aut beſtias eſſe, aut deos: dicuntur anachoretæ ſive heſychaſtæ quòd ἐν θεωρίᾳ καὶ τελειότητι διαζῶντες βίον ἰδιάζον ἔχοιεν οἰκημάτιον, id eſt, in contemplatione & perfectione vitam agentes proprias habeant domunculas: d. Novell. 5. & ab hominũ conſpectu remoti ſunt: Iſidorus libr. 7. etymologia. titul de monachis. ἀναχωρεῖν eſt ſecedere: & inde etiam eremitæ vocantur. Ἔρημος namque ſolitudinem ſignificat. Licet autem monachi inter clericos non referuntur: tamen ſub epiſcoporum poteſtate ſunt, quemadmodum Iuſtinia. docet in d. Novell. 5. circa fin. Hinc Gerhardus Niger abbates inter clericos numerat, in

d.c.uni.

Digitized by Google

ſti agnitionem traducere: vel dicitur Papa à
Græco nomine πάππος, quod avum
ſignificat,atque ita Onuphrio viſum eſt: Non
nulli hoc nomen ad brevitatem vitæ, quam
Romani pontifices vivunt, detorquent, &
deducunt à pappo carduorum flore,qui ſicuti
citò diffluit & perit: ita pontifices Romani
citò moriuntur: Alij Romanum pontificem
patrem patriæ quondam dictum fuiſſe ſuſpi-
cantur,& autumant hoc nomen à Gothis cor-
ruptum eſſe, qui ex his dictionibus ſeparatis:
Pa:Pa: quibus pater patriæ ſignificabatur, u-
num nomen fecerunt,Papa: Vel denique pa-
pæ nomen eſt ab Hebræo,Abba,quod patrem
4 ſignificat,Corraſ.lib. 5. Miſcell.c. 15. Ponti-
ficis nomen Varr.lib. 4. de lingua Latina, à
ponte ſublicio faciendo deduxit. Sed ut ibi
Varro refert, ICtus Scævola voluit, pontifi-
cem eſſe dictum à poſſe & facere,quòd ſacro-
rum penes pontificem ſumma eſſet poteſtas.
Et hæc etymologia verior videtur, eamque
probat Sabellicus libr. 3. ex eo,quò nomē pon
tificis temporibus Numæ cœperit, primi Ro-
manæ religionis auctoris,cùm pons ſublicius
ab AncoMartio poſtea cœptꝰ ſit ædificari. Pa-
pam autē feuda conferre, omnibus notiſſi-
mū eſt,Bald.in c. 1. & ibi Præpoſitus nu. 9. &
Matth.de Afflict.num. 6.& 7.de his qui feud.
dar.

dar. poſſ. Proximum locum à Papa tenent primates ſive Patriarchæ, quod nomen ipſum indicat. Ἀρχός enim principem ſignificat, Iſidor. lib. 7. etymolog. titulo de patriarchis, & titul. de clericis. Et patriarchæ quatuor numerantur: Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus & Hieroſolymitanus, c. renovantes, & c. definiamus 22. diſtinctio. Hi quamvis interdum archiepiſcopi dicuntur: Bald. in d.c. vn. num. 2. & ibi Alvarot. num. 3. de his qui feud. dar. poſſ. tamen diverſi ſunt ab archiepiſcopis, c. 1. 99. diſtinct. &, ut videtur, primas ſive patriarcha, archiepiſcopus dici poteſt. Non omnes autem archiepiſcopi, primates ſive patriarchæ vocari poſſũt, c. multi archiepiſcopi 99. diſtinct. Ac in eo differt, patriarcha ab archiepiſcopo, quòd archiepiſcopus provinciæ præſidet. Patriarcha non uni provinciæ, ſed multis eſt præfectus, & in archiepiſcopos etiam poteſtatem habet, & inde primas ſive patriarcha dicitur d.c. cleros. 21. diſtinctio. Primates verò ſive patriarchas, feuda conferre poſſe, paſſim à Dd. traditum eſt, quamvis Gerhardus Niger nullam eorum mentionem faciat, in d. c. uni. de his qui feudũ dare poſſũt, propterea, ut Matth. de Afflictis ibi inquit, quòd de Patriarcha nulla potuit eſſe dubitatio, ſicuti nec de 5 6

 pontifice

7 pontifice Romano. Poſt primates ſive patriarchas, numerantur archiepiſcopi, qui non uni civitati ſed provinciæ, quæ multas civitates complectitur, præſident, ut ſupra dictum eſt. Dicuntur archiepiſcopi, quod epiſcopis majores & ſuperiores ſint, d. c. cleros. 21. di-
8 ſtinct. Appellantur quoque metropolitani, quamvis in d. c. cleros, archiepiſcopi à metropolitanis diſtinguuntur, non à menſura civitatum, quemadmodum Gratianꝰ voluit, in d. c. cleros. 21. diſtinct. & probavit Iſidor. lib. 7. etymo. tit. de clericis, & Bart. in l. unic. nû. 4. C. de metropo. Bery. libr. 11. ſed quòd in metropoli aliqua, hoc eſt, in matrice civitate, ex qua coloniæ deductæ eſſent, iam olim conſtituti fuerint. Græcè enim non μετρόπολις ſed μητρόπολις dicitur. Poſt archiepiſcopos collocantur epiſcopi, qui uni alicui civitati præſunt, & vicis qui illi civitati ſubſunt. Hoc nomen non tam honoris quàm oneris eſt, ut teſtatur Divus Auguſtin. in c. qui epiſcopatum, 8. quæſt. 1. Vaſ-
9 quius libr. 1. controv. illuſtri. c. 1. num. 26. Latinè epiſcopi inſpectores atque ſpeculatores dicuntur, d. c. clericos. 21. diſtinct. Sic ab Arcadio ICto epiſcopi vocantur, qui pani cæteriſque rebus venalibus præſunt, l. munerum, § item epiſcopi, de muneribus & honoribus.

Et de

Et de Epiſcopo qualis eſſe debeat, videatur Iuſtinianus in Novella conſtitut. 6. Ibi inter cætera Iuſtinianus conſtituit, ne epiſcopus ex idiotis eligatur, ne inquit, qui modò idiota ſit, mox clericus appareat, quæ poſtrema verba, vicē proverbii obtinere videntur, quemadmodum & illa apud Vlpianum: Heri ſervus, hodie liber, l. 7. § 2. de iniurijs. Eadem loquendi figura uſus eſt Ariſtophanes, cum ait: ὁ νῦν μὲν οὐδείς, αὔριον δ' ὑπὲρ μέγας. Et D. Hieronymus ad Oceanum: Heri catechumenus, hodie pontifex: heri in amphyteatro, hodie in eccleſia. Archiepiſcopi autem & epiſcopi non minꝰ quàm primates feuda dare poſſunt, & illorum meminit Gerhardus Niger, in d. c. uni. in prin. de his qui feud. dare poſſunt. Nec obſtat, c. unicum, Epiſcop. vel Abbat. feudum dare non poſſe. Ibi enim de titulis agitur. Tituli ſunt, quæ ordinato 10
adſcribuntur, ut inde ſe aiat. Et Urbanus pontifex in Synodo quàm Placentiæ, quæ ab amœnitate nomen habet, Gunth.

Cui quia pulchra ſitu placet, inde Placentia nomen.

Jacobus Cujacius in cap. unic. de conſuetudin. recti feudi, habuit, inter cætera cavit, ne ullus clericus ordinaretur ſine titulo, id eſt, non aſſignatis illi certis rebus unde ſe

alere poſſet, c. fin. 70. diſtinct. nullus ſine titulo ordinetur. Hi tituli, ab epiſcopis vel abbatibus in feudum dari non poſſunt. Si dati fuerint, datio non valet ex Urbani decreto, d. c. uni. epiſcopum vel abbatem. Poſt epiſcopos Gratianus, in d. c. cleros. 21. diſtinct. nominat presbyteros, diaconos, ſubdiaconos, acoluthos, exorciſtas, lectores, pſalmiſtas & oſtiarios. Presbyteri ſunt, qui ſacrorum curationem habent. Nuncupantur presbyteri, id eſt, ſeniores, quòd prudentia & gravitate cæteris ſint venerabiliores. Hoc enim nomen non tam ad ætatem, quàm ad dignitatem referendum eſt, d. c. cleros. 21. diſtinct. Iſidorus lib. 7. etymo. tit. de clericis. Sic domini feudorum, honoris gratia, ſeniores appellantur in c. unic. quibus modis feudum amit. & in c. uni. apud quem vel quos contro. feud. finiatur, c. Imperialis, de prohibita feudi alienati, per Lotharium. Et presbyteri paſſim epiſcopi nominantur, d. c. cleros. 21. diſtinct. c. legimus, 93. diſtinctio. Ac nomen epiſcopi commune fuit omnibus presbyteris, ſed poſtea placuit unum eligi & conſtitui ex presbyteris, cujus conſilio reliqui omnia gererent & adminiſtrarent, qui ut à cæteris inſigni aliqua propriaque appellatione diſcerni poſſet, epiſcopus eſt dictus, & ex illo tempore

pres-

presbyteri, epiſcopi non amplius ſunt nominati, Euſebius libr. 6. c. 33. hiſtor. Eccleſ. & libr. 4. c. 24. hiſtor. triparti. c. olim 95. diſtinctio. Diaconi ſunt miniſtri ſacrarum, quæ in templo peraguntur, functionum. 12
Διακονός enim Græcè, Latinè miniſtrũ ſonat, & διακονεῖν eſt miniſtrare. Canones eleganter diaconos, oculos epiſcoporum appellant, in c. diaconi Eccleſiæ, & in c. diaconi qui quaſi. 93. diſtinct. & tamen diaconi non ſolius epiſcopi, ſed etiam presbyterorum miniſtri fuerunt, c. diaconi, 93. diſtinctio. Et erant in unaquaque civitate ſeptem diaconi, d. c. diaconi, qui quaſi, cum c. ſequent. 93. dinſtinctio. Hinc Divus Hieronymus eos ſeptem angelos Eccleſiarum nuncupat in c. diaconi ſunt, 93. diſtinct. & alibi ſcribit: diaconos paucitas honorabiles, presbyteros, turba contemptibiles fecit, c. legimus, 39. diſtinct. Aliàs diaconi levitæ dicuntur, d. c. cleros. 21. diſtinctio. propter ſimilitudinem miniſterii. Lege enim Moſaica inſtituti ſunt levitę, ut Aaroni ſacerdoti inſervirent ac miniſtrarent, c. 1. 21. diſtinctio. Subdiaconi ſunt, qui ſubjacent præceptis & officiis diaconorũ, d. c. cleros. 21. diſtinct. & probavit Iſidor. lib. 7. etymolog. c. 12. Cùm enim diaconi ob multitudinem negociorum omnia, quæ ad officium & mini-

miniſterium ſuum ſpectabant, obire & exequi non poſſent, ſubdiaconi conſtituti fuerunt, neceſſitate exigente. Acoluthus comi-
13 tem ſignificat, ab ἀκολουθέω, quod eſt comitor ſive ſequor: comitabantur enim acoluthi funus, cereos deferentes, quemadmodum ex Novella. conſtitut. 59. conſtat. Hinc Iſidorus libr. 7. etymolog. titul. de clericis, acoluthos, ceroferarios, appellat. Onuphrius tamen acoluthos dici exiſtimat ab α & κωλύω, quod ſignificat prohibeo, quòd, licet ſacris non immiſcerentur, minimè tamen prohiberentur à ſacris. Sed hoc probandum, quod probandum non eſt: nec
14 enim acolytus ſcribitur, ſed acoluthus. Exorciſtæ dicebantur, qui à cacodæmone vexatis manus imponebant, & ſolemnibus quibusdam imprecationibus & obteſtationibus dæmones, fugabant. Ulpian. in l. 1. § medicos, de variis & extraordinar. cognit. verbum exorcizare, vulgare verbum impoſtorum eſſe ſcribit, quòd ipſe Chriſti ſectatoribus, qui ſub Claudio Imp. Chriſtiani ſunt nominati, cùm antea Nazaræi & Galilæi, itemque ex nomine Domini noſtri Jeſu, Jeſſæi dicerentur, ut ex Suida & Philone Johannes Quintinus Hæduus in quinto canone Gangrenſi, refert, infenſus fuerit. Et auctore

ctore Lactantio, Ulpianus collegit omnia reſcripta principum contra Chriſtianos, ut doceret, quibus pœnis affici oporteret eos, qui ſe cultores Dei profiterentur, Lactant. libr. 5. c. 11. Balduinus in commentar. ad edicta veterum princip. Roman. de Chriſtianis. Lectores erant, qui ſacras ſcripturas ex 16
ſuggeſtu in Eccleſia recitabant, c. prælectis, 25. diſtin. Græci ἀναγνώςας appellant, & hoc munere functum fuiſſe in Eccleſia Julianum Imperatorem, Theodoret. libr. 3. ſcribit. Pſalmiſtæ cantores erant, ad eoſque canendi officium ſpectabat, d. c. prælectis, 25. diſtinctio. Oſtiariis, ut nomen ipſum indicat, aperiendi & claudendi templi cura mandabatur, eoſque repellendi & excludendi, quibus ſacra communione interdictum erat, d. cap. perlectis, 25. diſtinctio. Græcè πύλωϱοι dicuntur à πύλη, quod portam ſignificat. His adjiciunt Imperatores deca- 17
nos & parabolanos. Decanorum meminit Imperator in d. l. non plures, & l. qui ſub prætextu, C. de ſacroſ. Eccleſ. Et erant decani, qui efferendorum & humandorum mortuorum curam gerebant, quemadmodum indicat d. Novell. 59. in qua Juſtinianus decanos κοπιάτας appellat, à labore ſcilicet
fune-

inde monaſterium, locus in quo monachi degunt. Ac propriè monaſterium virorum eſt, mulierum, aſceterium: d. Novell. 5. circa fin. In d. l. addictos C. de epiſcop. audien. Monachi, ſynoditæ vocãtur, aut ut in C. Theodoſiano ſcriptum eſt, cœnobitæ: Vtroque nomine, vitæ ſocietas ſignificatur: Iſidorus lib. 7. etymolog. tit. de monachis, & inde monaſteria cœnobia appellantur. Monachis ſimiles ferè ſunt anachoretæ & heſychaſtæ, d. Novel. 20
5. quos alias eremitas vocamus, quoſque Ariſtoteles, ut Jacobus Cuiac. refert, in d. Novel. 5. ait: aut beſtias eſſe, aut deos: dicuntur anachoretæ ſive heſychaſtæ quòd ἐν θεωρίᾳ καὶ τελειότητι διαζῶντες βίον ἰδιάζον ἔχοιεν οἰκημάτιον, id eſt, in contemplatione & perfectione vitam agentes proprias habeant domunculas: d. Novell. 5. & ab hominũ conſpectu remoti ſunt: Iſidorus libr. 7. etymologia. titul de monachis. ἀναχωρεῖν eſt ſecedere: & inde etiam eremitæ vocantur. Ἔρημος namque ſolitudinem ſignificat. Licet autem monachi inter clericos non referuntur: tamen ſub epiſcoporum poteſtate ſunt, quemadmodum Iuſtinia. docet in d. Novell. 5. circa fin. Hinc Gerhardus Niger abbates inter clericos numerat, in

d.c.uni.

d.c.unic,de his qui ſeud.dar. poſſ. & in c.unic. qui ſucceſſio. feuda dare teneantur, & in c.
21 unic. epiſcop. vel abba. Et ſunt abbates, qui monaſteriis præſident, nomen habent ex eo, quòd ſint quaſi patres monachorũ, Juſtin. a. in d. Novel. 5. & in Novel. 123. eos archimandritas appellat, & Epiphanius patres monaſteriorum interpretatur, in initio Panarii. Nonnunquam abbates pro nobilibus accipiuntur. Suidegerus in chronicis Franciæ, abbates, inquit, antiquis hiſtoriis non ſunt monachi vel religioſi, ſed barones magnateſque, quibus abbatias vel monaſteria principes dant ad tempus, vel quoad vixerint, Cujacius in c. 1. de his qui feud. dare poſſunt. Omnes verò clerici qui epiſcopo inferiores ſunt, & de quibus in ſpecie diximus, ſi liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem habeant, bona ſua in feudum dare poſſunt, atque ita generaliter definiendum eſt, per text. in c. unic. de clerico qui inveſtituram facit, Laudenſ. in c. unic. in princ. numer. 80. de
22 his qui feuda dare poſſunt. Et tantum de clericis. Laici dicuntur, quaſi populares, λαὸς enim populum ſignificat Iſidorus lib. 7. etymolog. tit. ult. Et inter Laicos primum locum habet Imperator Romanus, quem dubium non eſt feuda conferre poſ-

ſe,

ſe c. vn. quis dicatur dux, marchio, &c. eaque feuda vel regalia ſũt, vel nõ regalia ut, ſupra c. proximè præcedẽti expoſitũ eſt. Imperator verò olim dicebatur dux belli ſive exercit9, l. 4. de ſtatu hominũ, § ſervi autẽ, Inſtit. de jure perſonar. & ibi Theophilus Imperatores τῶν πολέμων ἡγεμόνας interpretatur. Ictus in l. 5. § interdum, commodati. prætorem vocat: & veteres omnem magiſtratum, cui pareret exercitus, prætorem appellarunt, & tabernaculum eius prætorium. Aſcon. pedian. in Verri. Varro lib. 5. de ling. Latin. Sext. Feſt. lib. 14. Prætorem ex eo, quod præiret jure & exercitu, ut, Varro ait vel ut Theophilus loquitur, παρὰ τὸ προηγεῖσθαι καὶ ἄρχειν In tit. de iure natura. gent. &c. quod Iuſtinia. confirmat, in Novell. 24. & rurſus in Novell. 25. Hodiè Imperatorem eum nominamus, qui Romanis rebus antiſtat, Symmachus lib. 3. epiſto. 43. & ſummus imperii moderator eſt, idem lib. 4. epiſt. 7. qui Romana jura & fata moderatur, Idem lib. 10. epiſt. 47. qui dominus eſt orbis, Idem lib. 3. epiſtola 55. τοῦ κόσμου κύριος, l. ἀξίωσις, ad l. Rhodiam de iactu, in quem Regimenta Reipublicæ perpetua translata ſunt, l. 1. de officio præfecti prætorio. In π. C. et. Inſtitut. 23

ſtitut. imò in hiſce etiam conſuetudinibus feudalibus, Imperator princeps dicitur, tit. de conſtit. princip. in ff. & C. § ſed & quod principi. Inſtit. de jure natu. gent. & civi. c. vn. de feudo marchiæ, ducatus, &c. & c. vni. quis dicatur dux, marchio, &c. Sic, quod dicitur, princeps legib. eſt ſolutus, l. princeps, de ll. de ſolo Imperatore accipiendum eſt, qui ll. eſt ſolutus, id eſt, juris civilis ſolemnibus quemadmodum interpretatur Imp. in l. 3.
24 C. de teſt. Ea lex eſt Imperat. Alexandri, qui Severus dictus eſt, quod ſeverior eſſet, & in milites, ſi quando peccarent, gr. animadverteret, à quibus tandem cum Mammea matre, Maximiniani perfidia, in tentorio trucidatus eſt. Vnde ita Cuſpi.

Raptus Alexander ferro cum matre Severus,
Indignam paſſus ob benefacta necem.
Exegit caſtris vitia, ac documenta Severi
Legibus inſtituit, hæc bona, morte luit.

Fuit Alexander ICtorum amantiſsimus, nec vnquam quicquam ſine 20. iuriſperitis decernere voluit, ut auctor eſt Lamprid. in Alexandro Severo, ac præcipuè Vlpianũ Ictũ, quem egregium legum verticem Modeſtinus & Iuſtinianus nominant, l. 2. final. de excuſat. tuto. §. fina. de æqualitat. dotis, amavit, eumque à militibus ſæpius impetitum, obiectæ

jectæ ſuæ purpuræ defendit, ut idem Lam-
prid. teſtatur, vocat Vlpianum parentem ſu-
ùm, in l. 4. C. de locato & conducto, item a-
micum ſuum in l. 4. C. de contrahen. ſtip. Di-
citur Imp. princeps, quaſi primum caput, ſe- 25
cundùm Iſido. lib. 9. etymo. tit. de regnis &
militiæ vocabulis: vel quaſi primum locum
tenens ſecudùm gloſſam, in c. fundamenta,
§. proinde, de elect. lib. 6. Jacob. de feudis
ſuper verbo princeps, vel quod fortè rectius
eſt, ab eo quod præeſt, & ſic Germanicum
noſtrum Fürſt à vorſtehen nomen habet, &
princeps ſive ein Fürſt iſt/ quaſi ein Fürſteher/
hoc eſt, qui præeſt. Appellatur quoq; Impe-
rator Auguſtus ideo ſecundùm Accurſium,
quem vulgus interpretum ſequitur, quòd
Imperij fines augere debeat: Vel quod recti-
us, eſt quòd ſacer ſit & maieſtatis plenus, Sext.
Feſt. Pomp. lib. 1. Sueto. Tranquil. in Octa-
vio Auguſto c. 7. Iuuenal. à Coſtaforti in tit.
de obligat. nu. 27. Significatur Auguſtus in
inſcriptione Inſtitut. his literis P. P. A. id eſt,
perpetui Auguſti, ut Magno auctor eſt. No-
minatur Imperator & pater patriæ, & ita pri-
mus omnium Cicero dictus eſt coniuratio-
ne Catilinaria detecta & vrbe incendio li-
berata, Iuvenal. Primùm Roma Patrem pa-
triæ Ciceronem libera dixit. Poſtea hoc

cognomen civitas univerſa Auguſto detulit, & cum primùm præ modeſtia id non reciperet, poſtea rurſus per Valerium Meſſalam, cunctis id mandantibus ei delatum eſt: Auguſtus lacrymans reſpondit: Compos factus meorum votorum patres conſcripti, quid habeo aliud Deos immortales precari, quam ut hunc conſenſum veſtrum, ad ultimum finem vitæ mihi perferre liceat? Suet. in Auguſto c. 58. Poſt Auguſtum aliis Impp. idem cognomen paſsim tributum eſt. Quandoque Imperator abſolutè domin9 dicitur, l. 3. de his, quæ in teſt. deferun. l. pen. ad l. Rhod. de iactu, idque nomen primus ſibi vindicavit Caligula diademate, quæ candida erat faſcia, Alexand. ab Alexandro lib. 1. genia. die c. 28. capiti impoſito, ut à Sexo Aurelio traditum eſt. Auguſtus Impetator hoc nomen tanquam inſolens ſemper reiecit. D. Tertulliano teſte, Sueton. Tranquil. in Octavio Auguſto c. 53. Alexand. quoque Sæverus dominũ ſe appellari vetuit.
26 Lampridius in Alexandro. Secundus ab Imperatore eſt Cæſar. Cæſar dicitur qui deſignatus iam eſt Imperator, quique Imperium quidem adminiſtrat, ſed ad Auguſti ſive Imperatoris nutum. Hodiè Cæſarem, Regem Romanum appellamus: Vt Ferdinandus vivente Carolo V. erat Cæſar, Carolus Impe-

Imperator. Sic Maximilianus vivente Ferdinando, erat Cæſar: Ferdinandus Imperator. In Codice in multarum legum inſcriptionibus poſt nomen Imperatoris, interdum ſola litera A. reperitur, nonnunquam etiam litera C. ut in l. 1. C. quibus ex cauſis maio. ita legitur Imperator Antoninus A. In l. in contractibus, C. eodem legitur, Imperatores Diocletianus & Maximianus A.A. & C.C. iisque literis ſignificatur, Antonium Imperatorem ſive Auguſtum fuiſſe, Diocletianum verò & Maximianum fuiſſe ſimul Imperatores & Cæſares. Ac mos creandorum Cæſarum 27
antiquiſsimus eſt, iam inde à temporibus ſecundi Imperatoris Romani Auguſti receptus. Etenim Cajus Octavius Auguſtus, à Iulio Cæſare teſtamento adoptatus & conſors imperii factus, Cuias Iulius Cæſar Octavianus dictus eſt. Dio libr. 45. Anton. Auguſti. libro tertio, emendatio. c. 8. Covarruuias in epitom. de matrimonio, ſecundæ partis c. 8. Inde poſtea alii ad Imperii ſocietatem adſciti, Cæſares ſunt appellati. Nomen ipſum Cæſaris quidam à Cæ- 28
ſarie deducunt, cum qua primꝰ eius nominis natus eſt: Sext. Feſtus lib 3. Spartia. in Aelio Vero. Alii ab elephante, qui lingua Maurorũ cæſa dicitur, quem in prælio occidit, qui primus

miniſterium ſuum ſpectabant, obire & exequi non poſſent, ſubdiaconi conſtituti fue-
13 runt, neceſſitate exigente. Acoluthus comitem ſignificat, ab ἀκολουθέω, quod eſt comitor ſive ſequor: comitabantur enim acoluthi funus, cereos deferentes, quemadmodum ex Novella. conſtitut. 59. conſtat. Hinc Iſidorus libr. 7. etymolog. titul. de clericis, acoluthos, ceroferarios, appellat. Onuphrius tamen acoluthos dici exiſtimat ab α & κωλύω, quod ſignificat prohibeo, quòd, licet ſacris non immiſcerentur, minimè tamen prohiberentur à ſacris. Sed hoc probandum, quod probandum non eſt: nec
14 enim acolytus ſcribitur, ſed acoluthus. Exorciſtæ dicebantur, qui à cacodæmone vexatis manus imponebant, & ſolemnibus quibusdam imprecationibus & obteſtationibus dæmones, fugabant. Ulpian. in l. 1. § medicos, de variis & extraordinar. cognit. verbum exorcizare, vulgare verbum impoſtorum eſſe ſcribit, quòd ipſè Chriſti ſectatoribus, qui ſub Claudio Imp. Chriſtiani ſunt nominati, cùm antea Nazaræi & Galilæi, itemque ex nomine Domini noſtri Jeſu, Jeſſæi dicerentur, ut ex Suida & Philone Johannes Quintinus Hæduus in quinto canone Gangrenſi, refert, infenſus fuerit. Et auctore

ctore Lactantio, Ulpianus collegit omnia reſcripta principum contra Chriſtianos, ut doceret, quibus pœnis affici oporteret eos, qui ſe cultores Dei profiterentur, Lactant. libr. 5. c. 11. Balduinus in commentar. ad edicta veterum princip. Roman. de Chriſtianis. Lectores erant, qui ſacras ſcripturas ex 16
ſuggeſtu in Eccleſia recitabant, c. prælectis, 25. diſtin. Græci ἀναγνώστας appellant, & hoc munere functum fuiſſe in Eccleſia Julianum Imperatorem, Theodoret. libr. 3. ſcribit. Pſalmiſtæ cantores erant, ad eoſque canendi officium ſpectabat, d. c. prælectis, 25. diſtinctio. Oſtiariis, ut nomen ipſum indicat, aperiendi & claudendi templi cura mandabatur, eoſque repellendi & excludendi, quibus ſacra communione interdictum erat, d. cap. perlectis, 25. diſtinctio. Græcè πύλωροι dicuntur à πύλη, quod portam ſignificat. His adjiciunt Imperatores deca- 17
nos & parabolanos. Decanorum meminit Imperator in d. l. non plures, & l. qui ſub prætextu, C. de ſacroſ. Eccleſ. Et erant decani, qui efferendorum & humandorum mortuorum curam gerebant, quemadmodum indicat d. Novell. 59. in qua Juſtinianus decanos κοπιάτας appellat, à labore ſcilicet

fune-

inde monaſterium, locus in quo monachi degunt. Ac propriè monaſterium virorum eſt, mulierum, aſceterium: d. Novell. 5. circa fin. In d. l. addictos C. de epiſcop. audien. Monachi, ſynoditæ vocātur, aut ut in C. Theodoſiano ſcriptum eſt, cœnobitæ: Vtroque nomine, vitæ ſocietas ſignificatur: Iſidorus lib. 7. etymolog. tit. de monachis, & inde monaſteria cœnobia appellantur. Monachis ſimiles ferè ſunt anachoretæ & heſychaſtæ, d. Novel. 20
5. quos aliàs eremitas vocamus, quoſque Ariſtoteles, ut Jacobus Cuiac. refert, in d. Novel. 5. ait: aut beſtias eſſe, aut deos: dicuntur anachoretæ ſive heſychaſtæ quòd ἐν θεωρίᾳ καὶ τελειότητι διαζῶντες βίον ἰδιάζον ἔχοιεν οἰκημάτιον, id eſt, in contemplatione & perfectione vitam agentes proprias habeant domunculas: d. Novell. 5. & ab hominū conſpectu remoti ſunt: Iſidorus libr. 7. etymologia. titul de monachis. ἀναχωρεῖν eſt ſecedere: & inde etiam eremitæ vocantur. Ἔρημος namque ſolitudinem ſignificat. Licet autem monachi inter clericos non referuntur: tamen ſub epiſcoporum poteſtate ſunt, quemadmodum Iuſtinia. docet in d. Novell. 5. circa fin. Hinc Gerhardus Niger abbates inter clericos numerat, in

d.c.uni.

d.c.unic.de his qui feud.dar. poſſ. & in c.unic. qui ſucceſſio. feuda dare teneantur, & in c.
21 unic. epiſcop. vel abba. Et ſunt abbates, qui monaſteriis præſident, nomen habent ex eo, quòd ſint quaſi patres monachorũ, Juſtin. a. in d. Novel. 5. & in Novel. 123. eos archimandritas appellat, & Epiphanius patres monaſteriorum interpretatur, in initio Panarii. Nonnunquam abbates pro nobilibus accipiuntur. Suidegerus in chronicis Franciæ, abbates, inquit, antiquis hiſtoriis non ſunt monachi vel religioſi, ſed barones magnateſque, quibus abbatias vel monaſteria principes dant ad tempus, vel quoad vixerint, Cujacius in c. 1. de his qui feud. dare poſſunt. Omnes verò clerici qui epiſcopo inferiores ſunt, & de quibus in ſpecie diximus, ſi liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem habeant, bona ſua in feudum dare poſſunt, atque ita generaliter definiendum eſt, per text. in c. unic. de clerico qui inveſtituram facit, Laudenſ. in c. unic. in princ. numer. 80. de
22 his qui feuda dare poſſunt. Et tantum de clericis. Laici dicuntur, quaſi populares; λαὸς enim populum ſignificat Iſidorus lib. 7. etymolog. tit. ult. Et inter Laicos primum locum habet Imperator Romanus, quem dubium non eſt feuda conferre poſ-

ſe,

ſe c. vn. quis dicatur dux, marchio, &c. eaque feuda vel regalia ſũt, vel nõ regalia ut, ſupra c. proximè præcedẽti expoſitũ eſt. Imperator verò olim dicebatur dux belli ſive exercit9, l. 4. de ſtatu hominũ, § ſervi autẽ, Inſtit. de jure perſonar. & ibi Theophilus Imperatores τῶν πολέμων ἡγεμόνας interpretatur. Iᴄtus in l. 5. § interdum, commodati. prætorem vocat: & veteres omnem magiſtratum, cui pareret exercitus, prætorem appellárunt, & tabernaculum eius prætorium. Aſcon. pedian. in Verri. Varro lib. 5. de ling. Latin. Sext. Feſt. lib. 14. Prætorem ex eo, quod præiret jure & exercitu, ut, Varro ait vel ut Theophilus loquitur, παρὰ τὸ προηγεῖσθαι τὴν ἀρχήν In tit. de iure natura. gent. &c. quod Iuſtinia. confirmat, in Novell. 24. & rurſus in Novell. 25. Hodiè Imperatorem eum nominamus, qui Romanis rebus antiſtat, Symmachus lib. 3. epiſtó. 43. & ſummus imperii moderator eſt, idem lib. 4. epiſt. 7. qui Romana jura & fata moderatur, Idem lib. 10. epiſt. 47. qui dominus eſt orbis, Idem lib. 3. epiſtola 55. τοῦ κόσμου κύριος, l. ἀξίωσις, ad l. Rhodiam de iactu, in quem Regimenta Reipublicæ perpetua translata ſunt, l. 1. de officio præfecti prætorio. In π. C. et. In- 23

ſtitut. imò in hiſce etiam conſuetudinibus feudalibus, Imperator princeps dicitur, tit. de conſtit. princip. in ff. & C. § ſed & quod principi. Inſtit. de jure natu. gent. & civi. c. vn. de feudo marchiæ, ducatus, &c. & c. vni. quis dicatur dux, marchio, &c. Sic, quod dicitur, princeps legib. eſt ſolutus, l. princeps, de ll. de ſolo Imperatore accipiendum eſt, qui ll. eſt ſolutus, id eſt, juris civilis ſolemnibus quemadmodum interpretatur Imp. in l. 3.
24 C. de teſt. Ea lex eſt Imperat. Alexandri, qui Severus dictus eſt, quod ſeverior eſſet, & in milites, ſi quando peccarent, gr. animadverteret, à quibus tandem cum Mammea matre, Maximiniani perfidia, in tentorio trucidatus eſt. Vnde ita Cuſpi.

Raptus Alexander ferro cum matre Severus,
Indignam paſſus ob benefacta necem.
Exegit caſtris vitia, ac documenta Severi
Legibus inſtituit, hæc bona, morte luit.

Fuit Alexander ICtorum amantiſsimus, nec vnquam quicquam ſine 20. iuriſperitis decernere voluit, ut auctor eſt Lamprid. in Alexandro Severo, ac præcipuè Vlpianũ Ictũ, quem egregium legum verticem Modeſtinus & Iuſtinianus nominant, l. 2. final. de excuſat. tuto. §. fina. de æqualitat. dotis, amavit, eumque à militibus ſæpius impetitum, objectæ

Digitized by Google

jectæ ſuæ purpuræ defendit, ut idem Lamprid. teſtatur, vocat Vlpianum parentem ſuum, in l. 4. C. de locato & conducto, item amicum ſuum in l. 4. C. de contrahen. ſtip. Dicitur Imp. princeps, quaſi primum caput, ſecundùm Iſido. lib. 9. etymo. tit. de regnis & militiæ vocabulis: vel quaſi primum locum tenens ſecudùm gloſſam, in c. fundamenta, §. proinde, de elect. lib. 6. Jacob. de feudis ſuper verbo princeps, vel quod fortè rectius eſt, ab eo quod præeſt, & ſic Germanicum noſtrum Fürſt à vorſtehen nomen habet, & princeps ſive ein Fürſt iſt/ quaſi ein Fürſteher/ hoc eſt, qui præeſt. Appellatur quoq; Imperator Auguſtus ideo ſecundùm Accurſium, quem vulgus interpretum ſequitur, quòd Imperij fines augere debeat: Vel quod rectius, eſt quòd ſacer ſit & maieſtatis plenus, Sext. Feſt. Pomp. lib. 1. Sueto. Tranquil. in Octavio Auguſto c. 7. Iuuenal. à Coſtaforti in tit. de obligat. nu. 27. Significatur Auguſtus in inſcriptione Inſtitut. his literis P. P. A. id eſt, perpetui Auguſti, ut Magno auctor eſt. Nominatur Imperator & pater patriæ, & ita primus omnium Cicero dictus eſt coniuratione Catilinaria detecta & vrbe incendio liberata, Iuvenal. Primùm Roma Patrem patriæ Ciceronem libera dixit. Poſtea hoc 25

Imperator. Sic Maximilianus vivente Ferdinando, erat Cæſar: Ferdinandus Imperator. In Codice in multarum legum inſcriptionibus poſt nomen Imperatoris, interdum ſola litera A. reperitur, nonnunquam etiam litera C. ut in l. 1. C. quibus ex cauſis maio. ita legitur Imperator Antoninus A. In l. in contractibus, C. eodem legitur, Imperatores Diocletianus & Maximianus A.A. & C.C. iisque literis ſignificatur, Antonium Imperatorem ſive Auguſtum fuiſſe, Diocletianum verò & Maximianum fuiſſe ſimul Imperatores & Cæſares. Ac mos creandorum Cæſarum 27
antiquiſsimus eſt, iam inde à temporibus ſecundi Imperatoris Romani Auguſti receptus. Etenim Cajus Octavius Auguſtus, à Iulio Cæſare teſtamento adoptatus & conſors imperii factus, Cuias Iulius Cæſar Octavianus dictus eſt, Dio libr. 45. Anton. Auguſti. libro tertio, emendatio. c. 8. Covarruuias in epitom. de matrimonio, ſecundæ partis c. 8. Inde poſtea alii ad Imperii ſocietatem adſciti, Cæſares ſunt appellati. Nomen ipſum Cæſaris quidam à Cæ- 28
ſarie deducunt, cum qua primꝰ eius nominis natus eſt: Sext. Feſtus lib 3. Spartia. in Aelio Vero. Alii ab elephante, qui lingua Maurorũ cæſa dicitur, quem in prælio occidit, qui pri-
 mus

mus ſic appellatus eſt: Spartia, in Aelio Vero. idque Servius illum Vergilii locum libr. 1. Aneidos ediſſerens:

Naſcetur pulchra Troianus origine Cæſar: comprobat. Nonnulli ex eo, quòd primus eius nominis ſit cæſus ex utero matris. Plinius libr. 7. hiſtor. natura. c. 9. Solin. rerum memorabilium, c. 4. Sic Virgilius libr. 10. ſcribit: Lycham ex utero matris cæſum. Scipio quoque Africanus ex utero matris cæſus eſt, ut Plinius & Solinus in dd. locis referunt. Tiraquel. de iure primogenio. quæſt. 18. Edoardũ quoque, Sextum, Anglorum Regem, ex utero matris cæſum ferunt. Et ll. noſtris cautum eſt, ne mulier prægnans mortua humetur, antequam partus ei exciſus fuerit, qui contrà fecerit, ſpem animantis cum ipſa gravida peremiſſe videtur, l. 2. de mortuo inferendo. Ibi dicitur, id eſſe ex lege regia, cui Gorgias quidam occaſionem præbuiſſe videtur, qui ex defunctæ mulieris utero in ipſo rogo decidiſſe ſcribitur. Valerius Maximus libr. 10. de miraculis. Johannes Crucæus in d. l. 2. de mortuo infer. Et de Cæſare ſive Romanorum rege nulla quoque dubitatio eſſe poteſt, quin feuda conferat. Tertiò feuda confert Rex. Auctores feudorum Imperatorem, regem nominant, quẽadmodum intelligitur ex c. uni §. his enim

non

non cogentibus, ibi, ad Imperatorem, & rurſus ibi, ad regem, ſi de inveſtit. inter domin. & vaſal. lis oriatur. Sed nos hic regem ab Imperatore & Cæſare diſtinguimus. Dicitur 29
Rex à regendo, d.c. cleros. 21. diſtinctio. Iſidor. libr. 9. etymolog. tit. de regnis & militiæ vocabulis: non quòd ex libidine ſua, ſed ſecundùm juſtitiæ regulam ſubditos regere & omnia facere debeat: quod præclarè Antigònus Macedonum rex teſtatus eſt, qui cuidam dicenti, omnia regibus honeſta juſtaque eſſe, ſunt per Jovem, reſpondit, barbarorum duntaxat regibus: At nobis ea duntaxat honeſta ſunt, quæ honeſta ſunt, & ea tantùm juſta, quæ juſta ſunt. Plutarch. in Apoph. lib. 4. Hinc Xenoph. libr. 8. de pædia Cyri, nihil bonum regem a bono paſtore differre tradidit: nam ut paſtor id præſtare debet, ut pecora ſint quam feliciſſima: ita regem itidem decet, urbes atq; homines felices facere & iis uti. Deteſtanda itaq; eſt vox gymnoſophi- 30
ſtarum Perſicorum, qui Camphyſi duas ſorores connubio ſibi devincenti, & gymnoſophiſtas conſulenti, num quandoq; ſororum matrimonia juſta & legitima eſſent, reſponderunt: nunquam quidem ea juſta, & legitima eſſe, ſed alia lege Perſarũ caveri, ut, quicquid principi placeret, legis haberet vigorẽ.

Et non philoſophum, ſed ſceleratiſſimum nebulonem egit Anaxarchus Abderites apud Plutarchum in vita Alexandri, dum Alexandrum mœſtum & lugentem ob Cliti à ſe per calorem iracundiæ interfecti obitum, his verbis ſolatur: Eum ea lege viciſſe, ut imperaret ac dominaretur, non etiam, ut falſa quadam opinione ac perſuaſione animi dejectus, pareret aliis atque ſerviret: Jovi enim Dicen & Themin aſſidere, ut quicquid à principe geſtum fuerit, hoc fas juſtumque eſſe cenſeatur. Græci regem βασιλέα nominant, quòd rex ſit quaſi fulcrum, ſuper quo totus innititur populus. Iſidor. d. libr. 9. etymolog. tit. de regnis & militiæ vocabulis. βάσις fundamentum, & λάος populum ſignificat, ut paulò ante dictũ eſt.

31 Quartò feuda conferunt capitanei regis ſive regni, d. c. unic. § 1. de iis qui feud. dar. poſſ. ut ſunt duces, comites, marchiones. Dux dicitur, qui de ducatu aliquo inveſtitus eſt, c. unic. quis dicatur dux, &c. Prima tamen eaque verior nominis ratio à ducendo exercitu eſſe videtur: Iſidorus libr. 9. etymolog. tit. de regnis & militiæ vocabulis. Zaſius in epito. feud. parte 5. num. 6. Oldendorp. claſſe quinta, de actionib. beneficiariis. Hinc Germa-

Digitized by Google

nicum Hertzog quaſi ein Herr des Zugs / hoc eſt, dominus exercitus. Marchio dicitur 32
qui de marchia inveſtitus eſt, d. c. unic. quis dicatur dux &c. nomen eſt à Germanico March / quod limitem ſignificat: Hinc feldmarch / apud Crantzium in Vanda. lib. 3. cap. 16. Marchiones itaque ſunt præfecti ſive judices limitum, quod evidentius Margravii nomen oſtendit. Gravio quippe ſive gra- 33
phio, ut Paulus Diaconus lib. 5. hiſtoriæ Longobardus author eſt, idem eſt quod judex. Inde Marggravii limitum judices ſive præfecti: Landgravii provinciæ præfecti ſive judices: Pfaltzgravii, palatii præfecti ſive judices: Rheingravii, Rheni præfecti ſive judices: Burggravii, arcis præſidiive præfecti. Veteres Germani & Galli item, March / 34
etiam equum militarem vocarunt, ut apud Beatum Rhenanum libro 2. obſervationum rerum Germanicarum, & legibus Alemannorum titulo octuageſimo videre licet, & inde Alciatus Marchionem præfectum equitum interpretatus eſt, in libr. de ſingu. certam c. 32. quem uſitatè Mareſchalcum appellamus à Schalck / quod ſervum denotat, & March / quod ſignificat equum, vel etiam comeſtablum, quòd comes, hoc eſt, præfectus ſit ſtabuli. Cujacius in c. unic. de his

qui feuda. dar. poſſunt. Marin. Freccia in
Commentar. feudalib. numer. 2. quis dica-
35 tur marchio. Molinæus tamen in conſuetu-
dinib. Pariſ. § 20. numer.2. comeſtablum re-
ctius putat dici conneſtabilem, quòd cune-
us ſit ſtabilis, vel caput cuneiſtabilis, id eſt,
conſtantis & fortis: Idque Marinus Frec-
cia ſequitur in commentar. feudor. libr. 1.
36 de offic. magni comeſtabuli numer. 20. Co-
mes appellatur, qui de comitatu eſt inveſti-
tus d. c. unico, quis dicatur dux,&c. Nomen
hoc eſt à comitando & ſequendo, l. item a-
pud Labeonem §.comitem, de injuriis. quòd
comes dominum ſuum comitari & ſequi te-
neatur. Apud Cornelium Tacitum comi-
tes ſunt vaſalli, ut ſuprà capite ſecundo di-
ctum eſt. Hi omnes capitanei regis à Lon-
gobardis nuncupantur, id eſt, Imperatoris.
Imperatorem enim feudorum auctores re-
37 gem nominant, ut ſuprà monui. Ac ſunt ca-
pitanei regis in ſuis territoriis loco principis
ſive Imp. Romani, & ideo eam poteſtatem,
quam habet Imperator in Imperio, in ſuis
territoriis exercere poſſunt, Roland.à Valle
conſil. 86.num.20.cum ſeq.in 1.volum.Pau-
lus de Caſt. conſ.34. incipiente, ſuper primo
dubio, in 2. parte, ibi docet, quòd duces, co-
mites & ſimiles habentes dominium tem-
pora-

porale perpetuum, habentur loco principis in ſuis territoriis, & ideo poſſunt in ſuis territoriis facere omnia, quæ Imperator in univerſo orbe facere poteſt: ac ut Paulus de Caſtro ſubjicit, poſſunt condere ſtatuta generalia, juri communi derogantia, Alexand. conſ. 1. numer. 29. in 5. volum. Tiberius Decianus reſpon. 10. num. 4. in 1. volum. Cravetta conſil. 135. incipiente, verba decreti principalis, num. 2. Ruinus conſil. 28. incipiente, pro intelligentia dicendorũ, num. 17. in 1. volum. Idem conſil. 48. incipiente, videretur fortaſſis, circa fin. in 4. volum. ibi, dicit, quòd L. benè à Zenone, C. de quadriennii præſcriptione, locum habet in ducibus, marchionibus & comitibus, quia æquiparantur Imperatori & Regibus, Roland. à Valle conſ. 91. num. 17. cum ſeqq. in 2. volum. & conſ. 1. num. 49. cum ſequen. in 3. volu. Cephal. conſ. 58. num. 65. lib. 1. & denique hæc eſt communis DD. ſententia, Laurent. Kirchof. cent. 6. commu. opinio. conclu. 58. quæ tamen magno errore introducta, recepta & approbata eſt, ut Jacobin. de feudis ſuper verbis, & cum piſcationibus, numer. 2. affirmare non dubitavit. Quintò poſſunt feuda conferre 38 valvaſores majores & minores, d. c. unic. de his qui feud. dar. poſſ. de quibus ſuprà
in

in 3. feudo. diviſio. dictum eſt. Dicuntur valvaſores, quòd ad valuas dominorum ſuorum cuſtodiæ & reverentiæ exhibendæ cauſa ſtent, Andr. de Iſern. in d. c. unic. de his qui feud. dar. poſſ. idque Præpoſitus & alii feudiſtæ ibi ſequuntur. Baldus majores val-
39 vaſores barones appellat. Barones dicuntur ἀπὸ τῆς βαρύτητος, hoc eſt, à gravitate: Æguin. Baro. lib. 1. feudo. c. 3. Franciſ. Curt. de feud. in 2. part. quæſt. 1. vel à mole & vaſtitate corporis: βάρος enim pondus ſignificat, & barones gravitate & corporis ſtatura, cæteros ſuperare debent. Sic proceres, de quibus in c. unico, de prohib. feudi alien. per Frider. à proceritate corporis appellati ſunt, qui dignitate excellunt, Marin. Freccia in commen. feuda. lib. 1. c. de origine baronum. Iſidorus lib. 9. etymolog. titu. de civibus. Tentari quoque poſſet barones dictos eſſe à Germanico, Bannier/ quod ſignificat vexillum. Inde Bannerherrn. Hoc nomen, baro, apud Ciceronem reperitur in 2. de divinatione, 2. de finibus, & libr. 9. epiſto. famil. epiſt. ult. ſignificatque hominem ſtolidum & ineptum. Sed Alciatus pro baronibus ibi legendum cenſet veronibus,
40 lib. 5. parerg. c. 16. Sextò feuda conferunt,

quos

quos auctores feudorum valvaſinos appellant. Hi ſunt, qui à minoribus valvaſoribus feuda accipiunt, & aliàs minores valvaſores, c. unic. quis dicatur dux, &c. nonnunquam minimi valvaſores appellantur, cap. unic. an maritus ſuccedat uxo. & c. unic. de feud. datis mini. valvaſo. Denique quilibet pri- 41
vatus, qui liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem habet, bona ſua in feudum dare poteſt, c. unic. § novi, per quos fiat inveſt. ibi Obertus de Orto inquit: Novi feudi inveſtitura rectè fit ab eo, qui legitimè bonorum ſuorum adminiſtrationem habet: & traditum eſt ab Hannetonio lib. 1. feudorum c. 5. Duareno in tractat. feudo. c. 6. Curtio in 2. part. tracta. feuda. quæſtio. 4. Ferrarien. pract. in forma libelli ad revocationem feudi, ſuper verbis, ac nomine recti & nobilis feudi. numer. 15. Ac per illum textum Baldus & Jacobus de Ravenna, in c. unic. § marchio. colum. ultim. verſic. ſed hodie, de his qui feud. dar. poſſ. dicunt, quòd etiam ruſticus poteſt infeudare, modò habeat liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem, idque Alvarot. & præpoſitus in d. § marchio, colum. 2. verſ. nota quod ſecundum iſta jura, & Jacobin. de feudis, ſuper verbis, in feudum, in 8. feudor. diviſione, Laudenſ. in d. c. unic.

Digitized by Google

c.unic.in prin. numer. 28. de his qui feuda dar. poſſ. ſecuti ſunt. Tiraquellus de nobilitate c. 7. numer. 15. Hartman. Hartmanni in pract. obſervat. tit. de feud. obſervat. 6. Schurff. conſ. 63. num. 1. in 2. cent. Quilibet enim in re ſua moderator eſt & arbiter, l. in re mandata, C. mandati, etiamſi rebus ſuis abutatur, l. ſed etſi lege, §. conſuluit, de petit. hered. & juſtum eſt, ſua cuique committere, l. nemo exterus, C. de Judæis. Imò iniquum eſt ingenuis hominibus, non eſſe liberam facultatem diſponendi de rebus ſuis ad arbitrium, l. 2. in fine, ſi quis à parente fuerit manumiſſ. & gravis injuria eſt, quæ inani honeſtatis colore velatur, non relinquere unicuique liberam facultatem diſponendi de rebus ſuis, l.
42 dudum, C. de contrahenda emptione. Loquitur verò Obertus de Orto nominatim de eo, qui bonorum ſuorum adminiſtrationem habet, propterea, ut pupillum, prodigum, furioſum, mente captum excludat, qui domini quidem ſunt rerum ſuarum, ſed propter legis prohibitionem de rebus ſuis diſponere non poſſunt. Quinimò dictis verbis Obertus de Orto etiam minores 25. annis excludit, qui etſi benè rem ſuam gerant: tamen ante 25. annum rerum ſuarum adminiſtrationem non habent, ſed in hanc uſque

æta-

ætatem curatorum auxilio reguntur, l. 1. §. fin. de minorib. 25. annis, ex conſtitutione Divi Marci, ut Capitolinus in Marco auctor eſt, & ideo prædia ſua in feudum dare non poſſunt. Qui enim qualibet ratione aliquid de rebus ſuis impeditur alienare, is nec per feudum poteſt inveſtituram facere, d.c. unico, §. novi.per quos fiat inveſtitura. Non ſolùm autem pupillus, furioſus, prodigus, mente captus & minores 25. annis, per ſe bona ſua allodialia infeudare non poſſunt, ſed nec cum tutoris aut curatoris ſui auctoritate id facere poſſunt. Cùm enim feudum in rebus immobilibus conſiſtat, quemadmodum ſuprà capite 1. expoſitum eſt, & infrà c. ſequenti latius dicetur, & ll. cautum ſit, ne pupillorum vel adultorum prædia ſine decreto judicis, & cauſæ cognitione alienentur, toto titulo, de rebus eorum, qui ſunt ſub tutela in ff tis, & titulo de prædiis, & aliis rebus minorum, ſine decret. non alienand. in C. Menochius eleganter & latè libr. 2. de arbitrar. jud. quæſt. centur. 2. caſu 171. datio quoque in feudum, alienatio ſit, Alvarot. in c. unic. in princ. num. 12. de his qui feud.dare poſſ.quemadmodum de emphyteuſi c.3. ſupr.dictum eſt: neceſſariò ſequitur, etiam tutoris & curatoris auctoritate interv-

veniente, abſque decreto prætoris, pupillorum vel adultorum bona in feudum dari non poſſe. Et hoc de feudo duntaxat novo in-
43 telligi debet, d. c. unic. § novi. Antiqui ſive paterni feudi renovationem pupillus & minor etiam ſine tutoris & curatoris auctoritate & conſenſu rectè faciunt, Bald. Alvarot. Andr. de Iſern. & communiter Dd. in d. c. uni. § novi. Blanch. libr. 1. feud. c. 4. numer. 6. & 7. Jacobin. de feudis ſup. verbis, qui quidem inveſtiti, numer. 48. & 49. Zaſ. in epito. part. 5. numer. 37. Per renovationem enim feudi pupillus & minor nihil alienant, ſed quod à parentibus ipſorum alienatum fuit, approbant, Hanneton. libr. 1. feudor. c. 5. Ferrar. Montan. lib. 2. c. 1. Nec obſtat, quod dicitur, tutoris auctoritatem neceſſariam eſſe, quando pupillus ſuam conditionem non facit meliorem, licet eam non faciat deteriorem, Sonsbekius parte 6. Hic enim pupillus ſuam conditionem non tantùm deteriorem non facit, ſed facit eam quoque meliorem, quia vaſallus à pupillo inveſtitus, præſtat pupillo fidelitatis juramentum, quo conditio ipſius pupilli melioratur. Et hactenus
44 de iis, qui feuda conferunt. Diſpiciamus nunc, qui feuda accipiunt. Ac quidem omnes cujuſcunq; ſexus, ætatis, conditionis aut
qua-

qualitatis ſunt; feuda accipere poſſunt, niſi fortè aliquibus nominatim feudis interdictum ſit: Ita generaliter ab Oberto de Orto definitum eſt in c. vnic. § perſonam, per quos fiat inveſtit. & in c. vnic. § ſi minori, ſi de feudo defuncti conten. ſit inter domin. & agnat. Dico, omnes cuiuſcunque ſexus ſunt: nec enim diſtinguimus inter maſculum & fœminam, quia & fæmina de feudo inveſtiri poteſt, c. uni. de feudo fœminæ, c. uni de eo qui ſibi vel heredibus ſuis maſculis & fœminis inveſtituram accipit, c. vni. §. filia, de ſucceſſione feudi. Et fœminæ in feudis ſuccedunt, ſi de iis inveſtitura nominatim dictum fuerit, ut ſupr. c. 1. expoſitum eſt. Hinc conſequenter ſequitur, Hermaphroditum quoque, qui eius ſexus æſtimatur, qui in eo prævalet, l. quæritur, de ſtatu homin. de feudo inveſtiri poſſe: Nam & Hermaphroditus in feudo ſuccedit, ſi magis in virilem ſexum incaleſcat, Baldus in c. vnic. de alien. feudi pater. & in c. vnic. de alien. feudi, Dd. in l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo, Baldus in l. fin. C. de ſuis & legit. Gigas in tract. de crimine majeſtatis libr. 3. quæſt. 16. Johan. Saiſon. in cõſuetud. Turo. tit. 12. arti. 1. Alvarot. in c. vn. num. 8. an mutus vel aliter imperfect. Hermaphroditus verò dicitur à Mercurio & Ve- 45

nere: ἑρμῆς Mercuriũ, & ἀφροδίτη Venerem ſignificat, quam ſic dictam διὰ τὴν τοῦ ἀφροῦ γένεσιν, hoc eſt, quòd è maris ſpuma nata ſit, Heſiodus in Theogonia, & Plato in Cratylo tradiderunt, licet Ariſtoteles lib. 2. de generat. animalium c. 2. aliter ſentiat, ibi Venerem ἀφροδίτην nuncupari ſcribit, ex eo, quod ſpermatis natura ſit ἀφρώδης, id eſt, ſpumoſa, aliàs Hermaphroditus, Androgynus dicitur, Livius lib. 27. Plinius lib. 7. hiſtor. natu. c. 3. Gellius lib. 9. c. 4. in fi. ab ἀνὴρ, quod virum ſignificat, & γυνὴ, quod ſignificat mulierem, quia Hermaphroditus utrumq; ſexum & virum & mulierem repræſentat. Ovid. lib. 4. Metamorph.

Cujus erat ſpecies in qua materq́; paterq́;
Cognoſci poſſent, nomen quoq́; traxit ab illis.

Hermaphroditũ eleganter Auſonius in 102. epigram: his verbis deſcripſit:

Mercurio genitore ſatus genetrice Cythere,
Nominis ut mixti, ſic corporis Hermaphroditus,
Concretus ſexu, ſed non perfectus utroq́;.

46 Quemadmodum autem in prima feudorum conſtitutione, ratio ſexus nulla habetur: ita nec habetur ratio ætatis, cuius quinque gradus numerantur: pueritia, adoleſcentia, firmata ætas, perfecta ætas & ſenectus, l. unica,

C. The-

C. Theodoſ. de his qui veniã æta. impetrãr. Pueritia alias pupillaris ætas dicitur, eiusq; gradus tres ſunt: Alii enim pupilli infantes dicũtur, alii proximi infantiæ, alii pubertati proximi, §. pupillus, Inſtit. de inutilib. ſtipulatio. Infantes dicuntur uſq; ad annum ſeptimũ, l. 1. de adminiſtratio. tuto. ſi infanti, C. de iure delibe ran. Hinc Græci infantẽ ἑπταετῆ vertũt. proximi infantiæ ſunt, qui egreſsi ſunt infantiã, & linguæ gnari ſunt, rerũ ignari, hoc eſt quod dicitur, eos fari, ſed nõ intelligere quid agant, l. ſervũ pupilli, rẽ pupilli ſalvam fore. Proximi pubertati, qui nondũ ingreſsi ſunt pubertatẽ, ſed propè eam ſunt, ita ut annale duntaxat, vel ſemeſtre tempus reliquum ſit, l. non tãtum, de excuſat. tuto. Menoch. de arbitra. iud. quæſtionib. lib. 2. caſu 57. In pubertate autem maſculorũ definienda, diverſæ ſcholæ auctores, hoc eſt, Caſsiani & Proculiani inter ſe diſſẽſerunt. Nam Caſsiani eos puberes eſſe volebãt, qui habitu corporis puberes eſſe apparerent, hoc eſt, qui poſſẽt generare. Proculiani verò eos, qui 14. annos explevíſſent: Priſcus quidã eos, in quos vtrũque concurreret, & habitus corporis & numerus annorum, Vlpia. in fragm. tt. 11. In pubertate fœminarum, omnes conſenſerunt, fœminam ſcilicet anno 12. puberem eſſe. Cæterum Iuſtinianus hanc

rixam compoſuit & conſtituit, ut maſculi ſint puberes anno 14. Fœminæ anno 12. §. 1. Inſtit. quibus modis tutela finitur, l. final. C. quando tutor. vel curator. eſſe deſinant, quia mutatio ætatis in maſculo regulariter fit per ſeptenarium, in fœmina per ſenarium, ut Clemens Alexandrinus ex Solone notavit in 6. ϛρωματέων. Et à pubertate, id eſt, ab anno 14. vel 12. incipit adoleſcentia, eaque in annum 25. extenditur: Pars ejus eſt plena pubertas, quæ in maſculo incipit anno 18. in fœmina anno 16. §. minorem, Inſtitut. de adoptionibus, l. adrogato, de adoptionibus. Dicitur plena, quòd ſit ea maximè ætate, ut Mæcenas apud Dionem ait: ἥτε τῶν σωμάτων εὐεξία, καὶ ἡ τῶν ψυχῶν ἐπιτηδειότης, id eſt, quòd ea valeant maximè, & ſint habiles tam corpore quàm animo. Firmata ætas incipit ab anno 20. vel 18. eaque ætate ex venia principis ante 25. annum minoribus rerum ſuarum adminiſtratio permittitur, l. 2. Cod. de his qui veniam ætatis impetrârunt: & inde facilè, quare firmata ætas dicatur, apparet. Perfecta ætas, quæ etiã iuventus dicitur, eſt viridis & florens illa ætas ab anno 25. in annũ 46. Gellius lib. 10. c. 28. & iuventutem ſequitur ſenectus, l. nõ aliter, §. vlt. de legat.

gat. 3, Cuiac. in l. 2. de excuſatio. Menoch de arbitr. iud. quæſt. de libr. 2. c. 57. & 59. Ad hos igitur quinque ætatum gradus non reſpicitur, quando de feudo agitur, ſed cuiuſcunque ætatis quis ſit, feudum accipere poteſt. Infans tamen feudum per ſe non accipit. Non enim intelligit, quid loquatur, multò minus, quid agatur. Quinimò infans nõ multùm à furioſo diſtat, ut Imperator Iuſtinianus loquitur in §. ſed quod dicimus, Inſtit. de inutil. ſtipulatio. Et ideo, ſicut furioſus nullum negotium contrahit l. in negotiis contrahen. de regul. iuris. Ita quoque infans per ſe feudũ acquirere non poteſt. Per tutorem ſuum, feudum rectè acquiret. Et quæcunque maior infante per ſe, vel tutore auctore facit, illa tutor infantis per ſe, etiam ſine infante rectè exequitur, Jacob. Cuiacius in l. 1. de verbor. obligat. Maiores autem infante, licet ſint impuberes, & ſoli, & cum tutore feudum accipere poſſunt, idque interpretes notârunt, in d. c. vn. §. ſi minori. ſi de feudo defuncti contentio ſit inter domin. &c. Blanch. lib. 1. feudo. c. 5, Hanneton. libr. 1. c. 6. Sonsbek. part. 9. Zaſ. in epitom. feuda. part. 5. in 2. capite, & rectè. Pupilli enim meliorem ſuam conditionem facere poſſunt ſine tutore, deteriorem non aliter, quam ſi tutoris auctoritas acceſſerit,

ceſſerit,§.2. Inſtit.de aucto. tuto. Et hæc iuris civilis regula dicitur, in l. contra iuris civilis, de pactis. Idemque de puberibus dicendum eſt, qui cum curatoris auctoritate, & ſine auctoritate curatoris, feudum accipiunt. Nec obſtat, quod Sonsbekius obiicit in part 7. non poſſe minores obligari ſine auctoritate curatoris tot. titu. de auctorita. tuto. in inſtit. & ff. Illi enim tituli loquuntur de pupillis qui non obligantur ſine tutoribus. Rurſus non obſtat, quòd minores hereditatem etiam lucroſam non adeunt, §. neque tamen, Inſtiut. de aucto. tuto. Etenim hoc quoque de impuberibus, nō
47 puberib. accipiēdū eſt, ut verba ipſa per ſe ſatis oſtēdūt. Et quamvis pupilli nō obligentur ſine tutore, nec hereditatem adeant, ſine tutoris auctoritate: tamen feudum ſine tutore rectè accipiunt, cum plurimum feudi acquiſitio, ab obligatione & aditione hereditatis diſtet, ſicuti vel ex eo intelligitur, quòd feudum noviter acceptum, facilè refutari poteſt. At qui ſemel obligatus eſt, vel hereditatem adiit, ab obligatione liberari & heres eſſe deſinere, non æquè facile poteſt. Porrò in ſuperiori definitione adjectum quoque eſt, omnes cuiuſcunq; conditionis ſunt, feudum acquirere poſſe. Per conditionem, ſtatum eorum,

rum, qui feuda accipiunt, intelligo. Ac in feudis non attenditur, cuius conditionis ſive ſtatus quis ſit, utrum liber, an ſervus, ingenuus an libertinus. Nam & ſervus de feudo inveſtiri poteſt, non minus quàm liber homo, quemadmodum diſertè traditum eſt ab Oberto de Orto, in d.c.unic.§. perſonam, per quos fiat inveſtit. Hartman. Hartmanni in pract. obſervat. tit. de feudis, obſervat. 1. Et ſi ſervus à domino ſuo inveſtitus fuerit, quamvis domin9 in inveſtitura nullam libertatis mentionem fecerit: tamen ſervus liber erit, ad exemplum eius ſervi quem dominus heredem inſtituit, qui ſimul cum hereditate libertatem conſequitur. §. 1. Inſtitut. de hered.inſtituen. Andr. de Iſern. d. c. uni. §. perſonam, & ibi Jacobus de Belviſo, & Petrus de Raven. per quos fiat inveſtitura, Blanchus lib. 1. feudor.c. 5. Zaſ. in epitom. feud. part. 5. c. 2. Sonsbek. part. 7. num. 21. Et quia ſervus de feudo, ut dictum eſt, inveſtiri poteſt, nulla de filiofamilias, qui melioris conditionis eſt quàm ſervus, dubitatio poteſt eſſe. Inveſtitus vero filiusfamilias, patri ſuo 48
feudum ſive uſumfructum feudi nō acquirit, Andreas de Iſernia in c.vn.num. 13. de his qui feud.dare poſſunt, Præpoſit9 in c.vni.§.ſi duo, de fratribus, de novo benefi. inveſtit. Zaſius

in epitom. part. 5. & hæc eſt communis Dd. opinio. Rolandus à Valle conſ. 71. num. 65. & 66. in 2. volum. à qua tamen poſt Bald. in l. cum oportet, C. de bonis quæ liber. Franciſ. Curt. in 3. part. tract. feud in. 2. membro, tertiæ partis, num. 46. & Sonsbek. de feud. part. 7. Roland. à Valle conſil. 54. num. 28. in 3. volum. recedunt, ſed prior opinio, quam quatuor argumentis Roland. à Valle in d. conſ. 71. munit, mihi verior videtur. Nec obſtat, quòd hac de re ius feudorum nihil conſtituit, quodq; ideo ius commune videatur ſervandum eſſe, c. uni. §. ſtrenuus, de feudi recognit. Iuri ſiquidem communi, quemadmodũ & feudorum conuentio inter dominum & vaſallum præfertur. Conveniſſe autem inter dominum & vaſallum videtur, ut uſusfructꝰ apud filium remaneret, c. vnic. §. fina. ibi, ut ad eum in perpetuum pertineat, in quib. cauſis feud. amitt. atq; ita Baldo, Matthæo de Afflict. & aliis viſum eſt, ut prolixè traditum eſt a Rolando, d. conſ. 71. num. 65. in 2. volum.
49 Hoc amplius clerico feudum conferri poteſt, c. unic. §. fin. de capitu. Conradi. Seyſſel. in Specul. feud. in Rubr. qui feud. accip. poſſ. Zaſ. in epitom. part. 5. num. 71. & 72. Jacob. de Ardizo. in ſumma feud. c. 23. Blanchus lib. 1. feud. c. 5. non ſolùm

ſolùm ab eccleſiaſtico, verùm etiam à laico. Et laicus ſcienter inveſtiens clericum, tacitè id agere videtur, ut inveſtitus per ſubſtitutum ſerviat, Præpoſitus in. c. vnico, §. final. de capitul. Conradi. Andr. de Iſern. & Alvarot. in c. unic. in fine, de feudo fœminæ, Seyſſellus in loco proximè dicto, Hanneto, lib. 1. c. 6. Et quamvis hæc ſententia Johanni Blancho d. libr. 1. c. 5. & Montano lib 2. c. 2. & quibuſdam aliis non placet, propterea, quòd clericus iuriſdictioni laicorum ſe ſubiicit contra diſpoſitionem, c. ſi diligenti, extr. de foro competenti; tamen ab ea diſcedendum non eſt, & clericus laico, ratione feudi ſubiici poteſt, Hartman: Hartmanni in pract. obſerva. titul. de feud. obſervat. 4. ſicuti c. ultim. huius tractatus, latius dicemus. Nec adverſatur quòd clerici feuda habere non poſſunt, c. unico. §. qui clericus, ſi de feudo defuncti contēt. ſit c. unic. in fin. an mutus, vel aliàs imperfectus, c. unico in fin. de feudo fœmi. Illa enim capitula de iis loquuntur, qui, cùm laici eſſent, & feuda haberent, poſtea clerici facti ſunt. Hi feuda amittunt, ut in d. capitulis dicitur, quæ tamen ad cardinales, archiepiſcopos, vel epiſcopos extendenda non ſunt, ut poſt alios conſulendo decidit Cephalus conſil. 1. & 2. lib. 1. Menochius lib. 2. de arbitra.

iud. quæſt. centur. 3. caſu 231. At clericus, à domino feudi, de feudo rectè inveſtitur. Poſtremò non habetur quoq; in feudorum conſtitutione ratio qualitatis. Qualitatem accidentia appello, ut furorem, dementiam, cæcitatem & ſimiles defectus, qui in hominem facilè cadere poſſunt. Hæ qualitates & hi defectus non obſtant, nec impediunt, quò minus quis de feudo ab initio inveſtiri poſſit Andreas de Iſernia Alvarot. Bald Jacob. de Belviſo, Petrus de Ravenna & reliqui feudiſtæ in c. vn. §. mutus, epiſcopum vel abbatem feudum dare non poſſ. Hanneton. lib. 1. c. 6. Zaſius in epitom. feud. part. 5. colum. 2 Sonsbek. par. 7. Ac ſibi imputare debet dominus, qui ſcit defectum in huiuſmodi perſonis, & nihilominus feuda eis confert. Loquor verò de feudi conſtitutione & prima inveſtitione, quæ furioſo, dementi, muto & cæco ex voluntate domini inveſtientis, rectè fit. De ſuccesſione furioſi aut dementis, infrà cap. 7. dicemus. Furor autem, vnde
51 tis, infrà cap. 7. dicemus. Furor autem, vnde furioſi, eſt mentis ad omnia cæcitas, & maius quiddã quàm inſania, & ideo nõ eſt ſcriptum in 12. tabulis, ſi inſanus, ſed ſi furioſus, Cicer. in 3. Tuſcula, quæſtio. ex quo id adducit Nonius Marcellus in libello de proprietate latini ſermonis. Intelligit autem Cicero hanc

hanc legem 12. tabularum: Si furioſus exiſtet aut prodigus, agnatorum, gentiliumque in eo, pecuniaque eius poteſtas eſto. Cornificius in 1. ad Heren. Et ſunt duo genera furioſorum: alii continua mentis alienatione, omni intellectu carent, l. Divus Marcus, de offic. præſidis, qui perpetuò furioſi & perpetuò mente capti dicuntur, l. cum prætor. de iud. l 9. C. de impuberum & aliis ſubſtitut. alii verò intervalla furoris habent, l. ſi cum dotem, §. ſi maritus, ſoluto matrimo. vel intermiſsionem furoris, l. qui teſtament. §. ne furioſus, qui teſtament. facer. poſſ. & intervalla inſaniæ, ut Caius inquit in 2. Inſtitut. titu. 2 Dementia, unde dementes, eſt affectio quædam, lumine mentis carens, cum non integra mens eſt & ſana, tuetur tamen mediocritatem officiorum, & vitæ communem atque uſitatum cultum, Cicer. d. libr. 3. Tuſcula. quæſt. Quod tandem in ſuperiori definitione adjectum eſt, niſi fortè aliquibus nominatim feudis interdictum ſit, hoc ad hæreticos, excommunicatos, bannitos, publico crimine damnatos, natos ex nefariis & inceſtis nuptiis, & ad nonnullos alios, qui feuda accipere non poſſunt, de quibus prolixè tractat Blanchus in epitom. feud. d. libr. 1. c. 5. num. 11. cum ſequentib. uſque ad fin.

52 (margin, beside "ficius in 1. ad Heren.")
53 (margin, beside "titu. 2 Dementia")

Digitized by Google

ſin, referendum eſt. Et tantum de iis, qui feuda conferunt, quivè accipiunt.

CAPVT VI.

DE REBVS QVÆ IN FEVDVM DARI poſſunt.

1. *Feudum non niſi in rebus ſoli, vel ſolo cohærentibus, vel iis, quæ inter immobilia cōnumerantur, conſiſtit.*
2. *Solum, ICtorum verbum eſt, & ſignificat rem immobilem.*
3. *Res ſacræ, religioſæ, publicæ, & quarum alienatio lege, ſtatuto, conſuetudine, vel à teſtatore prohibita eſt, in feudū dari non poſſunt.*
4. *A ſacris dicuntur ſacrilegi.*
5. *Res ſacræ alienari & obligari non poſſunt extra cauſam redemptionis captivorum.*
6. *Res ſacræ alienatæ, profanæ dicuntur, & vnde.*
7. *Religioſum vnde dicatur, & quomodo religioſæ res conſtituantur.*
8. *Quæ res ſint publicæ.*

9. Res

9. Res ſacræ & religioſæ, aliis rebus non ſacris ſive religioſis accedentes, in ſeudum veniunt.

10. Quarum rerum alienatio lege prohibeatur.

11. Quæ dicantur ſolo cohærere.

12. Pecunia à pecude dicitur.

13. Pecunia, quam princeps ex ærario erogat, eſt res immobilis.

14. Pecunia per ſe conſiderata, res mobilis eſt, & ideo pecunia ex ſeudo redacta, non eſt ſeudalis, quamvis convenerit, ut ſeudi naturam haberet: Ex conventione tamen pecunia in emptionem ſeudi convertenda eſt.

15. Penſiones annuæ, quarum dies nondum ceſſit, annumerantur rebus immobilibus, & ideo in iis ſeudum conſiſtit.

16. Actiones ad res immobiles competentes, pertinent ad immobilia.

17. Servitutes inter immobilia numerantur.

18. Res Eccleſiarum diſtinguuntur à rebus ſacris.

19. Res Eccleſiarum in ſeudum dari poſſunt, & novæ quidem cum conſenſu Capituli ſolitæ inſeudari, à ſolo prælato inſeudantur.

20. Pactum, quod prælatus cum capitulo fecit, ſervandum eſt.

21. Poſt decennium dicimus rem cum conſenſu capituli alienatam, ſi de eo dubitetur.

22. Res

27. *Res Eccleſiæ bonis incorporata, non dicitur ſolita infeudari.*

28. *Quando res dicatur incorporata mēſæ ſive bonis Eccleſiæ.*

29. *De honeſtate Eccleſiarum prælati debent infeudare res ad Eccleſiam reverſas.*

30. *Honeſtum ſemper ſpectandum.*

31. *Prælatus Eccleſiæ rem ſolitam in feudum dari extraneis & cognatis infeudare poteſt, non capitulo aut civitati.*

32. *Ratio quare feudum in immobilibus conſiſtat.*

33. *Abuti eſt re uti in alium finem quàm in quem ipſa res comparata eſt.*

34. *Res mobiles ne quidem interveniente cautione in feudum dari poſſunt.*

35. *Re immobili in feudum data, juriſdictio quoque conceſſa videtur.*

NUnc de rebus in quibus feudum conſiſtit,dicendũ eſt. Et quamvis ex definitione feudi ſup.c. 1. expoſita ſatis intelligitur, feudũ propriè nõ niſi in rebus immobilibus conſiſtere :tamen hoc in loco ea de re aliquantò accuratiùs agemus,& explicabimꝰ regulam,quã Obertus de Orto proponit, in c.
1 uni.§.fin.de feudi cognit.Regula talis eſt:Feudum ſive beneficium non niſi in rebus ſoli, vel ſolo cohærẽtibꝰ, vel iis,quæ inter immobilia

bilia connumerantur, conſiſtere poteſt. Hac regula Obertus de Orto tria complectitur, quæ ſeparatim perpendemus & excutiemus. Ac primùm quidem Obertus ait: feudum conſiſtere in rebus ſoli. Solum, teſte Seneca, proprium eſt ICtorum verbum. Nam ita Seneca lib. 2. natura. quæſt. ait. Tertia pars, de agris, terris, ſatis, arbuſtis quærit: & ut ICtorũ verbo utar, de omnibus quæ ſolo continentur. Appellant autẽ ICti res ſoli, res immobiles, quemadmodum ex l. 1. §. 1. de rei vindicat. l. 1. ibi, ſive mobiles ſint ſiue ſoli, de condictio. triticiaria, l. 7. §. 1 de uſufruct. & quemadmodum quisq; utatur, &c. lib. 1. §. hæc ſtipulatio. uſufructuarius quemadmodum caveat, & alijs locis in quib9 res mobiles, rebus ſoli opponuntur, videre licet. Hinc idem Obertus de Orto feudum definivit beneficiũ, quod ita datur alicui, ut proprietas rei immobilis beneficiatæ apud dantem remaneat, &c. in c. uni. §. fi. in quibus cauſis feud. amitt.. Res igitur immobiles in feudum dantur. Et rebus immobilibus, ut puta ædificijs in feudũ datis, ſimul quoq; in feudum veniunt, quæ perpetui uſus cauſa ibi ſunt, l. fundi, §. Labeo, de actio empt. Et caſtro in feudũ conceſſo, Bambardæ, tormẽta bellica & ſimilia, quæ perpetua deſtinatione, ad defendendũ caſtrũ, ibi poſita ſunt, in feudum 2

feudum conceſſa intelliguntur, Bald.in c. vn. §. ſi quis de manſo, n. 4. ne controverſia inveſtituræ, qui titulus alias inſcribitur, ſi de inveſtit. feudi controver. fuer. Idemque dicendum eſt de omnibus, quæ ad inſtructionem fundi feudalis pertinent, ut ſunt equi, boves, vaccæ, oves & ſimilia animalia, quæ ad laborandũ & impinguendum fundum neceſſaria ſunt. Illa omnia in feudum cum caſtro veniunt. Andr. de Iſern. c. unic. §. plauſtrorum, num. 58. ibi Afflict. num. 10. quæ ſint regalia. Sylva quoque in feudum data, arbores in feudũ datæ videntur. Imò ipſum ſolum quoque, quod notandum eſt, argum. eorum, quæ tradit Iaſon in d. l. 1. num. 100. cum ſeq. C. de iure emphyteut. Ideoque arboribus penitus extirpatis, vaſallus ſolum retinet, Bald. d. l. 1. num. 11. C. de iure emphyteut. & Iaſon d. nu. 100. cũ ſequent. quod de domo quoq; in feudum conceſſa videtur dicendũ. Domo quippe igne conſumpta, ſolum nihilominus feudatarii remanet. Ita demum tamen res ſoli
3 ſive immobiles, in feudũ dantur, ſi neque ſacræ fuerint, neque religioſæ, neque publicæ, neq; tales, quarum alienatio lege, ſtatuto, conſuetudine, vel etiam à teſtatore prohibita ſit. Res ſacræ dicuntur, quæ publicæ conſecratæ ſunt, non priuatim, l. 6. §. ſacræ, de rerum di-

uiſio.

ſio. hoc eſt, ut Iuſtinianus declarat, quæ ri-
: Deo per pontifices ſunt conſecratæ, §. ſa-
:æ, Inſtitut. de rerum diviſio. Hæ res, alie-
ari & obligari non poſſunt, excepta cauſa
:demptionis captivorum, quia animæ homi-
ũ quibuslibet rebus pretioſiores ſunt, l. ſan-
.mus; C. de ſacroſ. Eccleſ. Hinc Achatius,
ũm multi Chriſtiani capti eſſent, ſuaſit o-
nnia vaſa ſacra alienari debere, hac uſus rati-
ne, quòd Deus neque vaſis neque poculis
ıdigeret, quia neque biberet neque ederet,
ocrates libro 7. c. 21. ex quo id refert Cuiac.
ı Novella conſtitutio. 7. Ac alienatæ res ſa- 6
cræ, profanæ cognominantur. Profanum e-
im eſt, quod ex religioſo vel ſacro in homi-
um uſum proprietatemque converſum eſt,
Macrobius libr. 3. c. 3. quod & Aggenus Vr-
icus in commentariis ad Iulium Frontinum,
e limitibus agrorum confirmat his verbis:
Profanum eſt, quod cùm ſanctum eſſet, poſt-
a in uſum hominum & extra fanum extra
anctuarium venit. Interdum profanum quo-
que vocatur, cùm quis propria auctoritate
quaſi ſacrum ſibi conſtituit, §. ſacræ res ſunt,
n fin. Inſtitut. de rer. diviſio. inde quod quaſi
rocul à fano & religione ſecretũ ſit, aucto-
e Varrone lib. 4. de lingua Latina. Religio- 7
um auctore Iulio Frontino, dicitur, vel à reli-

Digitized by Google

gando mentes, ne male agant homines, vel à relinquendo. Locus enim, qui privati erat, religioſus factus, relinquitur & nullius eſſe cenſetur, Gellius lib. 4. c. 9. Religioſas autem res, vnuſquiſque ſua voluntate ſibi conſtituit, dũ ſcilicet mortuum infert in ſuum locum, §. religioſum, Inſtit. de rer. diviſ. l. in tantum, §. religioſum, eod. Monumentum igitur per ſe nihil religionis habet, planeq; profani juris eſſe intelligitur, priuſquam in monumentum mortuus illatus fuerit: hinc monumentum & venire & donari poſſe, D. fratres reſcripſerunt, l. 7. de rer. diviſ. l. vel quod paterfam. §. fin. de relig. & ſumpt. funer. Sed & neceſſe eſt, ſepulturæ gratia cadaver inferri, quia, ſi quis eo animo corpus intulerit, quòd cogitaret inde aliò poſtea transferre, magiſq; temporis gratia deponere quàm ibi ſepelire, manebit locus profanus, l. ſi quis, de relig, et ſũpt. Barnabas Briſſonius lib. 2. antiquitat. c. 15.
8 Publicæ res ſunt, quæ in uſu publico habẽtur, ut campus Martius, theatra quæ Caſsiodorus interpretatur viſoria, lib. 4. variar. epiſt. ult. & lib. 5. epiſt. ad Maximum, Alex. ab Alexand. lib. 4. genial. dierum, c. 25. & ſimilia. Hæ igitur res ſacræ, religioſæ aut publicæ, quamvis res ſoli ſive immobiles ſunt, tamen in feudum dari non poſſunt, quia alienari nõ

poſſunt:

oſſunt: & quæcunq; alienari non poſſunt,
feudum quoque concedi non poſſunt, c.
1. c. §. ſed etiam res, per quos fiat inveſtit.
ıne ſi res ſacræ vel religioſæ, alijs rebus nõ 9
cris ſive religioſis in feudum datis acceſſe-
nt, abſque omni dubitatione, & ipſæ res
cræ vel religioſæ in feudum venient: &
ıæ per ſe fieri non poſſunt, in conſequen-
ım alterius rei, cui accedunt, permittun-
r, l. quoties, C. de judic. l. ſi quis nec cau-
m, ſi certum petet. Ceph. conſil. 13. nu.
. libr. 1. & prolixè traditum eſt à Tiraquel-
in tractat. res inter alios actas, mihi folio 8.
am & res mobiles, in conſequentiam rerũ
mobiliũ in feudum veniunt, ut ex ijs, quæ
ra diximus videri licet, et tradidit Iacobus
Belviſo in c. unico, §. ſciendum, de feudi
gnit. & ibi Aluarot. num 6. Matthæus de Af-
t. num. 8. Sic cum fundus venditur, in quo
locus ſacer vel religioſus, locus ipſe ſimul
oque venditus intelligitur, l. hanc legem,
n duab. ll. ſequent. de contrah. empt. Et jus
ronatus, quamvis per ſe vendi non poſsit,
n ſit ſpirituali annexũ, c. de jure patrona-
: tamen in conſequentiam alterius rei cui
edit rectè venditur, c. ex literis, extra
em. Hinc rectè Tyberius Imperator,
a Falanius eques Romanus accuſaretur,

Digitized by Google

quòd cum hortis vendidiſſet ſtatuas Auguſti, quæ rebus ſacris annumerantur, §. fin. Inſtit. de his qui ſui vel alien. iuris ſunt, Barna. Briſſo. lib. 4. antiquitat. c. 11. reſcripſit, nihil eum pœna dignum admiſiſſe, cum ſtatuæ venditionibus hortorum acceſſerint, & per ſe ſolæ venditæ non fuerint, Cornel. Tacitus lib. 1. annal.
10 Diximus in feudum quoque non dari res, quarum alienatio lege prohibita eſt. Lege prohibetur alienatio fundi dotalis, §. 1. Inſtitu. quibus alien. licet vel non, l. vn. C. de rei vxor. acti. Lege, inquam, Iulia, d. §. 1. quibus alien. licet, &c. Et hæc eſt lex Iulia, quam D. Auguſtus de adulterijs coërcendis tulit, Paul. lib. 2. ſentent. tit. 21. Sic prædia minorum, conſtitutionibus Imperialibus ſine decreto alienari prohibentur, tot. titul. de rebus eorum, qui ſub tutela vel cura ſunt, in ff. & tot. tit. de prædiis & aliis reb9 minor. ſine decreto non alienã. in C. Similiter bona adventitia liberorum, in quibus pater vſumfructum habet, alienari non poſſunt, ex Iuſtiniani conſtitutione, l. cum oportet, C. de bonis quæ liberis. Inde ſequitur, hujuſmodi quoque bona in feudum dari non poſſe, d. c. unico, §. ſic etiam res, per quos fiat inveſtitura. Et quemadmodũ quæ lege alienari prohibentur, in feudũ dari non poſſunt: ita non rectè in feudũ dantur;

tur;

ır, quæ ſtatuto vel conſuetudine prohibita
ınt alienari. Nam quæ conſuetudine prohi-
entur, iure civili prohibentur, Baldus in c.
mperialis, de pace Conſtan. & iure commu-
ı, Bald. l. 1. §. quod obſervari, C. de iuramen-
o calumniæ. Deniq; quæ teſtator alienari
rohibuit, in feudum nō poſſunt dari: & vo-
untas teſtatoris pro lege habenda eſt, Novel-
a 22. ibi Iuſtinianus affirmat idipſum ex ll. 12.
abul. deſcendere, in quibus ita cautum fuit:
aterfamilias uti ſuper pecunia tutelave ſuæ
ei legaſsit, ita ius eſto, Vlp. in fragm. titu. 11.
Cornific. libr. 1. ad Herenn. Cic. in 2. de in-
entio. Deinde Obertus de Orto ait, feudum
onſiſtere in rebus ſolo cohærentibus. Cohæ-
ere ſolo dicuntur, quæ ſolo iuncta infixa-
que, & quaſi pars ſunt ſoli, id eſt, feudi vel
ædium: Vt fructus pendentes ſolo cohærent,
& ſunt pars fundi, l. fructus pendentes: de rei
vindicatio. quemadmodum eleganter expli-
cat Didac. Covarr. libr. 1. variarum reſolut. c.
15. in princ. &. ideo de his iudicandum eſt, ut
de feudo, cum quæritur an cedant mobilibus
vel immobilibus, Bald. in c. vnic. in prin. nu.
24. verſ. quæro quid de fructibus, de pace
tenenda. Hinc Matthæus de Afflictis in con-
ſtitut. Siciliæ libr. 2. incipiente, grandis, colu.
3. in 4. notab. ſcribit. in confiſcatione bono-

Digitized by Google

rum mobilium nõ venire fructus pendentes, cùm ſint pars ſoli. Hoc ipſum voluit idem Matthæus de Afflict. in conſtit. incipiente, ſi quando aliquam, in 9. notab. Hinc quoque traditum eſt, quod qui partem in fructibus habet, habet etiam partem in fundo, & ideo poteſt prohibere dominum, ne fructus ſe inſcio colligat, Speculator in tit. de decimis, §. 1. colu. vlt. verſic. vlt. quæritur, Johan. Andreæ in c. ex parte, & ibi quoque Panormit. extr. eodẽ. Hinc denique eſt, quòd in fructib9 pendentibus feudum poteſt conſtitui, gl. in c. unic. §. ſciendum, in verbo cohærentibus de feudi cognit. eamque gloſſam ibi Alvarot. Laudẽſ. & Præpoſit. ſequũtur, Zaſ. in epit. feud part. 4. vbi dicit, ita cõmuniter teneri, quamvis Seyſſel. in Specu. feudo. in Rubr. quæ res in feud. dari poſſ. id nõ probet. Sic Granaria, quorũ ſtipites in terra ſunt defoſsi, pars ſunt ædiũ, l. granaria. de actio. empti, illorumque exemplo dicere poſſumus, molendina quoq; ſolo cohærere, & inter res immobiles referri, ac idcircò in feudũ dari poſſe, Jacobin. de feud. ſup. verbis, & cũ molendinis, nu. 2. Franc. Curt. de feud. in 6. quæſt. 1. partis, n. 11. Beuſtius in l. admonẽdi, n. 957. circa fin. de iureiuran. quod tamẽ ad molẽdina in aquis natantia referendũ nõ eſt: nã huiuſmodi molẽdina, quia ſolo nõ

coha-

cohærent, pro mobilibus habentur: Ripa in .quo minus, de flumin. Tiraquel. de utroq; etractu, in verbis, aut aliis rebus, §.1.gl.7. num.92.verſ. idemq; eadē ratione potes dice e de molendinis. Idemq; de molendinis à vē is agitatis ſentiendū eſt, argum. l. Titius hor. eum, de acq. rer. dom. Beuſtius in loco ſuprà licto. Cohærent hoc amplius ſolo ſervitu es, tam vrbanæ quàm ruſticæ, vectigalia, iu iſdictiones & ſimilia. In his igitur omnibus eudum conſiſtit, eaque etiam absq; ſolo in eudum dari poſſunt, Baldus in c. vnico, §. ſci ndum, de feud. cognitione, & ibi latius Matthæus de Afflict. nu. 3. Denique feudum ecundùm Obertum de Orto conſiſtit in reb9, uæ inter immobilia numerantur, d.c. vnico, .fina. de feudi cogniti. Huius generis res cō lures ſunt. Obertus de Orto primùm nomi at pecuniā. Pecunia à pecude dicta eſt, prop erea quòd Servius rex Romanorū æs prim9 gnavit nota pecudum, Plinius libro 33.c.3.& bro 18.cap.3. ad imitationē Theſei Atheni nſium regis, qui nummū ſtatuit figura bovis, : Plutarchus in Theſeo auctor eſt. Sic quod Homerus libro.7. Iliad ad finem ſcribit: Græ os emiſſe vinū pellibus aut bobus. Iulius Pol x libr.9.c.6. ita interpretatur, ut per boves, illis locis intelligat nummos, in quibus 12

effigies bovis impreſſa erat: hincque arbitratur ortum vetus Athenienſium adagium βοῦς ἐπὶ γλώττης, hoc eſt, bos in lingua, quod de his dicebatur, auctore Suida, qui loqui liberè non audebant, metu multæ deterriti, quam pendere eos oportebat, qui paulò liberiùs loquerentur. Hinc quoque nummus à νόμῳ, hoc eſt à lege, nomen accepit, ut Ariſtotel. libr. 5. ethicor. c. 5. auctor eſt, & meminit Zaſius conſil. 16. num. 25. quia non à natura, ſed à lege nummus ortus eſt, ut Ariſtot. in d. loco tradidit. Sic lege Clodia victoriatus nummus impreſſus eſt, Barnab. Briſſo. libr. 1. antiquita. c. 8. Tiraquel de utroque retract. §. 30. glo. 1. num. 21. cum ſequent. Pecunia igitur inter immobilia nume-
83 ratur. Pecunia, inquam, quam princeps ex ſuo ærario annuatim feudi nomine alicui cõfert, quod feudum de Camera dicitur. Sic Pecunia nummulario data, in feudum concedi poteſt, ita ut dominus proprietatem retineat, vaſallus reditus percipiat, Matth. de Afflict. in c. vn. num. 7. ſi de feudo vaſallus ab aliquo interpella. Deinde Obertus inter immobilia refert vinum, oleum, frumentum, hordeum, avenam & ſimiles res, quæ ex penuario horreo vel cellario domini depromuntur, & annuatim feudi nomine alicui dãtur, quod feudum

dum de Caneva nominatur, ut dictum eſt c. 4. ſup. Et quidem pecunia, vinum item, oleum, frumentum, &c. ratione ærarij, horrei vel penuarij, aut ſummæ capitalis, quæ apud nummularium eſt, inter immobilia connumerantur. Alias autem per ſe huiuſmodi res 14
conſideratæ, verè mobiles ſunt, & de pecunia id traditum eſt à Cyno, Baldo, Alberico de Roſat. in l. ea demum, C. de collatio. & apertè probat textus in §. & quia parum. in authē. de nuptiis, ubi, poſtquam Imperator diſpoſuit de rebus immobilibus, ſubjũxit hæc verba: Si verò univerſa conſtituta eſt forte in pecuniis, aut aliis mobilibus rebus: & eſt ſimilis textus in authen. hoc niſi, in pri. ibi, in pecunia vel alia re mobili, C. de ſoluti. Hinc in pecunia per ſe conſiderata feudum conſtitui nõ poteſt, Bald. in c. vnic colum. 2. in verbo, vel nummos, ſi de feudo vaſal. ab aliquo interpellat. fuer. & ibi Alvarott, & Præpoſitus, ſed dominus, qui pecuniam in feudum alicui cõceſsit, recepto juramento fidelitatis, poteſt pecuniam repetere per condictionem ſine cauſa, Dd. in d. c. unic. ſi de feud. vaſallus ab aliquo interpel. fue. Niſi ſciens feudum in pecúnia conſiſtere non poſſe, pecuniam in feudum dedit. Tunc enim pecuniam donaſſe videtur Iſern. & Dd. in d. c. vnic. ſi de feudo va-

ſall. Sed & ſi vaſallus ſervitia & fidelitatē exhibere vult, dominus pecuniam repetere non poteſt, Iſern. d.c.vnic.num.3. Alvarot. nu. 6. Præpoſit.num.2. Afflict.nu. 34. ſi de. feud. vaſallus, & c. Hoc amplius pecunia ex feudo redacta, nõ habet feudi naturā, c. vn. §. ſi vaſallus de benefi. ſi de feudo defuncti conten. ſit. &c. Imò ſi inter agnatos vel fratres cõvenerit, ut pecunia ex feudo redacta, aſſumeret naturā feudi, utque ſoli maſculi in ea ſuccederent, cõventio quamvis jurata, nullius erit momēti, Andr. de Iſern. Præpoſit. Matth. de Afflict. in d. c. vnic. ſi de feudo vaſallus ab aliquo interpell. fue. Schurff. conſ. 11. in 1. centu. quanquam aliud videtur dicendum, ſi fratres vel agnati inter ſe convenerint, ut pecunia ex feudo redacta, coverteretur in emptionem feudi. Hæc conventio valet ſecundùm ea quæ Baldus & Matthæ. de Afflict. in d. c. vnico, ſi de feudo vaſallus ab aliquo interpellat. fuer, tradiderunt. Et ideo, ſi vaſallus moriatur antequam feudum emat, pecunia quidem iure ſuceſsionis ad filias devoluitur: cæterùm filiæ heredes, à fratribus & agnatis defuncti cogi poterunt, ut tantum pecuniæ in emptionem bonorum feudalium convertant, & filiæ cum ſint heredes patris, promiſſa defuncti parentis ſervare tenētur: l.

cum

Digitized by Google

eum à matre, C. de rei vindicat. atque ita aliquoties pronuntiatum in conſiſtoriis ſcio, iis, quæ contrarium adducuntur à Tilemanno Brandes in conſil. 83. inter conſilia Henningi Goden non obſtantibus. Superioribus rebus, quæ inter immobiles connumerantur, annui reditus addendi ſunt. Penſiones annuæ redi- 15
tus dicuntur, ex eo, quod ſingulis annis reditus ipſi redeant, quemadmodum ex his Martialis verſibus intelligitur.

Cùm ſibi redire de patruelibus fundis
Ducenta, clamat coccinatus Euclydes.

Alii reditus à reddendo dictos volunt: & hanc etymologiam probat Corneus conſil. 289. videtur in hac colum. 2. verſic. & licet in ſtricta. lib. 1. Bartol. in l. filio, de liber. & poſtum. reditum dici putat, quaſi retro datum, quod longius eſt petitum. Reditus autem annui, naturam immobilium rerum ſequuntur, l. vltim. §. præterea, C. de iure dotium, & ſic cõmuniter Dd. ſentiunt, per legem, ſi quis inquilinos, de legat 1. l. iubemus nulli, in princip. & ibi gloſſ. in verbo annonas, C. de ſacroſanct. Eccl. Tyberius Decianus reſpon. 2. n. 69. in 2. volũ. Tiraquel de utroque retractu, §. 1. gl. 6. Anton. Gabr. Roman. libr. 6. commun. concluſio. tit. de verbo. ſignificat. concl. 8. Andreas Geil. in pract. obſervatio. libr. 2. obſer-

obſeruat. 10. Venent. de annua præſtatione, quæſtio. 39. Paris de Puteo, de redintegrat. feudor. c. 309. n. 2. quod tamen de annuis reditibus, quorum dies nondum ceſſit, & pro quibus exigendis actio nondum competit, intelligendum eſt, aliàs ſecus eſt, Tiraquellus in loco proximè dicto. Hinc traditum eſt, annuos reditus à ſatisdatione excuſare, non ſecus atque poſſeſsio immobilium, Cynus in l. ſciendum, in pr. & ibi Bart. colum. ult. verſ. quæro quid ſit iſte, & ibi quoque Bald. qui ſatisdare cogantur. Hinc quoque Dd. volunt, annuos reditus minorum ſine decreto non poſſe alienari, Bald. in d. l. jubemus nulli, C. de SS. Eccleſ. Andreas Geil in loco proximè dicto, Roland. à Valle conſil. 54. num. 28. in 2. volum. Hinc denique eſt, quòd feudum in annuis reditibus conſiſtit, Matthæus de Afflict. in c. unico, §. ſciendum, nume. 5. de feud. cognitio. &, ibi Præpoſitus numer 4. Laudenſ. in c. unico in princip. num. 12. de his qui feud dare poſſ. Roland. à Valle conſil. 66. num. 33. in 1 volum. & conſ 1. nu. 131. in 3. volum. Non ſolum tunc, cùm reditus illi ſuper rebus immobilibus, conſtituti ſunt, & ex ijs ſoluuntur: verùm etiam cum annui reditus conſtituti ſunt ſuper re aliqua mobili, ut pecunia, & ex ea ſoluendi ſunt, And. de Iſern.
in

in c. vn. num. 2. ſi de feudo vaſallus ab aliquo interpellat. fuer. Hanneto. lib. 1. feud. c. 4. Monta. lib. 2. feud. c. 3. Si modò ſint annui reditus perpetui, vel tales, qui longo tempore ſint duraturi, ſi præſtentur ex re, modico tempore duratura. Tunc inter res immobiles non referuntur, Menoch. de arbitra. jud quæſtio. lib. 2. cent. 3. caſu. 233. Bald. in c. un. § ſciendum, nũ 4 de feud cognitio Bald. l. hæc edicta, §. his illud, C. de ſecundis nuptijs. Ideoque in feudum quoque concedi non poſſunt. Hoc amplius inter immobilia connumerantur actiones quoque ad res immobiles competentes. Nam & eæ cenſentur immobiles, quemadmodum è contrario, quæ ad res mobiles competunt, mobiles habentur, gl. & Dd. in l. 1. C. ſi adverſus tranſact. Bart. in l. poteſt, de ducto. tut. Bald. in l. jubemus nulli, in pr. C. de ſacroſ. Eccl. & in l. ita demum, in fi. C. de collat. & in c. un. §. fin. de feudi cognit. Matth. de Afflict. in conſtit. Neapol. Rub. 5. contra quem de reſtitut. agatur, nu. 50. lib. . Et ideo traditum eſt, actiones competentes minoribus, ad rem immobilem, ſine decreto alienari nõ poſſe, ad rem mobilem poſſe, gl. & DD. in d. l. 1. C. ſi adverſus tranſactio. Bart. in l. ſi ad reſoluendam, & ibi Baldus quoq; C. de prædijs minor. Tiraq. de utroque 16

que retractu, §. 1. gl. 7. n. 12. & multis ſeqq. Anton. Gabr. Roman. lib. 6. commun. concluſ. tit. de verbor. ſignific. concluſ. 7. Et hanc ſententiam, quod actiones ad res immobiles competentes, pro rebus immobilibus habeantur, Camera Imperialis probavit, Andr. Geill in pract. obſervat. lib. 2. obſervat. 11. Ideoq; actiones ad res immobiles cõpetentes, in feudum concedi poſſunt, Bald. Aluarot. Præpoſit. Afflict. d. c. unic. §. ſciendum, de feudi cognit. Denique ſervitutes,
17 quia immobilibus adhærent inter immobilia computantur, gl. in l. 1. in verbo, intelliguntur, C. de vſucapionibus transform. Alexand. conſ. 211. incipiente, ponderatis verbis ſtatuti, num. 5. in 6. volum. And. Geill in pract. obſervat. lib. 2. d. obſervat. 11. Roland. à valle conſ. 1. num. 128. cum ſequent. in 3. volu. At commodè nunc quæritur, utrùm, quæ de rebus immobilib9, in quibus ſolis feudum conſiſtit, dicta ſunt, locum etiam habe-
18 ant in rebus immobilibus Eccleſiarum. Res Eccleſiarum diſtinguimus à rebus ſacris, de quibus ſuprà dictum eſt. Et quamvis Leo & Antheminus Impp. res eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſub quacũque alienationis ſpecie, etiam clericis omnibus conſentientibus, alienari prohibuerunt, l. iubemus nulli, C. de SS.

Eccl.

ccl. Idque Iuſtinianus ad omnes Eccleſias,
d omnia monaſteria & xenodochia poſtea
ertraxit, in Novella conſtitutio 7. tamen iure
inonico, & conſuetudinario, res Eccleſia-
ım in feudum dari poſſunt, c. ad noſtram,
: rebus Eccleſ. non alien. c. vn. de his qui
ud. dare poſſ. & c. vni. epiſcop. vel abbat.
ıd. Sicuti & iure civili, res Eccleſiarum in
nphyteuſin dantur, ut ſuprà expoſitum eſt. 19
quidem res Eccleſiarum de novo in feudũ
nceduntur cum conſenſu prælati & capi-
i, c. ſine exceptione 12. quæſt. 2. c. & 2. de
. Eccleſiæ non alienan. libr. 6. habito ſu-
ea re ſolemni & diligenti tractatu, d. c. ſi-
exceptione, 12. quæſt. 2. & d. c. 1. de reb. Ec-
ſ. non alien. in 6. Roland. à Valle conſil.
ıum. 10. & conſil. 33. num. 12. in 1. volu.
rarienſis practicus, in forma libelli in acti-
Reali ſuper verbis veris & legitimis ti-
, num. 69. Nec de eo ambigendum eſt,
ı res Eccleſiarum ex cauſis, quarum me-
it gloſſ. in c. 1. 12. quæſtio. 3. alienentur:
varru. libr. 2. variarum reſolutio. c. 17.
es ſolitæ & cõſuetæ infeudari, à ſolo præ-
in feudũ dari nõ poſſunt, Baldus in d. c.
num. 3. & ibi quoque Iaſon num. 7. verſic
item prælatus ſolus, de his qui feud. dare
nt, Laudenſis in c. unico, numero 17.

qui

qui ſucceſſo, feuda dare teneantur, Alciatus in c. non licet, num. 22. verſic. tertiò limitat. de reb. Eccleſ. non alienan. Hanneton. lib. 1. feudor. c. 5. Duarenus in tractat. de feud. c. 6. nu. 4. Franciſ. Curt. in 2. parte tracta. feuda. quæſtio. 2. & hæc eſt communis Dd. concluſio, Seyſſellus in Specul. de his qui feud. dare poſſunt, quæ de conſuetudine ſervatur; Zaſius in epito. feud. parte 5. num. 47. verſic. ſecunda concluſio; etiam tunc, quando prælatus Eccleſiæ iuravit de novo non infeudare. Nam huiuſmodi iuramento non obſtante; poteſt prælatus rem ad Eccleſiam reverſam, alteri rurſus concedere, c. 2. extra de feudis; Schurff, conſil. 45. num. 7. in 1. cent. Et hæc etiam in decimis ad Eccleſiam reverſis, procedunt: etenim prælati Eccleſiarum decimas, ante concilium Lateranenſe habitum, Anno 1179. Cardi. in c. cum Apoſtolica; colum. pen. de iis quæ fiunt à prælat. Decian. reſponſ. 22. num. 30. in 1. vol. in feudum datas, & ad eccleſiam reverſas, ex magis communi doctorũ ſententia, rurſus infeudare poſſunt, Covarr. lib. 1. variar. reſolut. c. 17. Alvarot. in c. vn. de his qui feud. dar. poſſ. Infeudatio quippe rerum quæ ſolitæ ſunt infeudari, non eſt nova infeudatio, ſed veteris continuatio; Roland. à Valle conſ. 1. nu. 83. in 1. volum.

Si ta-

Si tamen prælatus Eccleſiæ pactum feciſſet 20
cum capitulo, quod feuda ad Eccleſiam reverſa abſq; conſenſu, vel conſilio capituli infeudari nollet, hujuſmodi pactum dubio procul ſervandum eſſet: quia nihil magis congruum eſt fidei humanæ, quàm ea ſervare, quæ placuerunt, l. 1. de pact. l. non minorem, C. de tranſact. & grave eſt fidem fallere, l. 1. de conſtit. pecun. cum aliis omnibus, tum maximè prælatis eccleſiarum & principibus, in quibus debet eſſe conſtans voluntas, tanquam in fonte juſticiæ, Roland. à Valle conſ. .. num. 152. in 1. vol. & conſil. 13. num. 54. cum ſequentib. in 3. volum. iiſq; convenit illud verbum, Semel locutus eſt Deus, Bald. conſ. 327. col. 2. lib. 1. Illud item, ut Bald. ſubjicit quod ſcripſi, ſcripſi, Andr. Geill. in tract. obſerva. libro 2. obſerva. 55. num. 4. Cephal. conſ. 58. num. 88. lib. 1. & firmior debet eſſe veritas in ore principum, quàm aliorum hominum, Bald. in c. unic. § fi. de his qui feud. dare poſſ. Hotoman. in conſ. 5. in .. vol. & princeps, qui pactiones non ſervat, magis peccat, quàm alius, Roland. à Valle conſ. 1. num. 32. in 2. volum. & ab honeſto recedit, quod principi turpiſſimum eſt, Marius Salomon. in l. princeps, de conſtit. princip. Roland. à Valle conſ. 66. in fin. in 2. vo-

lum. nec ulla poteſtatis plenitudine ſe excuſare poteſt, Paul. de Caſtro in l. digna vox, C. de ll. Decian. reſpon. 2. num. 100. in 1. volum. & tandem punitur. Ideoque Ariſtoteles Alexandrum hortabatur, ut fidem datam ſervaret, ne malum ſentiret exitum, Bald. in l. 1. de

21 pactis. Quòd ſi epiſcopus, rem ſolitam & conſuetam infeudari, infeudaverit, vel etiam de novo prædia in feudum conceſſerit, & de conſenſu capituli dubitetur, tunc poſt decennium, dicimus rem cum conſenſu capituli alienatam fuiſſe. Solemnitas enim, quæ in aliquo actu requiritur, poſt decennium interceſſiſſe præſumitur, Anton. Gabr. Roman. libr. 1. concluſ. titul. de præſumpt. concluſ. 1. numer. 3. Cravetta de antiq. tempor. part. 3. Roland. à Valle conſ. 99. num. 27. cum ſequent. in 2. volum. Cephalus conſil. 47. num. 7. cum ſeq. lib. 1. Alexand. conſil. 45. num. 9. li. 3. Jaſon. Baptiſt. Ferrettus conſ. 60. num. 1. Maſcardus de probatio. con-

22 clu. 1316. Itaque poſt decennium, onus probandi, conſenſum capituli non acceſſiſſe affirmanti incumbit: & præſumptio juris contraria probatione tolli poteſt, l. fin. in princ. quod metus cauſ. l. nuptura. in fine, de jure dotium, Cravet. conſ. 6. num. 70. & conſ. 134. num. 44. & conſ. 146. num. 7. Contrarium au-

tem

tem non probatur ex eo, quod in inſtrumen-
to de conſenſu capituli nihil dicitur. Licet. n.
in inſtrumento, ſolemnitatum non fiat men-
tio, nihilominus tamen ſolemnitates inter-
venire potuerunt, Rolan. à Valle conſ. 99.
num.33.in 2.volu. Cephal. conſ. 90. num. ult.
lib. 1. quamvis multi exiſtimaverint per evi-
dentiam facti probatum eſſe, ſolemnitatem
non interceſsiſſe, quando ex inſpectione in-
ſtrumenti de ſolemnitate nõ cõſtat, Caſtrenſ.
conſ.81. incipiente in cauſa quæ vertitur, nu.
lib.2.Roland.à Valle d.conſil.99.nu.30.cum
ſequenti in 2. volu. Cravet. de antiquit. tem-
por.part.tertia, Paris de puteo, de redintegra.
feudor.c.231.num.15.cum ſequent.Maſcardus
de probat.dicta concluſ.1316.num.34.Decia-
nus reſponſ. 24. numer. 29.& 32. in 1. volum.
idem reſponſ. 18. numero 6. in 1. volum. ſed
ii de inſtrumentis antiquis loquuntur, An-
ton.Gabr.Roman.lib.1.commu. conclu. con-
cluſ.1. in 4.limit. Dicitur verò res ſolita & cõ- 23
ſueta infeudari, ſi per 40. annos, bis infeudata
erit. Primùm 40. anni requiruntur, Jacob.
de Belviſo in c. unic. in princ. verſ. quæritur,
quanto tempore, & ibi Andreas de Iſern.
numer.5. Laudenſ. numer. 71. & 72. de his qui
feud. dare poſſunt. Et licet alii exiſtimant 30.
annos ſufficere, nonnulli autem requirunt

tempus, cujus initii memoria in contrarium non exiſtit: Alvarot. d. c. unici num. 12. de his qui feud. dar. poſſ. Curt. Jun. part. 2. tract. feud. quæſtio. 3. tamen Jacobi de Belviſo ſententia communiter recepta eſt, Julius Clarus in §. feudum, quæſt. 13. propterea, quòd actiones Eccleſiis competentes ob res alienatas, hodie 40. annis præſcribuntur, Novel. 111. ſublata centum annorum præſcriptione, l. ult. C. de SS. Eccleſ. Deinde requiritur bina infeudatio, Jacobus de Belviſo in d. c. unico, in princ. verſic. quæritur, an inducatur conſuetudo, & ibi Laudenſ. num. 73. Andreas de Iſern. num. 4. Matthæus de afflict. num. 17. Alvarottus num. 12. verſic. quot autem actuum actus requirantur, de his qui feud. dare poſſ. Alexand. conſ. 9. incipiente, viſo themate ſup. ſcripto, num. 6. in 3. volum. & rurſus conſ. 5. incipiente, ſi vera ſunt ea, num. 11. in 5. volum. Paris de Puteo, de redintegrat. feudo. c. 230. num. 11. Et hæc communis eſt opinio, Julius Clarus in d. § feudum, quæſtio. 13. numer. 4. eaque vera eſt. Etenim conſuetudines feudales, ut prælati ſuarum Eccleſiarum res infeudare poſſint, requirunt antiquam conſuetudinem.

24 Ad conſuetudinem autem actuum frequentia poſtulatur, l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo, l.

do, l. 3. C. de ædifi. privat. & unicus actus etiam notorius non inducit conſuetudinem, Bartol. in l. de quibus, in 1. lectu. num. 11. & in repetit. num. 13. de ll. & ibi Jaſon num. 51. niſi fortè habeat cauſam ſucceſſivam & continuationem temporis, c. cum de beneficio de præbend. in 6. Tyraquel. de jure primigenio. quæſtio. 38. num. 2. Anton. Gabriel Roman. lib. 3. commun. concluſio. titul. de locatio. concluſ. 1. num. 5. Nec obſtat, quod textus in d. c. unic. § 1. epiſcop. vel abbat. utitur verbo ſolito, quodque ſolitum dicitur, quod ſemel tantum factum eſt, Bart. l. Mela, § ſed etſi alimenta, de alimen. & ciba. legat. l. 1. C. quomodo & quando judex, & ibi Angel. & Paul. de Caſtro, Corne. conſil. 28. colum. fin. in 3. volum. Laurent. Kirchof. concluſ. 2. cent. 5. commu. opinionum, Tyberius Decianus reſponſ. 124. num. 8. in 3. volum. Nam crebriori interpretum calculo 25 traditum eſt, ſolitum non verificari in unico actu, quemadmodum prolixè videre licet apud Anton. Gabr. Roman. d. libr. 3. commun. conclu. titul. de locat. concluſ. 1. Paris de Puteo de redintegr. feud. c. 286. num. 2. Sic non obſtat, quòd diſpoſitio ſimpliciter prolata in primo actu verificatur, l. boves, § hoc ſermone, de verb. ſignific. Hoc enim in diſpo-

ſitione hominis intelligitur, non legis, ut contra Franciſ. Curt. in tract. de feud. 2. parte, quæſtio. 3. tradidit, Menoch. lib. 2. de arbitr. jud.
26 quæſt. cent. 1. caſu 81. nu. 7. Quamvis autem, ut diximus, Eccleſiarum prælati, res Eccleſiarum conſuetas & ſolitas infeudari, infeudare rurſus poſſunt: tamen non coguntur id facere, ſed poſſunt res infeudari ſolitas, & ad Eccleſiam reverſas, Eccleſiæ ſuæ bonis incorporare, c. 2. extr. de feudis, Zaſ. conſil. 13. num. 30. lib. 1. & conſ. 8. num. 44. ibi, communis opinio eſt, lib. 2. Anton. Gab. Rom. lib. 3. cõmun. concluſ. tit. de jure emphyt. cõcluſ. 1. num. 14. idq́; notiſsima Germaniæ conſuetudine receptum
27 eſſe videmus. Et ſemel res Eccleſiæ bonis incorporata, non dicitur amplius infeudari ſolita, Alvarott. Præpoſit. & alii in c. unic. num. 16. de his qui feud. dare poſſ. Laudenſ. c. unic. num. 13. epiſcop. vel abbat. Seyſſel. in Spec. qui feud. dar. poſſ. in quinta declarat. & ideo, ſi poſtea rurſus in feudum detur, neceſſe eſt, ut intercedant ſolennitates, de quibus ſuprà di-
28 ctum eſt. Sunt autem diverſæ opiniones, quando bona dicantur incorporata menſæ Eccleſiæ: Archidia. voluit, tunc bona menſæ Eccleſiæ incorporata videri, quando Eccleſia per annum ſtetit in poſſeſsione, c. 1. 35. quæſtio. 8. & c. 1. de reb. Eccleſ. non alienand. lib. 6. Baldus

dus verò exiſtimavit ſufficere, ut bona Eccleſiæ incorporata videantur, quod Eccleſia poſſidet, in c. uni. de clerico qui inveſtituram facit, Andreas de Iſernia cenſuit, non ſufficere poſſeſſionem ſolam, nec etiam poſſeſsionem annalem, ſed tunc rem Eccleſiæ incorporatã rectè dici, quando Eccleſia per 30. annos rem ipſam poſſedit, c. uni. num. 4. verſic. & ſi unus prædeceſſor, de his qui feud. dare poſſunt, Bartolus tradidit neceſſariũ eſſe ad hoc, ut bona Eccleſiæ menſæ incorporata videantur, quòd deſcripta ſint in numero aliarum rerum menſæ Eccleſiæ ſive epiſcopi, l. ſi vacantia, C. de bonis vacanti. lib. 10. Franciſc. Curt. denique exiſtimavit, tunc rem Eccleſiæ incorporatam dici, quando eadem intervenerunt, quæ intervenire neceſſe eſt, ut res dicatur ſolita ſive conſueta infeudari, in tractat. de feud. 2. parte, in quinta princip. quæſt. Et quamvis hæc poſtrema Franc. Curtii ſententia, multis rationibus facilè confirmari poſſet: ſatis enim notum eſt, ſolemnitatem, quæ requiritur in contractu, requiri quoq; in diſtractu, l. ſi ad reſolvendam, C. de prædiis minor. & diſtractum ejuſdem eſſe naturæ, cujus eſt contractus, & quod in contractu locum habet, locum etiam habere in diſtractu, Bartol. in l. & ideo, de condicti. furti, & per diſtractum forum

aliquem ſortiri, ſicuti forum ſortimur per contractum, leg. heres abſens, § ſi quis tutelam, & § proinde, de judic. & dolum dantem cauſam diſtractui bonæ fidei, diſtractum vitiare, ſicuti dolus dans cauſam contractui bonæ fidei, contractum vitiat: l. eleganter, de dolo, prolixiſſimè Tiraquel. de ll. connubialib. ſuper verbo, *contracter*, gl. 5. num. 8. cum multis ſeqq. tamen Bartoli opinio cõmuniter eſt recepta. Et res tunc dicitur incorporata menſæ Eccleſiæ, quando Epiſcopus expreſsè eam deſcribi fecit inter reliqua bona menſæ Eccleſiæ, Julius Clarus in § feudum, quæſtio. 13. num. 4. circa fin. Seyſſel. in Spec. qui feud. dare poſſ. in 4. declaratio. quæ
29 bona dicantur incorporata Eccleſiæ. Sanè de honeſtate Eccleſiarum prælati, res ad Eccleſiam reverſas rurſus infeudare debent, Seyſſel. in Spec. tit. de his qui feud. dare poſſ.
30 in 6. ampliatio. Et ſemper ſpectandum eſt, non tam quid liceat, quam quid honeſtum ſit, l. non omne, l. ſemper, in conjunctionibus, de regul. jur. l. ſemper, de ritu nuptia. quod præclarè etiam Cic. pro. Cornelio Balbo his verbis tradidit: Eſt aliquid quod non oporteat etiamſi licet, quicquid vero non licet, certè non oportet. Quicquid enim non licet, honeſtum non eſt, ideoque non oporter-

portet. At non quicquid licet, id etiam honeſtum. Et pro Rabirio poſthumo inquit: Veſtri conſilii, veſtræ ſapientiæ eſt, judices, ſpectare quid deceat vos, non quantum liceat vobis. Hinc Claudianus Honorium admonet, ut non quod liceat, ſed id, quod deceat, in vitæ atque imperii ratione inſtituenda ſpectet:

Sed comprime motus.
Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit
Occurrat mentemq́; domet reſpectus honeſti.

Imò avaritiæ ſpeciem habet, quando prælatus de feudis ſibi apertis alios rurſus non inveſtit: & avaritia omnium malorum mater eſt, maximè, cum non animis privatorum, ſed magiſtratuum & principum innaſcitur, ut Juſtinianus loquitur in Novella conſtitutione 8. & latiùs dictum eſt, ſuprà c. 3. in 9. quæſt. Nihil verò refert, utrum præla- 31
tus Eccleſiæ, extraneis, an cognatis & familiaribus ſuis, feudum concedat. Nam epiſcopus res ſolitas & conſuetas infeudari, & ad Eccleſiam reverſas, non tantum extraneis, ſed etiam conſanguineis & affinibus ſuis in c. unic. in princ. num. 9. de his qui feud. dare poſſ. Franciſc. Curtius in 2. part. tract. feuda. quæſt. 7. Zaſ. in epitom. feuda. parte 5. Hanneton. lib. 1. feudo. c. 5. Duaren. de feudis c.

 6. Myn-

6. Mynſingerus in 5. centuria, obſervat. 47. Et licet Laudenſis in contraria ſit opinione, in c. unico, num. 8. cum aliquot ſequentibus, qui ſucceſ. feud dare teneantur, tamen prior ſententia communiter eſt recepta, ut poſt Jaſonem atteſtatur Rolandus à Valle conſil. 1. num. 85. in 1. volum. eaque verior eſt & juri convenientior, Hartman. Piſtor. quæſt. 27. num. 20. & probabilem habet rationem. Secundum enim naturam quàm maximè eſt, ut unuſquiſque proprium ſanguinem extraneæ perſonæ anteponat, l. cum acutiſsimi, C. de fideicommiſſ. Capitulo tamen ſuo prælatus rem Eccleſiæ infeudare non poteſt: Franciſc. Curtius de feud. in 2. parte, quæſtio 9. quia feudum nunquam ad Eccleſiam eſſet reverſurum, cum capitulum non moliatur, c. liberti. 2. 12. quæſt. 2. Ex qua ratione effici videtur, nec civitati rem Eccleſiæ à prælato infeudari poſſe, cùm civitas mortalitati ſubjecta non ſit, nec fas ſit expectare, ut aratrum in eam inducatur, argumento, l. ſi in emptione, § liberum hominem, ibi, nec enim fas eſt, de contrah. empt. l. inter ſtipulantem, § ſacram. ibi, caſum adverſamq; fortunam, de verbor. obligatio. qua de re infrà cap. 9. aliquid dicemus. Ex his igitur omnibus relinquitur, feudum in immobilibus tantum conſiſtere.

ſiſtere. Ratio verò, quare feudum tantum in immobilibus conſiſtat, petenda eſt ex definitione feudi ſupr. c. 1. relata. Ex definitio- 32
ne illa conſtat, feudum perpetuum eſſe, & ad vaſalli deſcendentes ejusque heredes agnatos pertinere debere. Conſtat & hoc, vaſallum in feudo tantum uſumfructum habere, non etiam proprietatem. Utrumque autem in res immobiles tantum cadit. Nam res immobiles perpetuæ ſunt, in illis etiam propriè uſusfructus conſtituitur, quemadmodum ex definitione uſusfructus a Juſtiniano in tit. de uſufr. in Inſtit. tradita apparet. Mobiles res perpetuæ non ſunt. Illis abutimur, hoc eſt, utendo eas conſumimus. Abuti e- 33
nim non tantum eſt re uti ad alium finem, quàm in quem res ipſa comparata eſt, verùm etiam abuti eſt utendo inſumere, ut Nonius Marcellus auctor eſt. Sic in libello de proprietate latini ſermonis, qui Donato & Aruntio Celſo adſcribitur, ſcriptum legimus: Utimur fructib. rei, quæ ab amãtib. ſalvo uſu nobis ſubminiſtratur. Abutimur, quando deperdimus rem & fructum. Uſui eſt ager, domus, abuſui, vinum, oleum & cætera hujuſmodi. Nec poſſumus rebus mobilibus, ut pecunia, vino, frumento, hordeo, tritico, & ſimilibus uti, quin ipſo uſu ſimul eas inſumamus: earũ
uſus,

uſus, conſumptio eſt, Ariſtotel. lib. 4. ethicor. c. 1. Ob hanc quoque cauſam hæ res mobiles, neque naturali, neq; civili ratione uſumfructum recipiunt, ut Juſtinianus docet in § conſtituitur, Inſtit. de uſufruct. Inde neceſſariò ſequitur, feudum tantum in rebus immobilibus conſiſtere, ſeu, ut Obertus de Orto loquitur, in rebus ſoli, aut ſolo cohærentibus, vel iis, quæ inter immobilia connumerantur, d. c. unic. § fina. de feudi cognitio. Et quamvis etiam pecuniæ & cæterarum rerum mobilium, quæ in abuſu conſiſtunt, ut Ulpianus ait, in l. 5. § 1. de uſufruct. earum rerum, &c. quaſi uſusfructus poteſt conſtitui, præſtita cautione, toto titulo de uſufruct. earum rerum, &c. & § ſed utilitatis, Inſtitut. de uſufruct. unde Jacob. de Ardiz. in epitom. feud. c. 27. Blanch. in epito. feud. lib. 1. c. 6. num. 7. & Matth. de Afflict. in c. unic. § fin. num. 8. ibi, tertiò fallit, de feud. cogn. in feudum quoque res mobiles, præſtita cautione, dari poſſe tradiderunt: tamen verius eſt, nec quidem interveniente cautione, in rebus mobilibus
34 feudum conſtitui poſſe. Etenim cautio, quam uſufructuarius proprietario præſtat, de pecunia reſtituenda temporalis eſt, non perpetua, hoc eſt, ex SCto durante uſufructu locum habet, & extinguitur ſi uſufructuarius moria-

moriatur, vel capite minuatur, d. § ſed utilitatis, Inſtitut. de uſufruct. & ſi maximè perpetua eſſet: tamen nunquam efficeret, ut feudum in pecunia & cæteris rebus, quæ ſunt in abuſu, poſſet conſtitui, propterea quòd uſusfructus pecuniæ, vini, olei, frumenti & ſimilium rerum, non poteſt conſtitui, quin proprietas in uſufructuarium ſimul transferatur, l. 7. de uſufructu earum rerum, &c. Hoc verò contra naturam eſt feudi, in quo proprietas apud dantem remanere, & uſusfructus in accipientem tranſire debet, quemadmodum ante dictum & latius expoſitum eſt, c. 1. ſup. Itaque licet cautio prædicta facere poſſet, ut res ipſa ſub eadem quantitate reſtituatur: tamen non poteſt hoc efficere, ut beneficium ſive feudum in re pecuniaria & ſimpliciter mobili conſtituatur. Atque ita erudite & ſubtiliter tradidit, Andr. de Iſernia in c. unic. ſi de feud. vaſal. ab aliquo interpella. Idem in effectu voluit Præpoſitus ibi, & ſecutus eſt Zaſ. in epitom. feud. part. 4. num. 21. Monta. lib. 2. feud. c. 3. Petr. de Bella Pertica in tract. de feud. titu. 5. num. 11. & denique Franc. Sonsbek. in 8. part. tract. feud. num. 27. quamvis contrarium teneat Jacobus de Ardizo, cujus opinionem refert & ſequitur Afflict. d. c. 1. § ſciendum, num.

num.8. de feud.cognitio. Nec his quicquã ad
verſatur, quod de feudo de Camrea & de Ca-
neva diximus. Nã quando de Camera vel de
Caneva feudũ datur, vaſallo annuatim pecu-
nia, vinum, oleum, frumentum ſolvitur: &
Camera itemq; Caneva quaſi fundus eſt pro-
ducẽs fructus, & ideo, ſicuti ad uſum fructua-
rium damnum pertinet, ſi quo anno in fundo
fructus non naſcantur, ita damnũ vaſalli eſt,
ſic Camera vel Caneva ſine culpa domini e-
vacuata & exhauſta fuerit, c.unic.in princ. de
notis feudo. Atq; ita ingens eſt diſcrimen in-
ter res, quæ de Camera vel de Caneva depro-
muntur, & alias res mobiles: Illæ perpetuæ
eſſe poſſunt, hæ temporariæ ſunt, & uſu con-
ſumuntur: In illis proprietas ab uſufructu
ſeparari poteſt, in his non item. Et tantum
35 de rebus quæ in feudum dantur. Nunc ad
caput ſeptimum tranſibimus, priùs tamen
uno verbo monendum eſt, re immobili in
feudum conceſſa, juriſdictionem quoque &
merum & mixtum Imperium ipſi rei co-
hærens, ſimul in feudum conceſſum vide-
ri. Ita prolixiſsimè traditum eſt à Covar-
ru. in 1. c. practic. quæſt.in 9. concluſio. Tibe-
rio Deciano reſponſ. 43. numer. 1. cum ſeq.
in 3. vol. Alexan. in l. 1. num. 33. & ibi Franciſ.
Curt. ſup. verbis, confertur in dominium,
de

de juriſdict. omnium judic. Et hanc communem eſſe DD. ſententiam poſt Covar. affirmat Roland. à Valle conſ. 42. num. 30. in 2. volu. Dixi, ipſi rei cohærens. Nam ſi merum & mixtum Imperium non adhæreat caſtro, vel rei in feudum conceſſæ, tunc nulla transfertur jurisdictio: etiamſi concedens alias habeat ibi omnem jurisdictionem, niſi expreſsè dicatur, quo caſu ſi fiat mentio jurisdictionis ſimpliciter, intelligitur de ſimplici jurisdictione tantùm, non autem de mero & mixto Imperio. Ita formalib. verbis eleganter tradidit Molinæus in conſuetu. Pariſio. tit. 1. § 1. gl. 5. in verb. *le fief.* num. 48. quamvis nonnulli exiſtiment, etiam merum & mixtum Imperium, in ſimplicem jurisdictionis conceſsionem venire, eamque ſententiam communem dicant, Covar. in pract. quæſt. d. c. 1. circa fin. Ideo autem caſtro conceſſo, debetur quoque jurisdictio caſtro cohærens, quia caſtrum caput eſt, cui tanquam digniori jurisdictio veluti membrum adhæret, Bald. in c. uni. ad hoc, de allodiis. Et membra à capite ſeparari non debent: cap. cum non liceat, & ibi Felinus & DD. extr. de præſcription. & capiti tanquam principali, cætera membra ſubalternantur, leg. cum in diverſis, de relig. & ſumpti. funer. Socinus

nus conſil. 7. circa princip. lib. 1. Et membra ſequuntur caput: Panormitanus d. cap. cum non liceat, numer. 1. in 2. notabili. Et regulariter idem juris ſtatuitur de membris quòd de capite: Cravetta de antiquit. tempo. part. 1. § quartò limitatur, nume. 36. Et cujus eſt caput, ejus quoque cenſentur eſſe membra: Baldus etſi diligenti, num. 1. extr. de præſcriptio. Et qui apprehendit poſſeſſionem caſtri tanquam capitis, omnium fundorum ad caſtrum pertinentium, tanquam membrorum poſſeſſionem acquirit, Bartol. l. 3. in prin. nu. 5. & ibi Dd. de acquir. poſſ. Et hoc idcircò magis dicendum eſt, quòd feudum beneficium eſſe conſtat, quemadmodum cap. 1. ſupra expoſitum eſt. Et beneficium principis quam pleniſſimè interpretamur, l. fin. de conſtitu. princip. maximè contra ipſum principem concedentem, gl. notab. & ibi Bald. in d. l. fin. de conſtit. princip. & in l. nec avus & ibi Bald. C. de emancip. libero. Et noſtrum non eſt, verba principis tenaciter & ſtrictè interpretari, ut dixit gl. in c. alligant. in verbo tenax, 26. quæſt. 7. Thomas Grammat. Conſ. 156. Idem Gramma. in deciſ. Neapol. 4. Sequitur caput ſeptimum.

CAP.

CAPUT VII.

QVOMODO FEVDA ACQUIRANTUR.

1. *Feudum acquiritur tribus modis, inveſtitura, ſucceſſione & præſcriptione.*
2. *Inveſtitura eſt neceſſarium ſignum feudi, & ſine ea feudum non conſtituitur.*
3. *Inveſtitura alias inveſtitio dicitur.*
4. *Inveſtitura duplex eſt, propria & abuſivu.*
5. *Propria inveſtitura eſt poſſeſſio.*
6. *Abuſiva inveſtitura dicitur, cùm dominus vaſallo baculum, gladium, haſtam, vexillum vel quid aliud corporeum porrigit.*
7. *Inveſtitura, quæ fit in præſenti, poſſeſſionem transfert.*
8. *Quando inveſtitura non fit in re Præſenti, vaſallus agit ad traditionem rei feudalis, & dominus neceſſe habet tradere.*
9. *Sic venditor tenetur vendere.*
10. *Vaſallus abuſivè inveſtitus propria authoritate poſſeſſionem apprehendere poteſt.*
11. *Vaſallus per unius fundi ingreſſum, omnium poſ-*

S ſeſſio-

Digitized by Google

ſeſſionem conſequitur: & ibi declaratur quando hoc procedat.

12. In ſeudo potior habetur, cui poſſeſſio traditur, & l. quoties, C. de rei vindicat. in ſeudis locum habet.

13. In privilegiis Principum per modum gratiæ ſa-ctis, & in beneficiis Eccleſiaſticis, prima conſeſſio præſertur ſecundæ.

14. Ex emptoribus, qui primus rem emptam ſignificavit, præſertur ſecundo.

15. Eccleſia item & civitas, quæ prior emit, præfertur ei, cui res poſtea eſt tradita.

16. Dominus, qui cum proteſtatione feudum ſecundo tradit, ut primo ius ſalvum maneret, nihil agit.

17. Dominus primo vaſallo præſtat intereſſe.

18. Inveſtitura rectè fit de feudo nondum aperto.

19. Sed hic inter clericum & laicum diſtinguendum eſt, & ibi ratio diverſitatis aſſignatur.

20. Certis caſibus ſucceſſor clerici tenetur ratam habere inveſtituram, quamvis clericus feudo ſibi nondum aperto deceſſerit.

21. Vaſallus, qui à clerico inveſtitur in caſum mortis alterius: circumſpectus eſſe debet.

22. Quæ de caſu mortis dicuntur, ad quamcunque conditionem, itemque diem pertinent.

23. In-

23. Inveſtitura magis ad ſtipulationem, quàm ad legatum accedit.

24. Inveſtitura quæ purè fit de ſeudo alieno, non valet.

25. Inveſtituram petit vaſallus per ſeipſum & per procuratorem, nec diſtinguimus hic inter propriam & abuſivam inveſtituram.

26. Inveſtitura novi ſeudi fit, coram paribus curiæ, vel extraneis, ſi dominus pares non habeat, vel habeat, ſed abſint.

27. Inveſtitura veteris ſeudi poteſt fieri coram extraneis.

28. Clericus coram paribus & extraneis inveſtit.

29. Nullum certum tempus conſtitutum eſt, intra quod novi ſeudi inveſtitura debeat peti, ſed vaſallus ter citatus venire debet, & præſtare juramentum.

30. Antiqui ſeudi inveſtitura intra annum & diem eſt petenda, & ibi rationes hujus rei redduntur.

31. Quare non intra annum, ſed intra annum & diem petenda ſit inveſtitura.

32. Milites habent annum & menſem petendam inveſtituram.

33. Inveſtituram petere ſinguli tenentur heredes vaſalli

 34. Poſ-

34. *Poſſunt tamen unum eligere qui tanquam curator omnium nomine inveſtituram petat.*

35. *Ab omnibus heredibus domini inveſtitura eſt petenda, niſi ipſi unum eligant, à quo inveſtitura petatur.*

36. *Tempus petendæ inveſtituræ dominus minuere non poteſt.*

37. *Facta inveſtitura præſtatur juramentum niſi remiſſum fuerit, & vaſallus jurat, pro ſe non pro ſucceſſoribus.*

38. *Forma juramenti triplex.*

39. *Vaſallus in aliam formam, quàm quæ antiquitus obtinuit, jurare non cogitur.*

40. *Forma juramenti congruit feudo non ligio.*

41. *Vaſallus non juvat dominum contra ſeipſum.*

42. *Nec contra patriam quæ unicuiq; dulciſſima: & ibi multa de patria.*

43. *Vita, honos & res comparantur.*

44. *Vaſallus juvat dominum in bello juſto, quod infertur ex juſta cauſa, Imperatoris conſenſu.*

45. *In bello injuſto vaſallus tenetur ad defenſionem, non ad offenſionem.*

46. *Inveſtitura probatur per breve teſtatum, vel per*

per pares curiæ, quandoque etiam per extraneos.

47. *Iure civili actore non probante reus abſolvitur, ſed ſecus eſt iure conſuetudinario.*

48. *Iure conſuetudinario datur Reo defenſio, & defenſio eſt purgatio, quæ fit per ſacramentum, cum 12. ſacramentalibus.*

49. *De duello ſecundo genere defenſionis.*

50. *Exempla eorum, qui duello certârunt.*

51. *Duella de conſuetudine tolerantur, & certis caſibus admitti poſſunt.*

52. *Tertium genus defenſionis eſt periculum aquæ frigidæ vel ferventis, vel ferri candentis ſive igniti.*

53. *Reo datur defenſio ſub tacita conditione, ut iuret vel iusiurandum referat.*

54. *Reo non ſemper datur defenſio, ſed quandoq; reo, quandoq; actori, quandoq; neutri.*

55. *Ex ſacramentalibus, quos vaſallus adhibet, ſex debent eſſe de parentibus vaſalli.*

56. *Parentes auctores feudorum vocant cognatos vaſalli & domini.*

SUB hoc capite dicemus de modis, quibus feudum acquiritur. Acquiritur autem feudum tribus modis: Inveſtitura, ſucceſſione & præſcriptione, c. unico, 1

§ final. de feudi cognitio. c. unic. in princ. de conſuetudine recti feudi. c. unic. § ſi quis per triginta annos, ſi de feudo defuncti contentio ſit, Laudenſ. c. uni. in princ. num. 27. de his qui
2 feud. dare poſſunt. De inveſtitura quæ ſignum neceſſarium eſt feudi, Roland. à Valle conſ. 50. num. 9. in 3. volu. & conſ. 1. num. 9. & conſ. 90. num. 24. in 4. volum. & ſine qua feudum nullo modo conſtitui poteſt, c. unic. in princ. quibus modis feudum conſtitui poteſt, Rolandus à Valle conſ. 1. num. 49. in 4. volum. primùm agemus.

De inveſtitura primo modo quo feudum acquiritur.

3 Inveſtituram Gerhardus Niger etiam inveſtitionem appellat, c. unic. § teſtes verò, ſi de inveſtitu. inter domin. & vaſallum lis oriatur, & in c. unic. de uſu Mediolanenſium.
4 Eaque duplex eſt, propria & abuſiva, c. unic. in princ. quid ſit inveſtitur. Rolandus à Valle conſ. 50. num. 52. in 3. volu. & conſ. 1. num. 50. in 4. volum. Ferrarienſ. pract. in forma libelli ad revocationem feudi, ſuper verbo, inveſtivit, num. 2. Hartman. Hartman. in pract. obſervat. tit. de feudis, obſervatio. 7.
5 Propria inveſtitura, ut Obertus de Orto definit, nihil aliud eſt, quàm poſſeſſio. Poſſeſſio, auctore

auctore Theophilo, in Inſtitutis, titulo de interdictis, eſt σωματικοῦ πράγματος κατοχὴ. hoc eſt, rei corporalis detentio, vel, ut dicitur, in l. quæſtio. de verborum ſignificat. uſus rei, hoc eſt, detentio ſive detẽtatio rei: uſus enim ibi non χρῆσιν ſed κατοχὴν ſignificat. Hoc ergo vult Obertus dicere, propriam inveſtituram eſſe, quando dominus, vaſallum, vel alium ejus nomine, in feudi poſſeſsionem inducit. Abuſiva inveſtitura eſt, cùm 6 dominus vaſallo baculum, gladium, haſtam, vexillum, annulum, vel quid aliud corporeum porrigit, & per hoc ſe inveſtituram facere dicit, d. c. unic. quid ſit inveſtit. Appellatur 7 abuſiva, quòd per traditionem baculi, gladii, haſtæ, vexilli vel annuli, poſſeſsio rei feudalis in vaſallum nõ transfertur, quod tunc procedit, cùm hujuſmodi inveſtitura non fit in re præſenti: Si fiat in re præſenti, id eſt, ſi fundus præſens ſit & oculis ſubjiciatur, tunc poſſeſsio transfertur, Andr. de Iſernia in d. c. unic. numer. 2. & ibi Matth. de Afflict. num. 4. Alvarot. num. 7. quid ſit inveſtit. Roland. à Valle conſil. 51. num. 32. in 2. volum. Rei enim præſentia facit, ut tradita ejus poſſeſsio videatur, & apprehenditur poſſeſsio, non ſolùm manibus & pedibus, ſed etiam oculis, quaſi longis manibus, l. 1. § ſi juſſe-

rim, l. quod meo, §. ſi venditorem, de acqu. poſſ. gl. & Dd. in l. 1. in princ. eodem, & in c. 2. extra de conſuet. Tiraq. in tract. de iure conſtituti poſſeſſorii, in 2. part. 3. limitat. num. 2. Sic mercium in horreo repoſitarum, & venditarum poſſeſſio translata videtur, ſi claves in re præſenti, id eſt, apud horreum traditæ fuerint, l. clavibus, de contrah. empt. Columnarum quoque venditarum poſſeſſio transfertur, ſi in re præſenti, id eſt, apud columnas contractus fuerit habitus, d. l. 1. § ſi juſſerim. Cæterùm ſi res præſens non ſit, per abuſivam inveſtituram poſſeſſio, ut dictum eſt, non transfertur, quamvis dominus vaſallum abuſivè inveſtiens dixerit, ſe vaſallo poſſeſſionem tradere, Baldus in d. cap. unic. quid ſit inveſtitura, Matthæ. de Afflict. in conſtitu. Neapol. Rubric. 25. contra quem de reſtit. agatur, numer. 23. lib. 1. Decianus reſponſ. 23. num. 73. in 1. volum. Etenim poſſeſſio nulla acquiri, niſi animo & corpore, poteſt, & neque per ſe animo acquiritur, neque per ſe corpore, l. poſſideri, & l. quemadmodum, de acquir. poſſeſſ. ferè de regu.
8 juris. Neceſſe itaque eſt, ut vaſallus abuſivè inveſtitus agat ad traditionem rei feudalis, c. unico, § ſi facta, ſi de feudo defuncti contentio ſit. Quo facto, dominus præciſè

ad

ad tradendum obligatur, nec liberatur præſtando id, quod intereſt, d. c. unico, § ſi facta, c. unic. in princ. ibi, cogitur dominus mittere in poſſeſſionem, ſi de inveſtitu. feudi controv. fuerit, & c. unico, § fina. de nova forma fidelitat. ibi textus dictione, omnimodò, utitur, quæ præciſam coactionem ſignificat, Tiraquellus in l. ſi unquam, ſuper verbo, revertatur, num. 76. cum ſequentibus, C. de revocand. donatio. Paris de Puteo de redintegrat. feudo. c. 93. num. 8. Rolandus à Valle, conſil. 84. num. 23. in 1. volum. Hotaman. in conſil. 5. in 1. volum. Mynſinger. centu. 4. obſervat. 61. Schurff. conſil. 18. in 1. centur. Hartman. Piſtor. quæſt. 29. n. 1. & 2. & dictum eſt c. 3. ſup. Sic in em- 9
ptione & venditione, venditor præcisè tenetur rem venditam tradere, neque liberatur præſtando intereſſe, ſecundum Martini ſententiam, gl. in l. 1. in princ. de actio. empti, & in § pretium, in verbo, tradatur, Inſtit. de empt. & vendit. & in § & ad exemplum, in verbo, venditionis, Inſtit. de donatio. quæ rejecta Johannis opinione, verior eſt, d. § & ad exemplum, Inſtitu. de donatio. Paulus in 1. ſententiarum tit. 13. Ibi Baldus ita inquit: Si id quod emptum eſt, neq; tradatur, neque mancipetur, venditor cogi poteſt, ut tradat

Digitized by Google

aut mancipet, Bartol. in d. l. 1. & l. certi con-
dictio, num. 21. ſi certum petatur, & commu-
nior. Bartol. in l. ſtipulationes non dividun-
tur, quæſtio. 8. num. 38. de verbor. obligati.
Rolandus à Valle conſil. 53. num. 1. & 2. in 1.
volu. Lauren. Kirchof. conclu. ultima, in 4.
centur. opinionum communium, Fabianus
de Monte in tractatu de empt. 6. quæſt. princi.
10 num. 38. verſic. ad octavum. Poteſt quoq; va-
ſallus abuſivè inveſtitus propria auctoritate
fundum ingredi, & poſſeſsionem apprehen-
dere, quemadmodum communiter DD. no-
tarunt, in d. c. unic. quid ſit inveſtitura. Hart-
man. Hartmanni in pract. obſervat. titu. de
feudis, obſervatio. 7. Nec neceſſe eſt, ut omnes
glebas circum ambulet, ſed ſufficit quamli-
bet partem fundi introire, dum ea mente &
cogitatione fit, ut totum fundum uſq; ad ter-
minum poſsideat, d. l. poſsideri, § 1. de acquir.
11 poſſeſſ. Et ſi plures ſunt fundi, per unius in-
greſſum, vaſallus omnium poſſeſsionem con-
ſequitur, Alvarottus d. c. uni. num. 7. verſic.
quæro ab extra. & Præpoſit. ibidem numer. 8.
quid ſit inveſtitu. Bart. in d. l. poſsideri, num. 1.
de acquir. poſſeſs. ſi modò reliqui fundi, ſub il-
lo, quem vaſallus ingreſſus eſt, tanquam par-
tes contineantur, argument. d. l. poſsideri,
§ 1. aliàs ſecus eſt, Mynſingerus centur. 3.
obſer-

obſervatio.39. Zaſius conſ. 10.lib. 1. num. 6. atque ita diſcrepantes doctorum ſententiæ in concordiam rediguntur, Andreas de Iſernia in c. unic. num. 4. quid ſit inveſtit. ibi refert, ſe a magnis Juriſperitis accepiſſe, quod ſecundum dictam diſtinctionem judicatum fuerit, Matthæus de Afflictis vir religioſus, veritatis amator, & pro ingenii natura ſtudioſiſſimus, Marin. Freccia in 23. different. feudi hereditarii & ex pacto, Matthæ. inquam de Afflict. in d. c. unic. numer. 12. quid ſit inveſtit. Zaſius de feudis parte 6. num. 29. Tiraquel. de utroque retractu, § 36. gl. 3. num. 2. Natta conſil. 429. Quòd ſi dominus, an- 12
tequam vaſallus poſſeſsionem rei feudalis apprehenderet, alium de eodem feudo inveſtituerit, eique poſſeſsionem tradiderit, is, cui tradita eſt poſſeſsio, in feudo potior habetur, Andr. de Iſernia in d. c. unic. § ſi facta, num. 2. & ibi Matth. de Afflict. num. 4. Hanneto. lib. 1. c. 7. Mynſing. centur. 4. obſervatio. 61. nec hic diſtinguimus inter inveſtientem, utrùm clericus ſit an laicus, Schurff. conſ. 53. num. 7. in 1. centur. Nam & cum duobus in ſolidum prædium jure diſtrahitur, manifeſti juris eſt, eum, cui priori traditum eſt, in detinendo domino potiorem eſſe, l. quoties C. de rei vindicat. l. ſi ea res, § fin. de actio.

empt.

Digitized by Google

empt. l. qui tibi hereditatem, C. de hered. vel action. vendi. l. qui tibi hereditatem, C. de his qui à non domino, &c. etſi prima venditio fuerit jurata, Covarr. in epito. de ſponſal. c. 5. 1. partis, & in c. quamvis, de pactis, in 6. in relectione primæ partis, § 4. num. 2. Anton. Gabr. Roman. lib. 3. concluſ. tit. de empt. & vendit. concluſ. 2. num. 3. Et notatur in additio. ad ſingularia Ludo. Roman. ſingulari 292. Roland. à Valle conſ. 6. num. 24. in 1. volum. Et quamvis Ludovicus Romanus tradidit, d. l. quoties, in feudis locum non habere, conſil. 70. numer. 3. verſic. nec obſtat ſecundo, quod etiam voluit Marſilius ſingul. 82. in prima limitatione, & Ceph. conſil. 147. numer. 18. tamen ſententia Andreæ de Iſernia verior eſt, eaq; eſt tenenda, Paris de Puteo de redintegrat. feudo. c. 287. Jaſon in d. l. quoties, num. 30. C. de rei vindic. Mathæus de Afflict. in c. unic. qui ſucceſ. teneantur. Schurff. d. conſ. 53. in 1. centu. Hart. Piſto. quæſt. 29. num. 11. cum ſeq.

13 Sanè in privilegiis & conceſsionibus principum per modum gratiæ factis, prima principis conceſsio, poſteriori prævalet, l. prædia, C. de locatio. prædio. civili. lib. 11. Hart. Piſto. d. quæſt. 29. num. 20. Sic in beneficiis Eccleſiaſticis, prima conceſsio ritè facta præfertur

fertur ſecundæ, etiam ſi ſecundo traditio fuerit facta, c. tibi qui, de reſcript. in 6. c. ſi tibi abſenti, de pręběd. eodē libro, Hartman. Piſto. d. quæſt. 29. num. 27. Et ex duobus emptoribus 14
primus, qui rem emptam ſignavit, præfertur ſecundo, cui res tradita eſt, quia ſignatura loco traditionis eſt, & per eam dominium in ſignantem transfertur, l. quod ſi neque, §. fin. de pericu. & commodo rei vendi. Maſcardus de probat. quæſtio. 1051. Ec- 15
cleſia quoq; vel civitas, quæ prior emit, præfertur, quamvis alteri poſtea res vendita & tradita fuerit. In Eccleſiam enim & civitatem, dominium abſque traditione tranſit, l. vlt. C. de SS. eccleſ. Didac. Covarr. lib. 2. variar. reſol. c. 19. Anton. Gabr. Rom. lib. 3. commun. concluſ. titu de empt. & vendit. concluſ. 2. Andr. Geill. in pract. obſervat. lib. 2. obſervat. 55. Quod autem diximus, ſe- 16
cundum vaſallum, cui feudum traditum eſt, priori præferri, etiam tunc verum eſt, cum dominus feudi ſecundo poſſeſsionem tradidit, hac proteſtatione, ut primo jus ſuum ſalvum maneret. Nam cum primus adverſus ſecundum nullum ius habeat, proteſtatio, quo ad ſecundum, nihil operatur, ſed primo conſervat ius, quod adverſus dominum habuit, Andr. de Iſern. in d. c. uni. §. ſi facta, num. 3. &
ibi

ibi Laudenſ. numer. 2. Alvarott. num. 9. ſi de feudo defuncti &c. Zaſius de feudis, tit. qualiter feuda conſtituantur, verſic. ſecundo fal-
17 lit. Et cogitur dominus, qui jam amplius poteſtatem tradendæ poſſeſsionis non habet, præſtare vaſallo, quanti ejus intereſt, d. l. qui tibi hereditatem, C. de hered. vel action. vendit. glo. in d. § ſi facta, & ibi Andreas de Iſern. num. 2. Laudenſ. num. itidem 2. Alvarottus num. 6. quod duobus modis fieri poteſt. Nam vel pecuniam feudo æquivalentem ſolvet, vel aliud feudum conſimile pariſque æſtimationis præſtabit, Baldus in fin. de nova forma fidel. Hartman. Piſtor. quæſtio.
18 29. numer. 3. Non ſolùm verò dominus feudi, de feudo ſibi jam aperto, inveſtire aliquem poteſt, verùm etiam de illo feudo, quod nondum apertum eſt, aperietur autem, ſi vaſallus, qui ultimus eſt familiæ & agnationis ſuæ, moriatur, c. unico, § fin. de feudo dato in vicem legis commiſſ. reproband. c. unic. l. moribus, ſi de feudo defuncti content. ſit, Hartman. Piſtor, quæſtio. 25. Rolandus à Valle conſil. 1. numer. 44. & 45. in 1. volum. Andreas Geill. in pract. obſervatio. libr. 2. obſervat. ultim. Ibi tradit aliud eſſe in præbenda vacatura, quæ in ſpecie alicui con-
19 cedi non poteſt, in genere poteſt. Cæterùm

m hic inter clericum & laicum diſtinguen-
.m eſt. Nam ſi clericus aliquem inveſti-
t de feudo nondum aperto, & moriatur
tequam feudum aperiatur, ſucceſſor in-
ſtituram à defuncto factam adimplere
n cogitur: At laicus tenetur inveſtituram,
am defunctus fecit, confirmare, ſive vi-
anteceſſore, ſive mortuo feudum fuerit
ertum, c. unico, qui ſucceſſo. feud. dare te-
antur, c. unico, qui ſucceſſores teneantur,
c. unico, § moribus, ſi de feudo defuncti
ntent. ſit, c. unico, de clerico qui inveſti-
am facit, Schurffius conſil. 59. numer. 1.
itur. 2. Laudenſis in d. c. unico, numer. 2.
ſequentibus, qui ſucceſſor. feud. dare te-
antur. Diverſitatis ratio, ex diverſitate
cedendi, petenda eſt, Alvarottus d. c. u-
o, qui ſucceſſo. feud. dare teneantur. Lai-
eſt heres laici, & ſuccedit laico in uni-
rſum jus quod defunctus habuit, l. here-
as, de regulis jur. l. nihil aliud, de verbo-
n ſignificatio. ac una eademque perſona
n defuncto eſſe cenſetur, ut dicitur in au-
nt. de jurejurando à morientibus præſti-
in princip. ideoque inveſtituram à de-
ncto factam, comprobare tenetur. Heres
m contra factum defuncti venire non po-
, l. cum à matre, C. de rei vindicat. l. ſi ab eo,
C. de

C. de libera. cauſa, l. venditrici, C. de rebus alien. non alexand. l. ex qua perſona. de regulis iuris. At clericis non eſt defuncti clerici heres, non ſuccedit in univerſum ius ipſius defuncti, ſed tantum in ius Eccleſiaſticum, idque non tam hereditario quodã iure, quàm jure electionis, & ob id clericus inveſtituram ab anteceſſore factam confirmare non cogitur, quamvis alias, quæ à prædeceſſore geſta ſunt, quæque ad dignitatem & officium eius ſpectant, obſervare teneatur, Baldus & alii in l. 1. de conſtitut. princ. Iacobin de feudis, ſuper verbis, ſed an princeps, num. 1. Rolandus à Valle conſil. 1. num. 40. & conſil. 66. nu. 39. in 2. volum & conſ. 13. num. 37. in 3. volum. Ex dicta diverſitatis ratione, dicendum videtur, ſucceſſorem Imperatoris non cogi ratam habere inveſtituram, quam defunctus Imperator fecit, ſi inveſtitus vivo Imperatore feudum non eſt conſecutus. Imperator enim non iure hereditario, ſed iure
20 electionis ſuccedit. Sanè ſi inveſtitus à clerico in tempus mortis Sempronii, Sempronio conſentiente in poſſeſsionem feudi miſſus fuerit, tunc ſucceſſor, clericus, ſive Sẽpronius ante, ſive poſt dominum inveſtientem, fuerit mortuus, ad inveſtituram comprobandam obligatus eſt, d. c. vn. ibi, Niſi ille qui inveſti-

turam

ram acceperit,qui ſucceſſo. feud.dare tene-
ı. Hartman. Piſtor. quæſt. 27. Idem dicen-
ım eſt, ſi Sempronius ab initio quidem in
iſſionem non conſenſerit, ſed poſtea illam
tam habuerit: Etenim ex Novella lege Ju-
niani, omnis ratihabitio generaliter man-
ıto comparatur, prorſus retrotrahitur, &
ɔnfirmat omnia, quæ ab initio ſubſecuta
nt, l. ultim. C. ad SCtum Macedonian. l. li-
t, de judiciis, c. ratihabitionem, de regul. jur.
6. Alvarot. in c. unic. numer. 4. de alienat.
udi paterni. Idque etiam in iis, quæ ſpeciale
andatum requirunt, procedit, l. quod ſi de
eciali, & ibi Bald. de minor. l. ult. § 1. & ibi
ecius in 2. notabi. quod quiſq; jur. Tiraquel.
: utroque retractu, § 1. glo. 10. num. 64. Simi-
:er ſucceſſor clerici, inveſtituram à defun-
o factam, cõfirmare tenetur, quamvis Sem-
'onius poſt mortem domini inveſtientis de-
ſſerit, ſi clericus eum, quem in caſum mor-
s Sempronii inveſtivit, cum conſenſu Capi-
li inveſtiverit, Matthæus de Afflictis in c.
ıico, numer. 44. qui ſucceſſo. feudum dare
neantur, & in deciſ. Neapol. 101. Hoc enim
ıſu ipſa Eccleſia, quæ nunquam moritur, c.
ɔerti. 2. 12. quæſt. 2. & dictum eſt in c. proxi-
ıè præcedenti ſuprà contrahere videtur,
latth. de Afflict. deciſ. 101. Hartman. Piſto.
T quæſt.

21 quæſt. 27. Circumſpectus igitur ſit, qui in tempus mortis alterius à clerico inveſtitur, petatque ſe vel cum conſenſu Capituli inveſtiri, vel in poſſeſsionem feudi mitti, illo, qui feudum detinet, conſentiente, vel ſaltem ratum habente: conſenſus namque Capituli & miſsio in poſſeſsionem cum conſenſu, vel, ratihabitione vaſalli, faciunt, ut feudo etiam poſt domini mortem aperto, ſucceſſor domini inveſtituram confirmare compellatur. Alias autem conſenſus vaſalli, feudum detinentis, neceſſarius non eſt, prout apertè probat text. in d. c. unic. § moribus, ibi, in tali inveſtitura conſenſus ejus &c. Si de feudo defuncti contentio ſit inter dom. & agnat. c. uni. ibi, ſine voluntate vaſalli, de clerico qui inveſtituram facit, eaque Mediolanenſium & Cremonenſium ſententia fuit, c. unic. § fin. de feudo dato in vicem legis commiſſo. reprob. Et hæc, quæ de feudo Sempronii diximus, de quo quis in tempus mortis Sempronii inveſtitus eſt, intelligenda quoque ſunt de feudo Sempronii, de quo aliquis ſub quacunque alia conditione, vel etiam in diem inveſtitus fuerit, per text. in d. c. unic. qui ſucceſſo.
22 tenean. &c. Nam ſi dominus inveſtiens Titium, de feudo Sempronii ſub conditione vel in diem, moriatur, & poſtea mortuo Sempro-

pronio conditio exiſtat, aut dies veniat, ſucceſſor domini ita demum inveſtituram comprobare tenetur, ſi laicus fuerit: ſi clericus, non tenetur, niſi Titius cum conſenſu capituli inveſtitus, vel Sempronio conſentiente, aut ratum habente, in poſſeſſionem feudi miſſus fuerit, ut ſupr. eſt expoſitum, d.c. unic. qui ſucceſſo. tene. Ibi Gerhardus Niger ſimul docet, quid juris ſit, ſi Titius, qui in tempus mortis Sempronii vel ſub conditione, vel in diem, de feudo, quod Sempronius tenet, inveſtitus erat, ante Sempronium, vel antequam conditio exiſteret, aut dies veniret, mortuus fuerit. Et oſtendit Gerhardus, nonnullis placuiſſe Titium hoc caſu non aliter jus ſuum in heredem tranſmittere, quàm ſi poſt Sempronium, vel poſtquam conditio extitit, aut dies venit, deceſſerit: Alios autem contrà ſenſiſſe, tranſmittere Titium jus ſuum in heredem, quamvis ante Sempronium, vel antequam conditio exiſteret, aut dies veniret, diem ſuum obierit. Priores inveſtituram legatis aſſimilaſſe videntur. Legata ſub cõditione, vel in diem incertũ relicta, mortuo legatario ante conditionẽ vel diem, in heredẽ non tranſmittuntur, l. ſi poſt diem, l. ſi dies, quando dies legato cedat. Dixi, in diem incertum, propterea quòd legatorum in diem certum

T 2 reli-

relictorum dies ſtatim cedit, quamvis legatum peti non poſſit antequam dies venerit, d. l. ſi dies, quando dies, &c. Poſteriores inveſtituram comparârunt ſtipulationi, quæ licet fiat in diem, vel ſub conditione, in heredem tamen ſtipulatoris tranſit. Et, ut Imperator ait, ex conditionali ſtipulatione ſpes eſt debitum iri, eamq; ipſam ſpem in heredem tranſmittimus, ſi priùs, quàm conditio exiſtat, mors nobis contigerit, § ex conditionali, Inſtit. de verbor. obligat. Sic quod in diem ſtipulamur, ſtatim quidem debetur, ſed peti, priuſquam dies venerit, non poteſt, § omnis autem, Inſtit. de verbor. obligatio. Et hanc poſteriorem ſententiã Gerhardus Niger probavit, in d. c. unico, qui ſucceſſo. teneantur &
e3 meritò. Inveſtitura magis ad ſtipulationem, quàm ad legatum accedit, cum ſit actus viventium, non morientium, Jacobus Cujacius, vir doctiſſimus & de juriſprudentiæ ſtudio optimè meritus, Hartman. Piſto. in quæſtio. juris, quæſtio. 24. num. 17. in c. unic. qui ſucceſſo. teneantur. Si itaque is, qui in tempus mortis Sempronii, vel ſub conditione, vel in diem de feudo Sempronii inveſtitus erat, ante Sempronium vel conditionis exiſtentiam, vel antequàm dies veniret, deceſſerit, heres ejus inveſtituram petere poteſt, d. c.

unic

inic.qui ſucceſſò,tenantur, Et hæc ita, ut di-
:imus, procedunt, cùm quis de feudo alieno
n tempus mortis, vel in diem, vel ſub condi-
ione inveſtitur. Si quis purè de feudo alieno 24
nveſtiatur,non valet inveſtitura, ut Gerhar-
lus Niger loquitur in d. c. unic. qui ſucceſſo.
eneantur, c. unic. de clerico qui inveſtitu. fa-
it. Et ſi vaſallus poſtea decedat, feudum-
que domino aperiatur, inveſtitura, quæ ab
nitio inutilis fuit, ex poſt facto non conva-
eſcit, Alvarot. & alii, in d. c. unic. qui ſucceſ-
o. teneantur. Atque ita regula Catoniana,
quod initio vitioſum eſt, tractu temporis non
onfirmatur, l. 1. de regu. Catonia. l. quod ini-
io & l. quæ ab initio, de reg. jur. c. Imperia-
em, de prohibita feudi alien. per Frederi. hic
quoq; locum habet. Porrò inveſtituram va- 25
allus non ſolùm per ſeipſum accipere poteſt,
ed etiam per procuratorē, c. uni. § ſed utrùm,
per quos fiat inveſtitu. Paris de Puteo, de
edintegrat. feudor. c. 148. num. 3. Itemque
per nuncium, c. unic. § item inveſtit. de notis
feudo. Verſa quoq; vice dominus per procu-
ratorem & nuncium, vaſallum poteſt inveſti-
re, ut ſupr. dictis locis expreſsè traditum eſt.
Nec hic diſtinguimus inter inveſtituram pro-
priam & abuſivam: Etenim utraq; inveſtitu-
ra per interpoſitam perſonam & accipi & dari

T 3 poteſt,

poteſt, Alvarott.in d.c. uni.§ ſed utrùm, nu.2. Per quos fiat inveſtitu. Non diſtinguimus quoq;, utrùm inveſtitura de veteri fiat feudo, an de novo, quia textus ſup. dicti diſtinctionem nullam adhibent; & ubi lex non diſtinguit, nec noſtrum eſt diſtinguere, l. de pretio, de publi.in rem actio.l. 1. § generaliter, de legat.præſtan.l.à procuratore, C.mandati. Sanè ſi quæratur coram quibus inveſtitura debeat fieri, ad diſtinctionem veteris & novi feudi
26 recurrendum erit. Inveſtitura novi feudi, non aliter rectè fit, quàm ſi fiat coram paribus curiæ, hoc eſt, coram convaſallis. Illi enim pares curiæ dicuntur, ut ſuprà c. 2. expoſitum eſt: Ita ab Oberto de Orto traditum eſt, in c.unic. in princ. quid ſit inveſtitura. Ideo autem coram paribus curiæ vaſallus, qui de novo feudum conſequitur, inveſtiri debet, ne quid ab exteris in perniciem domini falſitatis excogitetur, qua ſuſpicione pares curiæ non poſſunt onerari, cùm arctiori fidei vinculo domino ſuo obſtricti ſint, c unic. § idcircò, de notis feudo. Quòd ſi dominus pares curiæ non habuerit, tunc etiam extranei admittuntur, d. c. unic. § ſi autem inveſtitura, quid ſit inveſtitu. quod ipſum etiã oſtenditur, in c.unic. § quod autẽ dictum eſt, de conſuetud.recti feudi. Ibi dicitur, quod dictum eſt, ut per pares probetur

etur inveſtitura, intelligendum eſt de eo
lomino, qui alios habet vaſallos, cæterùm
ufficiunt extranei. Cæterùm quod notan-
lum eſt, ibi pro alioquin accipitur, ut & in
Pandectarum libris ſæpius, l. ſi aliena res, §
ılt. de uſurpat. & uſucap. l. & heredi § cæte-
ùm, de pact. l. licet, verſ. cæterùm, de jure do-
ium. Hoc ampliùs, ſi tempore inveſtitionis
pares abfuerint, expectari debent, ſi mox ſint
reverſuri, c. unico, § nec dicatur, de cõſuetud.
ecti feudi. Si diutius ſint emanſuri, in illorum
locũ extranei adhiberi poſſunt, c. uni. § teſtes
verò, ſi de inveſtitura inter dom. & vaſallum
lis oriatur. Si fiat inveſtitura de veteri feudo,
ufficiunt teſtes extranei, c. unic. § fin. qui te-
ſtes ſunt neceſſarii ad novam inveſtitu. Et
nanc diſtinctionem inter pares & extraneos
equimur, quando dominus inveſtiens eſt
aicus: ſi clericus quem inveſtiverit, ſup. dicta
diſtinctione non utimur, & ut Gerhardus
Niger inquit: In clericorum feudo pariter ac- 28
ipiuntur pares & extranei, idque ideo, quòd
lerici, cum quoſdam de feudo inveſtiunt,
æpè abſconsè & ſine præſentia ſuorum con-
ratrum hoc facere ſtudent, c. unic. § in cleri-
orũ, ſi de inveſtit. inter dominum & vaſal-
um lis oriatur. Nec obſtat c. unicũ, in princ.
qui teſtes ſint neceſſarii ad novam inveſti-
 turam

turam proban. in quo dicitur, ſive clericus ſive laicus ſit dominus, ad probandam novam inveſtituram, ſemper pares curiæ eſſe neceſſarios. Nam ut Jacobus de Belviſo, Alvarottus, Fridericus Schenck & alii ibi notarunt, textus ille loquitur de clerico, qui de propriis rebus inveſtituram facit: Alii exiſtimant nonnullos de clerico idem ſenſiſſe, quod de laico, quòd ſcilicet clericus de novo feudo vaſallum non aliter rectè inveſtire poſſit, quam ſi coram paribus curiæ id faciat, d.c. unic. in princ. qui teſtes ſint neceſſarii, ſed Gerhardum Nigrum in contraria fuiſſe ſententia, d.c. unico, ſi de inveſtitu. inter dominũ & vaſallum, lis oriatur. Sic Gerhardus Niger ab aliis diſſenſit in hac quæſtione, an inveſtitura poſſit fieri in ſcriptis ſine parium confirmatione vel ſubſcriptione. Et ipſe quidem putavit, non valere inveſtituram in ſcriptis factam, niſi pares curiæ ſe ſubſcripſerint, d.c. unico, qui teſtes ſunt neceſſarii ad novam inveſtituram probandam. Eandem ſententiam probavit quoque Obertus de Orto, ut conſtat ex d. c. unic. qui teſtes ſunt neceſſarii, &c. & ex c. unic. § 1. quid ſit inveſtit. Alii verò contrà ſenſerunt, parium ſubſcriptionem neceſſariam non eſſe, ſed ſufficere, ſi breve teſtatũ, ſive inſtrumentum publicum, per quoſcun-

que

ue alios fuerit ſubſcriptum, d.c. unic. qui te-
es ſunt neceſſarii, &c. De tempore quæri- 29
ir, intra quod petenda eſt inveſtitura: & qui-
em conſuetudinibus feudalib. nullum cer-
im tempus definitum eſt, intra quod novi
udi inveſtitura debeat peti, ſed hoc tantum
aditum eſt, vaſallum, cui dominus feudum
romiſit, ad requiſitionem domini, fidelita-
s juramentum præſtare debere: quod ſi va-
llus ter admonitus, fidelitatem domino fa-
re recuſaverit, dominus poſtea vaſallum
veſtire non tenetur, c.un.§.1.quæ fuit prima
uſa benefic. amittendi, Sylvanus in tractat.
feudi cognit. quæſt. 6. Antiqui verò ſive 30
terni feudi renovatio intra annũ & diem,
ii non niſi à tempore ſcientiæ currit, Rolan.
Valle conſ. 40. nu. 5. cum ſeqq. in 3. volum.
artman. Hartman. in pract. obſer. titu. de feu
s, obſer. 9. petenda eſt. Sic enim à Lothario
nſtitutũ eſt, c. uni. §. fin. de prohibita feudi
ienat. per Lothariũ, & à Friderico in c. Im-
rialẽ, § præterea, ſi quis infeudatus, de pro-
bita feud. alien. per Frideric. idemq; proba-
r c. uni. in pri. quæ fuit prima cauſa beneficii
nittendi, & c. uni. in pri. de capitulis Conra-
Ratio primũ hæc redditur, quia petitio in-
ſtituræ ſignum eſt reverentiæ, quam vaſal-
domino exhibere debet: atq; ita commu-

niter Interpp. ſentiunt, Franc. Curtius in tractatu feudali, quarta parte, in 23. cauſa privationis feudi, Julius Clar. in § feudum, quæſt. 49. Deinde & hæc cauſa aſsignatur, quòd juramentum à defuncto præſtitum perſonam ipſius jurantis non egreditur. Juramentum enim ex parte jurantis eſt perſonale, Abbas & Dd. in c. veritatis, de jurejur. Covarr. in c. quamvis, in 1. part relectio. § quinto, num. 4. de pactis, in 6. Anton. Gabr. Roman. lib. 2. cõmun. concluſ. titu. de jurejurando, concluſ. 6. Neceſſe itaq; eſt, ut filius vaſalli proprio juramento ſe obliget ad fidelitatem, quod facit, cum ſe à domino de feudo defuncti parentis inveſtiri petit, Julius Clarus in § feudum, d. quæſtio. 49. Additur tertiò & hæc ratio, ideo recognitionem feudi fieri, ne longinquitate temporis obſcuretur, & dubium reddatur jus domini, Sylvanus de feudi recognitio. quæ-
31 ſtio. 12. Cur autem non intra annum, ſed intra annum & diem petenda ſit inveſtitura, ejus rationem idoneam & ſufficientem reddi non poſſe, Alvarottus in c. unico, in princ. colum. 5. & ibi Præpoſitus colum. 2. verſicu. ſed ego puto, quæ ſit prima cauſa beneficii amittendi, Laurentius Sylva. de feudi recognit. quæſtio. 14. Franciſ. Curt. jun. in tract. feudor. quarta parte, in 23. cauſa privationis feudi,

di, exiſtimârunt. Et quamvis non omnium, quæ conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt, l. non omnium, d. ll. & ideo rationes eorum, quæ conſtituta & recepta ſunt, ſcrupuloſius inquirendæ non ſunt, l. & ideo, de ll. tamen ut ego equidem ſuſpicor, ideo anno dies adjectus eſt, ut oſtendatur annum finiri eodẽ die menſis, quo incepit. Verbi gratia: mortuus eſt dominus feudi primo die menſis Octobris, quæſtionis eſt, an hic dies in annum computari debeat, an non: Et multum refert, utrum dicamus: ſi enim dies ille, quo dominus feudi obiit, in annum computabitur, finietur annus ultimo die menſis Septembris, & ſequens annus iterum incipiet à primo die menſis Octobris: ſi verò dies mortis domini, primus Octobris in annum non fuerit cõputatus, finietur annus primo die ejuſdem menſis anni ſequentis, & annus ſequens non incipiet, niſi à ſecundo die menſis Octobris. Et hanc poſteriorem ſententiam conſuetudines feudales probaſſe, & ideo diem anno adjeciſſe videntur, ut ancipitem & dubiam illam, in utramq; partem diſputatam quæſtionem, an dies termini computetur in termino, dirimerent, de qua prolixè Tiraquellus de utroq; retractu, § gloſ. 11. num. 17. cum multis ſequentibus, & num. 61. cum ſeqq. Mynſingerus in 5. centuria,
obſer-

21 quæſt. 27. Circumſpectus igitur ſit, qui in tempus mortis alterius a clerico inveſtitur, petatque ſe vel cum conſenſu Capituli inveſtiri, vel in poſſeſsionem feudi mitti, illo, qui feudum detinet, conſentiente, vel ſaltem ratum habente: conſenſus namque Capituli & miſsio in poſſeſsionem cum conſenſu, vel, ratihabitione vaſalli, faciunt, ut feudo etiam poſt domini mortem aperto, ſucceſſor domini inveſtituram confirmare compellatur. Alias autem conſenſus vaſalli, feudum detinentis, neceſſarius non eſt, prout apertè probat text. in d. c. unic. § moribus, ibi, in tali inveſtitura conſenſus ejus &c. Si de feudo defuncti contentio ſit inter dom. & agnat. c. uni. ibi, ſine voluntate vaſalli, de clerico qui inveſtituram facit, eaque Mediolanenſium & Cremonenſium ſententia fuit, c. unic. § fin. de feudo dato in vicem legis commiſſo. reprob. Et hæc, quæ de feudo Sempronii diximus, de quo quis in tempus mortis Sempronii inveſtitus eſt, intelligenda quoque ſunt de feudo Sempronii, de quo aliquis ſub quacunque alia conditione, vel etiam in diem inveſtitus fuerit, per text. in d. c. unic. qui ſucceſſo.

22 tenean. &c. Nam ſi dominus inveſtiens Titium, de feudo Sempronii ſub conditione vel in diem, moriatur, & poſtea mortuo Sempro-

pronio conditio exiſtat, aut dies veniat, ſucceſſor domini ita demum inveſtituram comprobare tenetur, ſi laicus fuerit: ſi clericus, non tenetur, niſi Titius cum conſenſu capituli inveſtitus, vel Sempronio conſentiente, aut ratum habente, in poſſeſſionem feudi miſſus fuerit, ut ſupr. eſt expoſitum, d.c. unic. qui ſucceſſo. tene. Ibi Gerhardus Niger ſimul docet, quid juris ſit, ſi Titius, qui in tempus mortis Sempronii vel ſub conditione, vel in diem, de feudo, quod Sempronius tenet, inveſtitus erat, ante Sempronium, vel antequam conditio exiſteret, aut dies veniret, mortuus fuerit. Et oſtendit Gerhardus, nonnullis placuiſſe Titium hoc caſu non aliter jus ſuum in heredem tranſmittere, quàm ſi poſt Sempronium, vel poſtquam conditio extitit, aut dies venit, deceſſerit: Alios autem contrà ſenſiſſe, tranſmittere Titium jus ſuum in heredem, quamvis ante Sempronium, vel antequam conditio exiſteret, aut dies veniret, diem ſuum obierit. Priores inveſtituram legatis aſſimilaſſe videntur. Legata ſub cõditione, vel in diem incertũ relicta, mortuo legatario ante conditionẽ vel diem, in heredẽ non tranſmittuntur, l. ſi poſt diem, l. ſi dies, quando dies legato cedat. Dixi, in diem incertum, propterea quòd legatorum in diem certum

relictorum dies ſtatim cedit, quamvis lega-
tum peti non poſſit antequam dies venerit, d.
l. ſi dies, quando dies, &c. Poſteriores inveſti-
turam comparârunt ſtipulationi, quæ licet
fiat in diem, vel ſub conditione, in heredem
tamen ſtipulatoris tranſit. Et, ut Imperator
ait, ex conditionali ſtipulatione ſpes eſt debi-
tum iri, eamq; ipſam ſpem in heredem tranſ-
mittimus, ſi prius, quàm conditio exiſtat,
mors nobis contigerit, § ex conditionali, In-
ſtit. de verbor. obligat. Sic quod in diem ſti-
pulamur, ſtatim quidem debetur, ſed peti,
priuſquam dies venerit, non poteſt, § omnis
autem, Inſtit. de verbor. obligatio. Et hanc
poſteriorem ſententiã Gerhardus Niger pro-
bavit, in d. c. unico, qui ſucceſſo. teneantur &
3 meritò. Inveſtitura magis ad ſtipulationem,
quàm ad legatum accedit, cum ſit actus vi-
ventium, non morientium, Jacobus Cuja-
cius, vir doctiſſimus & de juriſprudentiæ ſtu-
dio optimè meritus, Hartman. Piſto. in quæ-
ſtio. juris, quæſtio. 24. num. 17. in c. unic. qui
ſucceſſo. teneantur. Si itaque is, qui in tem-
pus mortis Sempronii, vel ſub conditione,
vel in diem de feudo Sempronii inveſtitus
erat, ante Sempronium vel conditionis exi-
ſtentiam, vel antequàm dies veniret, deceſſe-
rit, heres ejus inveſtituram petere poteſt, d. c.

unic

unic. qui ſucceſſò. teneantur, Et hæc ita, ut diximus, procedunt, cùm quis de feudo alieno in tempus mortis, vel in diem, vel ſub conditione inveſtitur. Si quis purè de feudo alieno 24
inveſtiatur, non valet inveſtitura, ut Gerhardus Niger loquitur in d. c. unic. qui ſucceſſo. teneantur, c. unic. de clerico qui inveſtitu. facit. Et ſi vaſallus poſtea decedat, feudumque domino aperiatur, inveſtitura, quæ ab initio inutilis fuit, ex poſt facto non convaleſcit, Alvarot. & alii, in d. c. unic. qui ſucceſſo. teneantur. Atque ita regula Catoniana, quod initio vitioſum eſt, tractu temporis non confirmatur, l. 1. de regu. Catonia. l. quod initio & l. quæ ab initio, de reg. jur. c. Imperialem, de prohibita feudi alien. per Frederi. hic quoq; locum habet. Porrò inveſtituram va- 25
ſallus non ſolùm per ſeipſum accipere poteſt, ſed etiam per procuratorē, c. uni. § ſed utrùm, per quos fiat inveſtitu. Paris de Puteo, de redintegrat. feudor. c. 148. num. 3. Itemque per nuncium, c. unic. § item inveſtit. de notis feudo. Verſa quoq; vice dominus per procuratorem & nuncium, vaſallum poteſt inveſtire, ut ſupr. dictis locis expreſsè traditum eſt. Nec hic diſtinguimus inter inveſtituram propriam & abuſivam: Etenim utraq; inveſtitura per interpoſitam perſonam & accipi & dari

 poteſt.

Digitized by Google

poteſt, Alvarott.in d.c. uni.§ ſed utrùm, nu.2. Per quos fiat inveſtitu. Non diſtinguimus quoq;, utrùm inveſtitura de veteri fiat feudo, an de novo, quia textus ſup. dicti diſtinctionem nullam adhibent; & ubi lex non diſtinguit, nec noſtrum eſt diſtinguere, l. de pretio, de publi.in rem actio.l. 1. § generaliter, de legat.præſtan.l.à procuratore, C.mandati. Sanè ſi quæratur coram quibus inveſtitura debeat fieri, ad diſtinctionem veteris & novi feudi
26 recurrendum erit. Inveſtitura novi feudi, non aliter rectè fit, quàm ſi fiat coram paribus curiæ, hoc eſt, coram convaſallis. Illi enim pares curiæ dicuntur, ut ſuprà c. 2. expoſitum eſt: Ita ab Oberto de Orto traditum eſt, in c.unic. in princ. quid ſit inveſtitura. Ideo autem coram paribus curiæ vaſallus, qui de novo feudum conſequitur, inveſtiri debet, ne quid ab exteris in perniciem domini falſitatis excogitetur, qua ſuſpicione pares curiæ non poſſunt onerari, cùm arctiori fidei vinculo domino ſuo obſtricti ſint, c unic. § idcircò, de notis feudo. Quòd ſi dominus pares curiæ non habuerit, tunc etiam extranei admittuntur, d. c. unic. § ſi autem inveſtitura, quid ſit inveſtitu. quod ipſum etiã oſtenditur, in c.unic. § quod autẽ dictum eſt, de conſuetud.recti feudi. Ibi dicitur, quod dictum eſt, ut per pares probetur

betur inveſtitura, intelligendum eſt de eo domino, qui alios habet vaſallos, cæterùm ſufficiunt extranei. Cæterùm quod notandum eſt, ibi pro alioquin accipitur, ut & in Pandectarum libris ſæpius, l. ſi aliena res, § ult. de uſurpat. & uſucap. l. & heredi § cæterùm, de pact. l. licet, verſ. cæterùm, de jure dotium. Hoc ampliùs, ſi tempore inveſtitionis pares abſuerint, expectari debent, ſi mox ſint reverſuri, c. unico, § nec dicatur, de cōſuetud. recti feudi. Si diutius ſint emanſuri, in illorum locū extranei adhiberi poſſunt, c. uni. § teſtes verò, ſi de inveſtitura inter dom. & vaſallum lis oriatur. Si fiat inveſtitura de veteri feudo, ſufficiunt teſtes extranei, c. unic. § fin. qui teſtes ſunt neceſſarii ad novam inveſtitu. Et hanc diſtinctionem inter pares & extraneos ſequimur, quando dominus inveſtiens eſt laicus: ſi clericus quem inveſtiverit, ſup. dicta diſtinctione non utimur, & ut Gerhardus Niger inquit: In clericorum feudo pariter ac- 28 cipiuntur pares & extranei, idque ideo, quòd clerici, cum quoſdam de feudo inveſtiunt, ſæpè abſconsè & ſine præſentia ſuorum confratrum hoc facere ſtudent, c. unic. § in clericorū, ſi de inveſtit. inter dominum & vaſallum lis oriatur. Nec obſtat c. unicū, in princ. qui teſtes ſint neceſſarii ad novam inveſti-

turam proban. in quo dicitur, ſive clericus ſive laicus ſit dominus, ad probandam novam inveſtituram, ſemper pares curiæ eſſe neceſſarios. Nam ut Jacobus de Belviſo, Alvarottus, Fridericus Schenck & alii ibi notarunt, textus ille loquitur de clerico, qui de propriis rebus inveſtituram facit: Alii exiſtimant nonnullos de clerico idem ſenſiſſe, quod de laico, quòd ſcilicet clericus de novo feudo vaſallum non aliter rectè inveſtire poſſit, quam ſi coram paribus curiæ id faciat, d. c. unic. in princ. qui teſtes ſint neceſſarii, ſed Gerhardum Nigrum in contraria fuiſſe ſententia, d. c. unico, ſi de inveſtitu. inter dominū & vaſallum, lis oriatur. Sic Gerhardus Niger ab aliis diſſenſit in hac quæſtione, an inveſtitura poſſit fieri in ſcriptis ſine parium confirmatione vel ſubſcriptione. Et ipſe quidem putavit, non valere inveſtituram in ſcriptis factam, niſi pares curiæ ſe ſubſcripſerint, d. c. unico, qui teſtes ſunt neceſſarii ad novam inveſtituram probandam. Eandem ſententiam probavit quoque Obertus de Orto, ut conſtat ex d. c. unic. qui teſtes ſunt neceſſarii, &c. & ex c. unic. §1. quid ſit inveſtit. Alii verò contrà ſenſerunt, parium ſubſcriptionem neceſſariam non eſſe, ſed ſufficere, ſi breve teſtatū, ſive inſtrumentum publicum, per quoſcun-

que

que alios fuerit ſubſcriptum, d.c. unic, qui te-
tes ſunt neceſſarii, &c. De tempore quæri- 29
ur, intra quod petenda eſt inveſtitura: & qui-
lem conſuetudinibus feudalib. nullum cer-
um tempus definitum eſt, intra quod novi
eudi inveſtitura debeat peti, ſed hoc tantum
raditum eſt, vaſallum, cui dominus feudum
promiſit, ad requiſitionem domini, fidelita-
is juramentum præſtare debere: quod ſi va-
allus ter admonitus, fidelitatem domino fa-
ere recuſaverit, dominus poſtea vaſallum
nveſtire non tenetur, c.un.§.1.quæ fuit prima
auſa benefic. amittendi, Sylvanus in tractat.
le feudi cognit. quæſt. 6. Antiqui verò ſive 30
aterni feudi renovatio intra annũ & diem,
ui non niſi à tempore ſcientiæ currit, Rolan.
Valle conſ.40. nu. 5. cum ſeqq. in 3. volum.
Hartman. Hartman. in pract. obſer. titu. de feu
is, obſer. 9. petenda eſt. Sic enim à Lothario
onſtitutũ eſt, c. uni. §. fin. de prohibita feudi
lienat. per Lothariũ, & à Friderico in c. Im-
eriale, § præterea, ſi quis infeudatus, de pro-
ibita feud. alien. per Frideric. idemq; proba-
ır c. uni. in pri. quæ fuit prima cauſa beneficii
nittendi, & c. uni. in pri. de capitulis Conra-
. Ratio primũ hæc redditur, quia petitio in-
eſtituræ ſignum eſt reverentiæ, quam vaſal-
s domino exhibere debet: atq; ita commu-

di, exiſtimârunt. Et quamvis non omnium, quæ conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt, l. non omnium, d. ll. & ideo rationes eorum, quæ conſtituta & recepta ſunt, ſcrupuloſius inquirendæ non ſunt, l. & ideo, de ll. tamen ut ego equidem ſuſpicor, ideo anno dies adjectus eſt, ut oſtendatur annum finiri eodē die menſis, quo incepit. Verbi gratia: mortuus eſt dominus feudi primo die menſis Octobris, quæſtionis eſt, an hic dies in annum computari debeat, an non: Et multum refert, utrum dicamus: ſi enim dies ille, quo dominus feudi obiit, in annum computabitur, finietur annus ultimo die menſis Septembris, & ſequens annus iterum incipiet à primo die menſis Octobris: ſi verò dies mortis domini, primus Octobris in annum non fuerit cōputatus, finietur annus primo die ejuſdem menſis anni ſequentis, & annus ſequens non incipiet, niſi à ſecundo die menſis Octobris. Et hanc poſteriorem ſententiam conſuetudines feudales probaſſe, & ideo diem anno adjeciſſe videntur, ut ancipitem & dubiam illam, in utramq; partem diſputatam quæſtionem, an dies termini computetur in termino, dirimerent, de qua prolixè Tiraquellus de utroq; retractu, § gloſ.11.num. 17.cum multis ſequentibus, & num.61.cum ſeqq. Mynſingerus in 5.centuria,
obſer-

Digitized by Google

obſerva. 15. Fornerius in l. ſi quis ſic dixerit, de verbor. ſignificat. Inter annum igitur & diem vaſallus inveſtituram ſive feudi renovationem petere tenetur, quod ſi non fecerit, tanquam ingratus feudo privatur, ut juribus ſupra dictis probatur, & dicetur in c. proximè
32 ſequenti latius. Hoc tamen Dd. non in omnibus vaſallis, ſed ſolummodò in privatis vaſallis intelligunt. Milites autem vaſallos, tradunt ad petendam inveſtituram habere annum & menſem, atq; ita de militibus vaſallis accipiunt textum in c. unic. quo tempore miles inveſtituram petere debeat, uti dicitur, militem ultra annum & menſem inveſtituræ petitionem differre non debere. Petrus Jacobi in pract. in forma libelli de condictione ex moribus pro feudo aperto, ſub capite, de cauſis ex quibus feudum amittitur, num. 2. Et quamvis diſtinctionem inter vaſallum militem & privatum, cõmuni ſuffragio Dd. probant, ut dicit Franciſcus Curtius jun. in tractatu de feudis, quarta parte, in 23. cauſa privationis feudi, in tertia limitatione, & Alvarottus teſtatur, in d. c. unic. numer. 7. verſ. oppono, cum gloſſ. quarta, quo tempore miles inveſtituram petere debeat, Hartmannus Hartmanni in practicis obſervationibus, tit. de feudis, c. 12. Jul. Clarus in § feudum,

quæſt.

quæſt.49.num. 2. tamen Jacob. Cujac. hujus
ætatis ICtus princeps, Petrus Faber, in l. qui
cum alio, de regul. juris, in d. c. unico, quo
tempore miles &c. inter vaſallum militem
& privatum, quo ad tempus petendæ inveſti-
turæ nihil intereſſe, exiſtimat, propterea quòd
miles, quo verbo Gerhardus Niger in d. c.
unic. utitur, non eum qui militiam ſequitur,
ſed vaſallum in conſuetudinibus feudalibus,
quemadmodum infinitis textibus probatur,
ſignificat. Et Cujacius verbum, menſem, ex-
pungendum cenſet, atque ita legendum eſſe:
ſancimus ut nemo miles ultra annum & di-
em vadat, &c. Quòd ſi vaſallus moriatur 33
pluribus heredibus relictis, heredes ſinguli
inveſtituram petere & domino jurare de-
bent, niſi fortè feudum ad unum ex diviſio-
ne pervenit: tunc enim is ſolus inveſtituram
petit, Andreas de Iſernia in c. unic. § omnes
alii, & ibi Præpoſitus & alii, ſi de feudo defun-
cti contentio ſit, &c. Zaſ. in epitom. de feudis,
part. 7. num. 10. Poſſunt quoq; heredes ſecun- 34
dum receptam Germaniæ conſuetudinem,
unum eligere, qui tanquam curator, omnium
nomine inveſtituram petat & juret, Hart-
man. Hartmanni in pract. obſervat. titul. de
feudis obſervatio. 20. VVurmbſerus in pract.
obſervat. titul. de feudis, obſervatio. 44.
Sic

Digitized by Google

35 Sic è contrario, ſi dominus feudi moriatur,
pluribus heredibus relictis, ab omnibus in-
veſtitura eſt petenda, & vaſallus omnibus
præſtat juramentum, niſi heredes unum eli-
gant & conſtituant, à quo inveſtitura peti, &
cui omnium nomine, fidelitatis ſacramen-
tum præſtari debeat, Andreas de Iſernia in d.
c.unic.num.5.& ibi Præpoſit.num.2.ſi de feu-
36 do defuncti, &c. Zaſius d. part.7.num.11. Il-
lud nunc notandum eſt, quòd dominus feu-
di tempus petendæ inveſtituræ minuere &
coarctare non poteſt. Illud enim tempus in
favorem vaſallorum introductũ eſt: And. de
Iſernia, Alvarott. Præpoſit. & alii in d.c.unic.
quo tempore miles inveſtituram &c. Jaco-
bin.de feudis,ſup.verbis,qui quidem inveſtiti
præſtiterunt &c.num.33. Rolan. à Valle conſ.
18.num. 12. in 1. volu. & conſ.64. nu.15.in 2.
volum.Chaſſanæ.in conſuet. Burgun.Rubr.3.
de fieds.§ 1.num.6.cum ſequent.prorogari au-
tem poteſt, Lauren. Sylvan. de feudi recogn.
quæſt. 16. idq; rectiſſimè, argumento tempo-
ris quod judicatis ad ſolvendum datur, tradi-
tum eſt. Illud enim tẽpus minuere judex non
poteſt,ampliare poteſt,l.4.§ ſi quis cõdemna-
37 tus, de re judica. Supereſt, ut de juramen-
to fidelitatis dicamus, & quomodo inveſti-
tura debeat probari. Facta inveſtitura te-
netur

etur vaſallus fidelitatem domino præſtare,
.unic.§ fin.de nova forma fidelit. c.unic.quid
ræcedere debeat, an inveſtitura vel fideli-
is: quòd ſi facere renuat,feudum non conſe-
uitur, c.unic. § fin.de nova forma fidel. Feu-
um enim propter fidelitatem & ſervitia da-
ır, & à fidelitate nomen accepit, quemad-
ıodum Obertus de Orto tradidit in c. unic. §
n.per quos fiat inveſtitura, & dictum eſt la-
us c.1. ſup. Si tamē inter dominum & vaſal-
m ab initio convenerit, ne fidelitas præſta-
tur, rata habebitur conventio, poteſt nam-
ıe pacto, juramentum fidelitatis remitti, d.
unic. § fin. per quos fiat inveſtitur. Et ſunt
ıædam feuda, pro quibus fidelitas non eſt
æſtanda,c.unic.§ eſt & alii ingratitudo, quæ
it prima cauſa beneficii amittendi. Fideli-
s, id eſt, juramentum fidelitatis. Solum e-
m juramentum fidelitatis pacto remitti po-
t,fides verò nunquam, ut d. c. 1. ſup.eſt ex-
ſitum. Et jurat vaſallus fidelitatem pro ſe,
n pro ſucceſſoribus, Alvarot.in c. unico,in
nc. num.7. quæ fuit prima cauſa benefic.
ıitten. Hartman. Hartmanni in pract. ob-
vat. titu. de feudis, obſervat. 14. Formu- 38
autem juramenti triplex in conſuetudini-
s feudalibus præſcribitur. Prima proponi-
ſub titulo, qualiter jurare debeat va-
ſallus

ſallus domino fidelitatem. Secunda ſub titulo de forma fidelitatis. Tertia ſub titulo de nova forma fidelitatis: & in effectu, dictæ tres formulæ, in unum idemque recidunt: Etenim vaſallus fidelitatem domino ſuo jurat, & verbum fidelitatis, integram & perfectam in ſe continet fidelitatem, d. c. unic. § quod verbum, de nova forma fidelitatis, hoc eſt, verbum fidelitatis generale verbum eſt, & omnia comprehendit, quæ ſpecialiter in juramento exprimi poſſunt, ſed, ut dicitur in d. c. unic. de nova form. fidel. propter ſimplices & ignaros ſignificationis nominis, latior explicatio additur, propterea maximè, ne ſi quando vaſallus contra juramentum veniat, ignorantiæ excuſationem prætendere poſſit. Sic ergo jurat vaſallus: *Ego Titius juro ſuper hæc ſancta Dei Evangelia, quòd ab hac hora in antea uſq; ad ultimum diem vitæ meæ, ero fidelis tibi domino meo contra omnem hominem, excepto Imperatore vel Rege, hoc eſt, juro quòd nunquam ſcienter ero in conſilio vel auxilio, vel in facto, quòd tu amittas vitam vel membrum aliquod, vel quòd tu recipias in perſona aliquam læſionem vel injuriam vel contume-*

*umeliam, vel quod tu amittas aliquem ho-
iorem, quem nunc habes, vel in antea habe-
is, & ſi ſcivero vel audivero de aliquo qui
elit aliquod iſtorum contra te facere, pro
oſſe meo, ut non ſiat, impedimentum præ-
tabo. Et ſi impedimentum præſtare ne-
uivero, quàm citò potero, tibi renuncia-
o, & contra eum, prout potero, auxili-
m meum tibi præſtabo, & ſi contigerit
e rem aliquam, quam habes vel habebis,
njuſte vel fortuitò caſu amittere, eam re-
uperare juvabo, & recuperatam omni tem-
ore retinere. Et ſi ſcivero, te velle juſte
liquem offendere, & inde generaliter vel
ecialiter fuero requiſitus, meum tibi, ſicut
otero, præſtabo auxilium. Et ſi aliquid
ibi de ſecreto manifeſtaveris, illud ſine tua
icentia nemini pandam, vel quod pandatur
iciam, & ſi conſilium meum ſuper aliquo
acto poſtulaveris, illud tibi dabo conſilium,
uod mihi videbitur magis expedire tibi,
& nunquam ex perſona mea aliquid fa-
iam ſcienter, quod pertineat ad tuam vel
uorum injuriam vel contumeliam*, c. uni-

co, de nova forma fidelit. Et hæc eſt nova
forma fidelitatis, qua hodiè in omnibus ferè
curiis utuntur, ut dicitur in d. c. unico, de no-
va forma fidelitat. Et ſecundùm hanc for-
mam vaſallus domino ſuo fidelitatem pro-
39 mittit. Quòd ſi in aliam formam, quam eam,
quæ modo tradita, vel alias antiquitùs rece-
pta eſt, jurare vaſallus jubeatur, poterit jus-
jurandum recuſare. Fidelitatis namque jura-
mentum ſive ex juris præſcripto, ſive ex mo-
ribus diuturnis formam accepit, ſui ſimile eſ-
ſe, neque novis & inſolitis capitibus, & ſecus
quàm ante juratum eſt, concipi aut urgeri de-
bet, Laudenſ. in c. unic. num. 2. & 3. qualiter ju-
rare vaſallus dom. debeat. fidel. Alvarott. in
c. unic. nume. 10. de forma fidelita. Jacobin.
de feud. ſuper verbis, qui quidē inveſtiti præ-
ſtiterunt juramentū fidelitatis, num. 2. Mon-
tan. libr. 5. feud. c. 1. Hartman. Hartmanni in
practicis obſervat. titul. de feudis, obſerv. 14.
Tiraquel. de utroque retractu, § 32. gl. 1. num.
39. Quinimè juramentum per vim & metum
præſumitur extortum, ſi vaſallus contra anti-
quam formam juraverit. Baldus in c. unic. nu.
1. ibi ſcribit, ſe in facti contingentia ita re-
ſpondiſſe, qualiter jurare debeat vaſallus do-
mino fidelitatem, Roland. a Valle conſ. 18.
40 num. 10. in 3. volum. Congruit autem ſupr. di-

cta

ta forma juramenti feudo non ligio, id eſt,
i feudo, quod ab alio quam ab Imperatore
el Rege ſuperiorem non agnoſcente, reco-
noſcitur, quod illa juramenti verba, excepto
mperatore vel Rege, oſtendunt, & ita in
mni juramento fidelitatis, Imperator in ſpe-
ie nominatim excipi debet, & ſi nominatim
on fuerit exceptus, exceptus tamen intelli-
itur, quemadmodum traditum eſt in capi-
ulo Imperialem, § final. & ibi paſſim Dd.no-
irunt, de prohibita feudi alien. per Frideric.
errarienſ: pract. in forma libelli ad revoca-
onem feudi, ſuper verbis, contra debitum
delitatis juramentum, numer. 2. & diximus
uprà in feudorum diviſionibus, c. 4. Gun-
herus lib. 8.

Præterea quotiens, feudali jure recepto,
aſallus domino fidei juramina præſtat,
xcipiendus erit Romanus nomine princeps.

Dicitur in juramento, contra omnem ho- 41
minem: An igitur vaſallus domino con-
ra ſeipſum auxiliabitur? minimè verò, c.
nic. § fin. & ibi Dd. hic finitur lex, Jacobi.
e feudis, ſuper verbis, & promiſerunt, n. 13.
uinus conſ. 42. incipiente: quoniam ſcio,
um. 15. & conſ. 43. incipiente: quia ad ple-
um, num. 17. in 4. volum. In generali enim
ermone, perſona loquentis non contine-

V 2 tur.

tur, nec videtur conſenſiſſe in his, quæ ſunt contra ſeipſum.l.1.& ibi Bartolus de Senato. l.Paulus,§ fi.& ibi quoq; Bart. de pignor. Sylvanus de feudi recognit.quæſt.109.nu.12.Roland.à Valle conſil.86.num.42.in 1.volum.& conſ.5.num.37.in 3.vol.Grãmat. conſ.civili 8. num.6.& conſ.126.num.8.& 9.Anton. Gabr. Roman.lib.6.cõmun.cõcluſ.tit.de verbor. ſignifi.cõcluſ.9.Tiberius Decianus reſponſ.25. num.85.in 1.volu. Hinc pulcrè Alber. de Roſat.& Baldus in l.frater à fratre,de condictione indebit.tradiderunt,quòd promittens principi accommodare arcem contra quemcunque, non tenetur arcem illam accommodare contra ſeipſum, Imo etſi in ſpecie promiſiſſet, accommodare contra ſeipſum, non tamen teneret talis promiſsio, Bald. in c.Imperialem,§.fina.de prohibita feud.alien. per Frideric. & vaſallus fidelis debet eſſe domino, ſed ſibi ipſi magis, cùm prima charitas incipiat à ſe ipſo,l.præſes,C.de ſervit.& aqua. Ibi dicitur durum & crudelitati proximum eſſe, ex tuis prædiis aquæ agmen ortum, ſitientibus agris tuis, ad aliorum uſum vicinorum, injuria propagari, c.ſi non licet,23.quæſtio.5. Rolandus à Valle conſ.86.num.69. in 1.volu. & charitas ordinata ſe plus amat in ungue pedis, quàm adverſarium in vertice capitis,

Bald.

Bald.conſ.312.viſis actis,colum. 1.lib.4.quod Græci hoc proverbio γόνυ κνήμης ἔγγιον, id eſt,genu ſura propius eſt,ſignificarũt, Ariſtoteles lib.9.ethic,c.8. Theocritus Idyllio 16. Sic vaſallus non tenetur domino,cui fidelita- 42
tis juramentum præſtitit, operam ſuam contra patriam accommodare, Alvarot.c.unico, num.6.de nova forma fidelit. Jacobin.de feudis ſuper verbis, qui quidem inveſtit.numer. 15. & rurſus ſuper verbis,& promiſerunt,nu. 13.& 32. Sylvanus de feudi recognitio. quæſtio.109.nu.17.quamvis dominum contra parentem adjuvare debeat,c.unico, § fin. hic finitur lex:& dictum eſt in diviſio.feudo,ſupra. Nam patria quæ unicuique dulciſſima eſt, l. qui habebat,de legat.3.&cujus fumum Ulyſſes unicè videre cupiebat, Homer.in 1. Odyſſ. ſanctiſſimum nomen eſt: Cicer. in 4. ad Heren. Et patriæ omnes naſcimur: Bald.in Authent. ſed omninò in penult. col. C.ne uxor pro marito, Alciat. in 1.reg. præſumpt. præſumtio 37. Ac omnes hominũ charitates una patria complexa eſt: Cicero in 1. offic. & qui patriã auxerint, adjuverint, atq; ſervaverint, in cœlo definitum locum habent, ubi beati ſempiterno ævo fruantur: Cicer.de ſomnio Scipionis, Gigas de crimine majeſt. libr.3. quæſtio. 7. & gloria quam patriis legibus

miniſtrando quis conſequitur, omni victoriæ, quæ in Olympicis aliisq; tam belli, quam pacis certaminibus comparatur, longe anteponenda eſt, Plato in 5. d. ll. Parentibus itaque patria præfertur, l. veluti, de juſtic. & jur. Et ſicuti diſciplina caſtrorum antiquior eſt parentibus Romanis, quàm charitas liberorum l. poſtliminium, § filius quoque familias, de capt. & poſtlimin. reverſ. ita omnibus bonis patria antiquior eſſe debet, quàm charitas parentum: Imò patria eſt antiquior parens, quam ſi quis curaverit, major ei profectò, quā parenti debetur gratia, Cic. lib. 1. de repub. Ideo traditum eſt, minimè lugendum eſſe, qui ad patriam delendam venit, l. minimè, de relig. Et ſi pro patria filius patrem, aut pater filium occidiſſet, etiam præmio afficiendum omnes conſtituerunt, d. l. minimè, de religio. Ac præclarè Lamprid. de Alexandro ſcribit: Alexandrum amicos & parentes quos malos reperit, aut puniviſſe, aut ſi vetus amicitia vel neceſsitudo non ſineret puniri, à ſe dimiſiſſe dicentem: his charior eſt mihi reſpub. Et eleganter Cic. in 5. Philippica inquit: Nullæ excuſationes ſunt, meus amicus eſt, ſit patriæ prius, meus cognatus eſt, an poteſt cognatio proprior eſſe, quàm patria, in qua etiam parentes continentur? Plato quoque in 6.
de

de ll. monet, quemque paratum eſſe debere pro patria mori, antequam velit aut everſam videre, jugoq; ſervitutis ſubjectam à pejoribus gubernari, aut fuga ipſam deſerere. Et Athenienſes pro publica concione illos quotannis laudare ſolebant, qui pro patria fortiter occubuiſſent, Marſilius Ficinus in Menoxeno, Platonis. Hinc eſt quòd filius non tenetur alere patrem propterea bannitum, quod contra patriam fuit, quamvis alias patrem bannitum alere teneatur, Tiraquel. de pœnis, c. 20. num. 11. & parentes chariſsimos habere debeat, quòd ab his vita, patrimoniũ, libertas & civitas tradita eſt, Cicer. in orat. poſt reditum ad Senatum: & parentes non alere nefarium eſt, ut idem Cic. in reſponſ. aruſp. tradidit. Hinc quoque vaſallus, qui dominum ſuum accuſare non poteſt, ad accuſandum admittitur, ſi dominus patriam prodere voluerit, Laudenſ. in c. uni. nu. 7. de forma fidelit. Jacobi. de feud. ſuper feudis, qui quidem inveſtiti, num. 18. Deniq; quemadmodum vaſallus, qui promiſit accõmodare caſtrum contra omnem hominem, contra ſeipſum caſtrum accommodare non tenetur: ita quoque non tenetur accommodare caſtrum contra patriam ſuam, Bald. in c. uni. in prin. de nova forma fidelit. Jacobin. de feudis, ſuper verbis.

bis, de caſtro rubei montis, num. 23. In forma igitur juramenti, patria excipitur, ſicut Imperator vel Rex: & vaſallus jurat domino fidelitatem contra omnes, excepto Imperatore, Rege, ſeipſo, patria, & denique domino anti-
43 quiori, ut ſupra c. 4. dictum eſt. Subjicitur in formula juramenti: Juro quòd nunquam ero in conſilio, auxilio vel facto, ut tu amittas vitam, honorem vel aliquam rem, quam habes. Hæc tria, vita, honos & res ſive bona, conjunguntur, propterea quòd honor vitæ comparatur, l. juſta cauſa, de manu. vindic. & ideo Virginius, filiæ ſuæ honorem, ipſiusmet vitæ anteposuit, l. 2. de orig. jur. Eſt enim honor omnibus rebus pretioſior, l. Julianus, ibi, honore proprio amiſſo, ſi quis omiſſa cauſa teſtament. & debet quis potiùs mortē pati, quàm honorem, famam, & exiſtimationem perdere, l. iſti quidem, § penult. quod metus cauſa, Cravet. conſ. 168. numer. 3. lib. 1. Neviz. in ſylva nupt. lib. 1. num. 24. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. caſu 377. num. 19. Et ſicuti pro vitæ corporisque tutela impunè aggreſſorem occidere licet: l. ut vim, & ibi Dd. de juſtic. & jur. ita etiam pro defenſione honoris, alium occidere permiſſum eſt, Vaſquius lib. 1. controv. illuſtr. c. 11. num. 10. Imò crudelis eſt, qui famam ſuam negligit, c. notæ,

quæ-

quæſtio. 1. & maledictus cenſetur, Sylvanus
le feud.recognitio.quæſtio. 109. num. 28. in
in. Ad eundem modum, bona & pecunia, vi-
a hominis eſſe exiſtimantur, ut eſt in prover-
bio ex Heſiodi carmine:

Pecunia eſt anima miſeris mortalibus.

Quod Eraſmus adducit in proverbio, anima
& vita, Ludo. Cælius libr. 14. antiq. lectio c. 2.
gl. in l. advocati, C. de advocat. diverſ. judic.
Bald. in l. 2. C. de cõſtitu. pecu. Covarr. in tract.
le matrim. in 2. part. c. 3. § quartò, Cattellia,
Cotta in memorabilib. in verbo, pecunia,
Menoch. de arbitr. jud. quæſt. libr. 2. centu. 2.
aſu 110. numer. 6. Et ideo paria ſunt, in-
idiari vitæ & bonis: Authen. quod mater, C.
e revocan. donat. & metus perditionis omni-
m bonorum, æquiparatur metui mortis, l.
thletæ in pr. & ibi Bart. de excuſat. tutor.
ald. in d. l. iſti quidem, quod metus cauſa, Ti-
aquel. de nobilit. c. 31. num. 369. Bartol. in l. ſi
b turpem, numer. 6. de condictio. ob turpem
auſ. Ruin. conſil. 23. num. 9. lib. 1. Decius conſ.
90. numer. 8. Cravet. conſil. 49. num. 7. Me-
och. libr. 2. de arbitra. jud. quæſt. cauſa 135.
rca finem, Gramma. deciſ. 18. numer. 2. Ro-
nd. à Valle conſ. 2. in cauſa, num. 55. in 1.

volum. Quod nonnulli etiam affirmant de metu perditionis majoris partis bonorum, Panormit. in c. 2. quod metus cauſa, Tiraquel. d. c. 31. num. 369. nec immeritò, cùm bona ſanguini, ſine quo vita ſubſiſtere non poteſt, aſſimilentur. Sic enim Salycetus bona alterum hominis ſanguinem eſſe dixit in l. admonendi, colum. pen. verſic. quæro an ſit conſideranda, de jurejurand. Felin. in c. cùm oporteat, colum. 5. verſic. & addo quod inimicitia, extra de accuſatio. Cicero quoque bona, vitam & ſanguinem hominis vocat, in 5. acti. in Verrem: huic homini, inquit, honeſtiſſimæ civitatis honeſtiſſimo, non modò frumenti ſcitote, ſed vitæ & ſanguinis tantùm relictum eſt, quantũ Apronii libido abſtulit, Tiraquel. de nobilit. c. 31. num. 364. & ſeqq. Additur in formula juramenti: ſi ſcivero velle te juſtè aliquem offendere, meum tibi auxilium præ-
44 ſtabo. His verbis obligat ſe vaſallus ad præſtandum auxilium domino ſuo in bello juſto, hoc eſt, quod infertur ex juſta cauſa, & Imperatoris conſenſu: Illud enim bellum juſtum eſt, ut crebrius noſtri affirmarũt, in l. 1. in prin. ubi Ripa num. 69. de acquir. poſſeſſ. Matthæ. de Afflict. in conſtitu. Neapol. Rub. 8. de cultu pacis, num. 65. lib. 1. Et ubi de Imperatoris auctoritate non conſtat, bellum præſumitur

r injuſtum, ut poſt Bald. & alios reſpondit
ret. conſil. 14. num. 7. Menochius conſil. 1.
ım. 245. & ſequent. Ac in bello injuſto, va-
llus dominum adjuvare non cogitur, argu-
ento à contrario ſenſu ducto, quod in iure
ılidum eſt, l. 1. § hujus rei, de offic eius cui
andata eſt iurisdictio, l. ſi, cum dotem, in
inc. ſoluto matrimon. & ibi Dd. l. Gallus, §
quid ſi tantum, & ibi Bart. de lib. & poſtum.
.C. de agricolis & cenſitis libr. 11. licet non
nper & perpetuò procedat, ut eleganter &
è traditum eſt à Cravetta conſil. 39. Et hæc
ıtentia, quòd vaſallus in bello iniuſto do-
no opem & auxilium ferre non teneatur,
t Gerhardi Nigri & Oberti de Orto, quem-
modū diſertè traditum eſt in c. uni. in prin.
: finitur lex, eaq; procedit quò ad offenſio-
m, non quò ad defenſionem. Nam etiam 45
n dominus bellum iniuſtum movet, vaſal
illum adiuvare debet, & tenetur ad defen-
nem, non autẽ ad offenſionem. VVurmb-
ıs in pract. obſervat. tit. de feudis, obſerva-
37. quod ſi dubitetur, utrū bellum iuſtum
niuſtum ſit, vaſallus domino auxiliari de-
, d. c. uni. in princ. hic finitur lex. Tunc verò
zo dubitari poteſt, quando dominus in
ſilium adhibuit. ſuos proceres & conſilia-
, & illi bellum ſuaſerunt, Jacobin. de feu-
dis.

dis. ſuper verbis, & promiſerunt, num. 6. Alvarottus in d.c.unic.num.22.hic finitur lex, & in c.unico, in prin. quibus modis feud. amittatur, Roland. a Valle conſ.1.numer.91. & ſe-
46 quent. in 2. volum. Diſpiciamus nunc quomodo inveſtitura ſit probanda. Probanda eſt inveſtitura per breve teſtatum, id eſt, publicum inſtrumentum, vel per pares curiæ, c.unico, ibi, etiamſi pares, qui ſucceſſores feud. dare teneantur, & c. unico, ibi, probare debet per pares curtis, ſi de inveſtitura feudi controverſia fuerit, c.unico, ibi, probare debet, quid ſit inveſtitura, & ſi pares curiæ deficiant, poterit probatio fieri etiam per extraneos, & duo teſtes ſufficiunt, d.c. unico, quid ſit inveſtitura, Paris de Puteo de redintegratio. feudor. c.224. & c.304. numero 5. Idque regulare eſt in aliis quoque negociis, ubi teſtium numerus nominatim expreſſus non eſt, l. ubi numerus, de teſtibus. Sed vaſallo in probatione deficiente, non propterea ſtatim dominus
47 abſolvitur, & vaſallus cauſa cadit. Jure quidem civili traditum eſt, quod actore non probante, reus, etſi nihil præſtiterit, debeat abſolvi, l. qui accuſare, C. de edendo, & fruſtra veremur, ne ab eo, qui lite pulſatur, probatio exigatur, l. fruſtra veremur, C. de probatio. & actor quod aſſeverat, probare ſe non

on poſſe profitendo, reum neceſſitate mon-
randi contrarium non aſtringit, cùm per re-
ım naturam factum negantis probatio nulla
t, l. actor, C. de probatio. Cæterùm modò di-
tæ & ſimiles regulæ juris civilis, in conſue-
ıdinibus feudalibus locum nō habent, Lau-
enſis c. unico, num. 15. ſi de inveſtit. feud. cō-
overſia fuerit. Hoc enim jure, actore non
robante, reus continuò non vincit, nec ab
ctione inſtituta ſtatim abſolvitur, ſed datur
eo defenſio. Defenſionem actores feudo- 48
ım purgationem vocant, quæ fit per ſacra-
ıentum cum 12. ſacramentalibus, d. c. unic.
ıi, dabitur defenſio cum 12. ſacramentali-
ıs, ſi de inveſtitura feudi controverſia fue-
t, & d. c. unico, ibi, habet poteſtatem ſe de-
ndendi per ſacramentum, quid ſit inveſtitu-
ı, & c. unico, ibi, poſſidēti dabitur ſacramen-
ım cum 12. ſacramentalibus, de conſuetud.
ecti feudi, & ubi actor ſuam intentionem
on probavit, reus cogitur ſe defendere, id
t, purgare quòd juſtam foveat cauſam, ac
ırgat ſe ſacramento, id eſt, juramento. Ita
cramentum hic accipitur, quemadmodum
in ff. & Cod. ſæpiſsimè, quamvis olim ali-
n ſignificationem habuerit, ut c. 2. ſuprà eſt
xpoſitum. Et jurat reus non ſolus, ſed cum
. ſacramentalibus, id eſt, conjuratoribus.
Et

Et hoc unum eſt genus defenſionis, quod fit per ſacramentum cnm 12. ſacramentalibus, idque auctores feudorum, cum defenſionem
49 nominant, intelligunt. Erant & alia duo ſolemnia defenſionum genera: duellum, c. unico, § ſi quis hominem de pace tenenda, & eius violatoribus, c. unico, § fin. de alienatio. paterni feudi, c. 1. & 2. de purgat. vulgat. & periculum aquæ frigidæ, c. ex tuarum, de purgat. canon. vel aquæ feruentis, c. conſuluiſti, & c. Mennam, 2. quæſtio. 4. vel ferri candentis, c. fi. de purgat. vulga. d. c. conſuluiſti, 2. quæſtio. 4. aut igni, d. c. Mennam, 2. quæſtio. 4. Oldendorp. claſſe 7. in princ. Duellum quod ad veritatem indagandam, fuit inventum, Cephal. conſ. 57. lib. 1. eſt duarum partium de victoria contendentium bellum & dimicatio, Cagnolus in l. favorabiliores, de regu. iur. Al-
50 ciat. in lib. de ſingulari certamine. Tale duellum David cum Golia habuit 1. regum, c. 17. c. monomachiam 2. quæſtio. 4. Et Manlii Torquati filius cum hoſte, qui licet victor evaſit, capitis tamen damnatus eſt, quod contra patris imperium cum hoſte, ſingulari certamine pugnaſſet, ut Livius in 1. decade lib. 8. author eſt, Valerius Maximus lib. 2. c. de diſcipl. milita. & lib. 9. c. de ira. Gellius libr. 9. c. 13. Claudian. in 4. Honorii conſulatu:

Triſte

riſte rigor nimius Torquati deſque mores.
t tergemini fratres Romani cum Albanis,ut
ivius refert,& meminit Manilius:
resq́; ſub unius fratris virtute jacerent.
ic ſub Ottone primo propè Treverim ne-
os cum patruo ſingulari certamine, de le-
itimarum hereditatum iure certavit, VVi-
chindus libr. 2. paulò poſt princ. Jacobin.
uiac. in c. unic. de ſucceſſ. feud. Hotoman.
quæſtio. illuſt. quæſt. 3. Grammat. in deci-
o. Neapol. 1. num. 24. & notatur in additio.
apellæ Tholoſanæ, quæſtio. 434. Tiraquel-
is de iure primigen. quæſtio. 40. Sic Roë Da-
orum Rex cum Hundingo, Saxonum prin-
pe, monomachiam habuit: Crantzius in
axonia libr. 1. c. 4. Et Uffo, VVermundi re-
s Daniæ filius, cum filio regis Saxonum,
rantzius in Saxonia libr. 1. c. 6. Anno quo-
ue 1530. quatuor nobiles Florentini, in ca-
tis ſub Florentiam exiſtentibus, inter ſe pu-
nàrunt, Gigas in tractatu de crimine læſæ
aieſtatis, lib. 2. quæſtio. 18. num. 12. Et anno
386. fuit factum duellum inter Jacobum
Gris & Johannem Carrouge in quo vi-
us fuit Jacobus, Johannes Gelli in deciſio-
b. Parlamenti Pariſienſis, quæſtio. 85. Ho-
erus quoque Menelaum cum Paride, Æ-
am cum Diomede, Hectorẽ cum Aiace cer-
tantes

tantes inducit, & apud Virgilium, Turnus pro uxore Lavinia cum Ænea Phrygio manum conſervit, Alciatus de ſingulari certamine c. 2. Et quamvis jure Canonico duellum indifferenter ſublatum eſt, d. c. monomachiam 2. quæſtio. 4. c. 1. & 2. extra de purgat. vulga. Jaſon conſil. 144. in 2. dubio libr. 2. Deci. conſil. 487. in quæſtio. Cattel. Cotta in memorabilibus, in verbo, Perduellionis, ubi etiam docet, non teneri ad pœnam promiſſam eum, qui duellum recuſat: Alciat in libr. de ſingula. certam. c. 44. cum duellum omnib. divinis, naturæque legibus repugnet, & beluina potius ſit furia quàm humana inſania, ut Damhuderus loquitur in pract. crimin. c. 42.

51 Tamen de conſuetudine multis in locis duella tolerantur, & certis etiam caſibus admitti poſſunt, ut apud Cagnol. in d. l. favorabiliores, de regulis juris, & apud Fernandum Vaſquium libr. 1. controverſia. illuſtr. c. 49. & Alciatum in libr. de ſingulari certamine, c. 4. Cephal. conſil. 57. libro 1. videre licet. Ad duellum referunt interpretes, l. unicam, Cod. de gladiator. libr. 11. in qua Conſtantinus Imp. gladiatores eſſe prohibet. Sed Conſtantinus de iis, qui ad ferrum damnari ſolebant, loquitur. Ad ferrum damnari dicuntur, qui in ludũ gladiatorium damnantur, l. 8. § final. qui teſtament.

amenta facere poſſunt, Ulpianus in fragent.titul. 1. quos Ulpianus ad gladium danari dixit, in l. ſi quis mihi, § ſi quis planè, acquiren. hered. l. ſi quis filio. § ſed etſi is fuerit, de injuſto rupto, &c. Et hoc geis pœnæ Conſtantinus ſuſtulit in d. l. unica, od. de gladiator. libr. 11. Defenſio ſive pur- 52
tio, quæ fit periculo aquæ frigidæ vel fertis, vel ferri candentis ſive igniti, introcta eſt ad exemplum potionis illius, quæ pri inſimulatis mulieribus exhiberi ſolet: Illa potione ſumpta, ſi mulier rea erat pri, pertranſibant illam aquæ maledionis, & inflato ventre computreſcebat nur ejus, eratque in exemplum omni polo. Si verò ſtupro polluta non erat, nihil ei tio ſumpta nocebat, ut prolixè Numerom c. 5. &c. in libro 2. quæſtio. 4. traditum. Sic mulier nobilis cujuſdam viri, quem aria conjunx Ottonis tertii falsò accuſave-, quòd ſe de ſtupro ſollicitaſſet, ignitum rum inconſpectu omnium illæſa pertulit, antzius in Saxonia libro quarto, c. 26. Et thodoxus quidam epiſcopus, cum Arria- contendens, eam conditionem propot, ut verborum aucupiis relictis, ignem rederentur, & ſic oſtenderent, utra ſentia magis pia eſſet. Arrianus conditio-

X nem

nem detrectavit accipere, ſed Orthodoxus ignem ingreſſus è rogo diſputavit, & illæſus ſervatus eſt, Theodorus lector libro ſecundo. Sed hoc quoque genus defenſionis jure Pontificio ſublatum eſt, c. dilecti, extra de purgat. vulga. In illo capite Pontifex refert magiſtratum politicum in Livonia de crimine aliquo ſuſpectos, ut ferri candentis judicium ſubirent, coëgiſſe, ſumpſiſſeque ſupplicium de iis, ſi qua exinde ſecuta eſſet aduſtio. Et mandat Pontifex, ut magiſtratus ab hujuſmodi gravaminibus in poſterum deſiſtat. Sic hoc defenſionis genus ſublatum eſt, in c. conſuluiſti, 2. quæſtio. 4. Ibi Pontifex jubet, ne quis parentes, ſi filii in lecto cum ipſis dormientes mortui reperiantur, cogat, ut ſe ferro candente, aut aqua fervente purgent: Nam, inquit Pontifex, ferri candentis vel aquæ ferventis examinatione confeſſionem extorqueri à quoquam, ſacri nō cenſent Canones, & quòd ſanctorum patrum documento ſancitum non eſt, ſuperſtitioſa adinventione non eſt præſumendum. Hujus vetuſtiſſimi moris mentio fit apud Sophoclem: Cùm enim ibi Creon publico decreto, mortiſque pœna indicta, corpus Polynicis ſepeliri prohibuiſſet, & Antigone clam fratrem ſepulcro tradidiſſet, cuſtodes regii, nuncium Creonti miſerunt, qui

præ-

Digitized by Google

ræter alia & hæc in eorum excuſationem ixit:

umus parati & candens ferrum manibus tollere,
t per ignem ſerpere, Deosq; adjurare,
Jec feciſſe, nec fuiſſe conſcios.
;jus qui hac de re conſilium habuerit, nec ejus qui (eam fecerit.

Covarr. lib. 4. variarum reſolut. c. 23. Sed ad 53
rimum defenſionis genus redeuntes ſcienum eſt, dari reo defenſionem ſub tacita hac onditione, ut vel ipſe juret cum 12. ſacraentalibus, vel ſi hoc malit jusjurandum reerat, d. c. unic. quid ſit inveſtitura, & ſi dominus vaſalllo jusjurandum retulerit, omniò vaſallus jurare cogitur cum 12. ſacramenlibus, aut ſi vaſallus juramentum relatum ſcipere & jurare noluerit, dominus abſoletur, quemadmodum à Gerhardo Nigro in unico, § ſi quis, ſi de inveſtitu. inter domium & vaſallum lis oriatur, & Oberto de Or in c. unic. ibi, domino datur electio. quid ſit veſtitura, traditum eſt. Et hoc cum juris cõunis diſpoſitione congruit: etenim jure cõuni cautum eſt, quod is cui delatum eſt juamentum, poſſit deferenti id referre, toto tul. de jurejurandó volunt. neceſſ. Et æc tunc procedunt, quando dominus eſt poſſeſſione feudi. Si vaſallus in poſſeſſio-

Digitized by Google

ne feudi fuerit, domino incumbit onus probandi, & domino in probatione deficiente, vaſallo datur defenſio, c. unic. § item ſi vaſallus, ſi de inveſtitura fuerit controverſia, & cogitur vaſallus cum 12. ſacramentalibus jurare, aut jusjurandum domino referre, ut ſuprà de domino dictum & expreſsè traditum eſt in c. unico, de uſu Mediolanenſium. Idem dicendum erit, ſi vaſallus in quaſi poſſeſsione feudi fuerit. Quaſi poſsidetur res incorporalis, l. ait prætor, § item ei qui per captivit. ex quibus cauſis majores, ut jus percipiendarum annonarum è cellario domini, cujus generis feudum, dicitur feudum de Caneva. Item jus percipiendæ pecuniæ ex ærario domini, quod feudum de Camera appellatur, ut ſuprà in feudorum diviſionibus expoſitum eſt. Hujuſmodi feuda vaſallus quaſi poſſidere dicitur, ſi bis aut ter annonas è cellario domini, aut pecuniam ex domini ærario perceperit. Ex duabus aut tribus perceptionibus, quaſi poſſeſſio formatur, ut Obertus de Orto docet in c. unic. § ſi verò vaſallus, & ibi Laudenſ. num. 2. Alvarot. itidem numer. 2. qui hoc affirmat notatu dignum eſſe, quid ſit inveſtitura. Et ſi dominus recuſet amplius annonas ſuppeditare, vel pecuniam vaſallo annuatim ſubminiſtrare,

negans

negans ſe annonas præbuiſſe vel pecuniam ſubminiſtraſſe, hoc caſu, vaſallo defenſio datur, id eſt, vaſallus cogitur jurare cum 12. ſacramentalibus, dominum annonas præbuiſſe, aut ſi jurare non vult, cogitur jusjurandum referre: Electio vaſallo datur, ut aut juret, aut domino jusjurandum referat, d. c. unic. § ſi verò vaſallus, quid ſit inveſtitura. Ex his igitur relinquitur, quòd actore non probante, defenſio ſive purgatio poſſidenti datur, ſive dominus poſſideat, ſive vaſallus. Hoc tamen non ſemper procedit, ſed in hac re tota multum poteſt auctoritas prudẽtiaq; judicis, & ut à diverſis auctoribus eſt traditum, ſacramentum non ſemper datur poſſidenti, ſed quandoque poſſidenti, quandoque petenti, quandoq; neutri, c. uni. § ſacramentum, & § fina. de conſuetudine recti feudi. ſicuti autem domino ſacramentum quandoque remittitur, ita fit quandoque ut ſolus dominus juret ſine ſacramentalibus, quando videlicet actor eſt vaſallus domini ex cauſa alterius feudi, de quo controverſia non eſt. Hoc caſu dominus jurat abſque ſacramentalibus, & hic honos domino habetur, ne quærendis & adhibendis ſacramentalibus fatigetur, ut à Gerhard. Nigro traditũ eſt in c. uni. § ſi verò, ſi de inveſtit. feudi. controv. fuerit, ibi Gerhardus inquit, 54

X 3 domi-

domini eſſe defenſionē ex ordine, ſad remitti illam domino ex æquitate. Opponit Gerhardus Niger ordinem æquitati, ex quo intelligitur, quòd ordo merum & ſummum jus ſignificat. Sic ſummum jus & æquitas inter ſe opponuntur, l. placuit. C. de judic. l. 1. C. de ll. Ex mero igitur & ſummo jure poſſet à domino ſacramentum exigi, cum 12. ſacramentalibus. Cæterùm cùm actor vaſallus domini ſit ex alia cauſa, ideo ex æquitate dominó defenſio remittitur, id eſt, ea defenſio remittitur, quæ fit per ſacramentales, non remittitur etiam domino jusjurandum, quemadmodum poſtea idem Gerhardus Niger ſe explicat in c. unic. de contentio. inter dominum & fidelem, de inveſtitura feudi. Sic quandoq; ſolus vaſallus jurat abſq; ſacramentalibus, ſi ſcilicet vaſallus per annum ſciente domino & non contradicente in poſſeſſione feudi fuerit, c. unic. § fin. ſi de inveſtit. inter dominum & vaſallum lis oriatur. Jurat autem dominus de ſuo quidem facto præcisè ſe inveſtituram non feciſſe: de facto parentum & anteceſſorum ad hunc modum, ſe nec ſcire nec credere, à parentibus vel anteceſſoribus ſuis factam eſſe inveſtituram. At vaſallus ſemper jurat ſine mentione conſcientiæ, ut dicitur in d. c. unic. de conſuetudine recti feudi, id eſt, vaſallus

ſallus jurat ſe inveſtitum à domino eſſe, non jurat ſe credere vel exiſtimare quòd inveſtitus ſit. Et in hoc aliquanto durior eſt conditio vaſalli, quàm domini, ſicuti & in illo, quod ex ſacramentalibus, quos vaſallus adhibet, ſex debent eſſe de parentibus vaſalli. Dominus verò jurat, vel cum parentibus, vel cum. 12. vaſallis, aut partim cum parentibus, partim cum vaſallis, partim cum extraneis, d. c. unico, de conſuetud. recti feudi. Parentes auctores feudorum vocant cognatos vaſalli & domini: nec id abſurdum videri debet. Licet enim parentes propriè dicuntur aſcendentes utriuſq; ſexus, l. 4. de in jus vocando: tamen etiam omnes ſanguine ex quacunq; parte conjuncti, parentes appellantur, auctore Donato in Hecyra, qui hæc verba, cum de poſtputaſſe omnes res pro parente intelligo, interpretans ita ait: bene dicit pro parente, nam nomen illud commune eſt & cum patre & cum omnibus, quos hæc neceſſitudo conjungit. Et ita hic parentes pro cognatis accipimus, & verum eſt, quod Plato in Cratylo ſcribit, nomina diuturnitate temporis diſtrahi, confundi, & perverti. Ac conſuetudo cum omnium domina rerum, tum maximè verborum eſt, Gellius lib. 12. c. 13. Et tantum de inveſtitura.

55

56

De ſucceſsione ſecundo modo, quo feudum acquiritur.

1. *Per ſucceßionem, ſicuti per inveſtituram, feudum acquiritur.*
2. *Iure communi ſucceditur duobus modis, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato.*
3. *De feudis nulla ordinatio teſtamento fieri poteſt.*
4. *Liberi inæqualiter in teſtamento inſtituti, nihilominus æqualiter in feudo ſuccedunt.*
5. *Et hoc de veteri feudo intelligitur, non de novo, in quo pater filiis præjudicare poteſt.*
6. *In feudo quod liberè alienatur, pater filiis præjudicat.*
7. *In feudo veteri, agnatus multò minus in præjudicium agnati in teſtamento aliquid diſponere poteſt.*
8. *Ab inteſtato ſunt tres ordines ſuccedenti: aſcendentium, deſcendentium, transverſalium.*
9. *Aſcendentes in feudis non ſuccedunt, duobus caſibus exceptis.*

10. Pri-

10. *Primùm, in feudis ſuccedunt deſcendentes ſive liberi.*

11. *Liberorum appellatione intelliguntur filii filiæve, & qui ex iis deſcendunt.*

12. *Filii filiæve in capita ſuccedunt.*

13. *Nepotes nepteſve ſuccedunt jure repræſentationis.*

14. *Non ſolùm quando cum patruis vel avunculis concurrunt, verùm etiam quando ſoli extant.*

15. *Nihil refert utrum liberi in poteſtate ſint, an emancipati.*

16. *Similiter, utrum ſint ex eodem matrimonio, an verò ex diverſo matrimonio.*

17. *Liberi legitimantur tribus modis.*

18. *De legitimatione, quæ fit per ſubſequens matrimonium.*

19. *Liberi legitimati per ſubſequens matrimonium, pro ſuis & legitimis liberis habentur, quia matrimonium retrotrahitur ad tempus nativitatis liberorum.*

20. *De legitimatione, quæ fit per oblationem curiæ.*

21. *De decurionibus & ipſorum onere.*

22. *Chriſtiani ab impiis principibus curiæ addicebantur pœnæ loco.*

23. *Per oblationem curiæ legitimantur liberi, etiam cum legitimi liberi extant,*

iisq́ jus ſuitatis conſequuntur non agnationis.

24. *De legitimatione quæ ſit per reſcriptum principis.*

25. *Legitimati per reſcriptum principis, jus ſuitatis & agnationis conſequuntur.*

26. *Tranſverſales dicuntur, qui ex latere veniunt: & primùm fratres ac ſorores ad ſucceſſionem admittuntur.*

27. *Interdum cum aſcendentibus fratres & ſorores defuncti vocantur.*

28. *Vtrum duorum fratrum liberi in capita, an in ſtirpes ſuccedant.*

29. *Quare duorum fratrum liberi in capita admittantur.*

30. *Reſutatio argumentorum Sonsbekii, quibus probare nititur, duorum fratrum filios in ſtirpes ſuccedere.*

31. *Fratribus ac ſororibus utrinque conjunctis, eorumq́ liberis non extantibus, ad ſucceſſionem vocantur fratres & ſorores, ex altero parente conjuncti.*

32. *Deſunctorum fratrum ac ſororum liberi cum patruis & avunculis vocantur.*

33. *Mortuo vaſallo ad ſucceſſionem vocantur ejus deſcendentes.*

34. *Liberorum appellatione in feudis ſoli filii & ex iis deſcendentes intelliguntur.*

35. *Filiæ*

35. *Filiæ in ſeudis non ſuccedunt, ne quidem tunc, cùm ſeudum ſic datum eſt, ut filii & filiæ ſuccederent.*

36. *Semel excluſa filia ulterius non admittitur.*

37. *Refutatio argumentorum quæ obſtare videbantur.*

38. *Filia in ſeudo pro filiis ac filiabus accepto ſuccedit, ſi filius poſt obitum patris ilico fuerit mortuus.*

39. *Filia temporaliter eſt excluſa, ſi datum fuerit, vel donec maſculus ſupereſſet, filia non ſuccederet.*

40. *Filii in ſeudo ſuccedentes æqualiter ſuccedunt.*

41. *Feuda dignitatum non dividuntur.*

42. *Fallit ſecundum conſuetudinem regionum multarum.*

43. *Eaq; conſuetudo iniqua videri non debet.*

44. *Per dictam conſuetudinem res ad æqualitatem reducitur.*

45. *Certis caſibus ſeuda dignitatum dividuntur.*

46. *Liberi ſecundi gradus cum liberis primi gradus in ſeudis ſuccedunt.*

47. *Fratres conſanguinei cum fratribus utrinque conjunctis ad ſeudum vocantur.*

48. *Legitimati per ſubſequens matrimonium,*

in

in bonis ſeudalibus, patri & aliis agnatis ſuccedunt.

49. Idq; etiam tunc procedit, quando quis in articulo mortis conſtitutus concubinam uxorem duxerit.

50. Reſutatio argumentorum quæ in contrarium videntur ſacere.

51. Legitimati in feudis ſuccedunt: & hoc in diſpoſitione legis & hominis locum habet.

52. Reſutatio contrariorum argumentorum.

53. Legitimati per oblationem curiæ ſoli patri in feudo ſuccedunt.

54. Legitimati per reſcriptum principis in feudo ſuccedunt, quando princeps nominatim liberos ad feuda legitimavit.

55. Princeps ſine cauſa legitima jus agnatis quæſitum tollere non poteſt.

56. Filii multis de cauſis in feudo non ſuccedunt, & quidem primùm tunc, cum matrimonium ad morganaticam eſt contractum.

57. Deinde quando parentes grave delictum commiſerunt.

58. Tertiò, filius in feudo non ſuccedit, quando vivente patre feloniam commiſit.

59. Patre filium delinquentem ad judicem ducente, remiſſius filius plectitur.

60. Quar-

60. *Quartò, filius in ſeudo non ſuccedit, quando pater ſeudum abſque debita forma acquiſivit.*

61. *Quintò, filius ex juſta cauſa exheredatus in ſeudo non ſuccedit.*

62. *Sextò, in feudo non ſuccedit filius clericus.*

63. *Septimò, in feudo non ſuccedunt filii natura furioſi, mente capti, aut aliàs imperfecti.*

64. *Filiæ quoq; certis caſibus in feudo ſuccedunt: ac quidem primum tunc, ſi hoc habeat loci conſuetudo.*

65. *Secundò, filii ex multorum ſententia in feudo empto ſuccedunt.*

66. *Tertiò, in feudis ſuccedunt fœminæ, cùm hoc dictum eſt.*

67. *Quando dicitur inveſtitura, maſculos cum fœminis, aut heredes utriusq; ſexus ſuccedere debere, fœminæ cum maſculis ſuccedunt.*

68. *Quintò, ſuccedunt fœminæ in feudis, ex multorum ſententia, quando feudum eſt francum.*

69. *Quintò, fœmina ſuccedit, ex multorum ſententia in feudo fœmineo.*

70. *Sextò, fœminæ ex multorum ſententia ſuccedunt in feudo ligio.*

71. Septi-

71. *Septimò, ex multorum ſententia fœmina ſuccedit in feudo, pro quo annuus ſolvitur cenſus.*

72. *Poſtremò, ſuccedit filia in feudo, quando à domino feudum redemit.*

73. *In meliorationibus factis in bonis feudalibus filia ſuccedit.*

74. *Filiæ debentur alimenta ex feudo.*

75. *Filia admiſſa ad feudi ſucceſſionem, filiæ rurſus à filiis excluduntur.*

76. *Refutatio contrariorum argumentorum.*

77. *Deficientibus deſcendentibus, in feudis ſuccedunt tranſverſales, non aſcendentes, duobus caſibus exceptis.*

78. *Tranſverſales ſuccedunt ſub triplice conditione.*

79. *Ex tranſverſalibus primùm ad feudi ſucceſſionem vocantur fratres defuncti.*

80. *Nec hic diſtinguimus inter fratres ex uno, vel utroq; latere conjunctos.*

81. *Filii cum patruo defuncto in feudis ſuccedunt.*

82. *Duorum fratrum filii in feudis in capita ſuccedunt.*

83. *Etiam patruo magno.*

84. *Poſt fratrum filios, in feudis admittuntur gradu proximiores.*

85. Tranſ-

85. *Tranſverſales aſcendentium in ſeudis admittuntur.*

86. *Gradus generationem ſignificat.*

87. *Deſcendentes olim ultra nepotem in ſeudis non ſuccedebant.*

88. *Hodie in infinitum.*

89. *Heredis appellatio heredem heredis continet.*

90. *Liberorum appellatione nepotes & pro nepotes & cæteri deſcendentes continentur.*

91. *Tranſverſales olim ultra fratres patrueles in feudo non ſuccedebant.*

92. *Hodie tranſverſales ſuccedunt uſque ad ſeptimum gradum.*

93. *Hoc tamen ita intelligendum eſt, ſi feudum à primo acquirente, ad tranſverſales pervenit: aliud eſt, ſi ad deſcendentes pervenit, & poſtea ad collateralet, tunc tranſverſales in infinitum ſuccedunt.*

94. *Vtrum vaſallus defuncti vaſalli æs alienum ſolvere teneatur.*

95. *Quid de fructibus feudorum ejus anni, quo vaſallus moritur, ſentiendum ſit: & ibi diverſa fructuum natura traditur.*

SEcundus modus quo feudum acquiritur 1
eſt ſucceſsio: & per ſucceſsionem ſicuti per inveſtituram, beneficium ad nos pertinet,

Digitized by Google

net, c. unico, in princip. de ſucceſſ. fratrum. Ut autem ratio ſuccedenti ſecundum conſuetudines feudorum rectius intelligatur, quam breviſsimè præmittemus, quomodo ſecundum juris communis diſpoſitionem ſuc-
2 ceſſio fiat. Jure communi ſucceditur duobus modis, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, § final. Inſtit. per quas perſon. cuique acquir.
3 Ex teſtamento ſuccedunt, quos teſtator heredes inſtituit: & de teſtamentaria ſucceſſione hic non agemus, propterea quòd de feudis nulla ordinatio teſtamento fieri poteſt. c. unic. in princ. de ſucceſſ. feud. Laudenſis in c. unic. in princ. num. 5. de his qui feud. dare poſſunt, Rolandus à Valle conſil. 71. numero 8. cum aliquot ſequentib. & conſil. 79. num. 1. cum ſequent. in 2. volum. Idem conſil. 1. num. 12. cum ſequent. & cõſil. 50. num. 2. & ſequent. in 3. volum. & conſil. 1. numer.
4 2. cum ſequent. in 4. volum. Si itaque defunctus tres filios habens ex inæqualibus partibus eos inſtituerit, nihilominus æqualiter in feudo ſuccedunt, & ſinguli viriles portiones conſequuntur, c. uni. § & quia vidimus, ibi, ad omnes æqualiter filios pertineat. de his qui feud. dare poſſunt, & d. c. uni. in princ. ibi ſuccedunt filii æqualiter, de ſucceſſ. feud. & utrobiq; DD. notarunt: Julius Clarus in § feudum. quæſtio.

quæſtio.40. numer.5. Paris de Puteo de redintegratione feudorum, c. 111. num. 1. & c. 293. num.7. cum ſequenti. Henning. Gode. conſil. 16. numer. 28. & conſil. 19. num. 9. & conſil. 21. num. 2. & conſil. 23. nume. 4. niſi judicium & voluntatem defuncti approbaverint: Henningus Gode conſil. 19. numer. 9. vel princeps teſtamentum confirmaverit, Tyberius Decianus reſponſ. 23. num. 37. in 1. volu. quæ confirmatio & approbatio jure civili neceſſaria non eſt. Eo enim jure petentibus arbitrium dividendæ hereditatis inter liberos adimendum non eſt, dummodo is, qui pietatis ſibi conſcius eſt, legitimam retineat, l. parentibus C. de inoffic. teſtam. Et hoc de veteri feudo intelligi debet, quòd liberi non acquirunt beneficio parentis, ſed beneficio domini inveſtientis & primi acquirentis, & ideo pater in hujuſmodi feudo antiquo, liberis præjudicare non poteſt. Aliud eſt dicendum in feudo novo: nam in feudo novo, poteſt pater præjudicare filiis inæqualiter eos inſtituendo: imò poteſt pater feudum novū uni ex filiis relinquere, Alexand. conſil. 18. colu. 2. verſicu. & potuit, & conſ. 28. colu. 1. & 4. verſic. accedit, lib. 5. Jaſon. l. 2. colu. fin. C. de jure emphyteu. Craver. conſ. 135. num. 8. quamvis nonnullis aliter fuerit viſum, Socinus jun. conſ. 72. num.

25. & conſ. 160. numer. 44. libr. 2. Jul. Clar. in d. § feudum, quæſtio. 40. numer. 6. ibi. priorem ſententiam amplectitur, & affirmat ſe ſecundum eam conſulere & judicare velle, ſi caſus contingeret, Anto. Gabr. Roma. lib. 3. concluſ. tit. de jure emphyteu. concluſ. 2.
6 Sic pater de feudo, quod libere alienatur, quale eſt feudum, quod datum eſt vaſallo, ejus heredibus, & quibus ipſe dederit, vel quod datum eſt vaſallo & heredibus quibuſcunque, vt infr. c. 8. dicemus, teſtari poteſt, Roland. a Valle conſ. 3. num. 11. in 1. volu. & conſ. 71. num. 6. & conſ. 79. num. 30. in 2. volum. & conſ. 16. num. 16. in 3. volum. & conſ. 34. num. 84. & conſ. 84. num. 19. in 4. volum. Ubi enim alienatio permiſſa eſt, permiſſa quoq; cenſetur heredis inſtitutio, l. ſi quis prioris, § cæterum, C. de ſecund. nupt. Roland. a Valle conſ. 42. num. 7. cum aliquot ſequent. in 1. volum. Sic pater de feudo franco teſtatur ſecundum Bald. in Authent. rogati, C. ad Sctum Trebellianum, Rolan. a Valle conſ. 2. num. 33. in 1. volum. & conſ. 10. num. 30. in 3. volu. ſed eam ſententiam verã eſſe non puto, cùm feudum francum alienari non poſſit, ut infra d.
7 c. 8. dicetur. Quemadmodum autem pater de feudo veteri in præjudicium liberorum nihil diſponere poteſt; ita multò minus agnatus in præ-

præjudicium agnati id poteſt facere: quinimò nec cum conſenſu principis agnatus de feudo rectè teſtatur, Alexand. conſil. 15. colum. fin. lib. 5. Jaſon conſil. 152. colum. fin. & conſil. 168. colum. 7. in princ. lib. 4. Cravet. de conſil. 135. num. 7. Rolandus à Valle conſil. 42. num. 1. 2. & 3. in 1. volum. Ab inteſtato ſecundum 8
juris noviſſimi conſtitutionem, tres ſunt ordines ſuccedendi: Primus ordo eſt deſcendentium, ſecundus aſcendentiũ, tertius tranſverſalium, Novella 118. De aſcendentibus, & quomodo illis ſucceſſio ab inteſtato deferatur, hic ſimiliter nihil dicemus. Nam ſecundũ 9
jura feudalia, aſcendentes in feudis non ſuccedunt, c. uni. in prin. de natu. ſucceſſio. feudi, c. unic. de ſucceſſio. fratrum, Hartmannus Harmanni libr. 2. practi. obſervatio. titul. de feudis, obſervatio. 47. Excipiuntur tantum duo caſus: Primus eſt, quandò pater favore filii feudum refutavit, ut filius inveſtiretur, tunc filio, vivo patre, mortuo ſine liberis, feudum ad patrem revertitur, Jacobus de Adiz in epitom. de feudis, c. 237. de ſucceſsio. feudi, § aſcendentes, quem Præpoſitus in c. unic. de vaſallo decrepitæ ætatis allegat, & ſequitur Zaſius in epitom. feudali, titul. de ſucceſsio. feudi, in 1. concluſione, Jacobinus de feudis, ſuper verbis, & unus ex dictis vaſal-

lis refutavit, num. 10. Schurffius conſil. 27. circa finem in 1. centur. Alvarottus in c. unic. num. 7. & ibi Matthæus de afflictis, num. 2. de natu. ſucceſſ. feudi. Atq; ita in ſupremo judicio Imperii aliquando in facti contingentia determinatum fuiſſe Mynſingerus refert in 3. centur. obſerva. 93. Nec obſtat, quòd pater feudo renunciavit, quia hujuſmodi renunciatio finitur morte filii, cujus cauſa erat facta, Hartmannus Hartmanni d. c. 47. Secundus caſus eſt, quando filius reſpectu patris, ob benemerita patris, fuit inveſtitus, tunc quoque filio decedente ſine herede maſculo, pater in feudo ſuccedit, Alvarottus in d. c. unic. numer. 7. & ibi Matthæus de Afflictis num. 2. verſi. & hoc quod in feudo novo, de natura. ſucceſſio. feud. & meritorum ratione multa admittuntur, quæ aliàs vix permitterentur, ut prolixè videre licet apud Tiraquel. in l. ſi unquam, ſuper verbis, donatione largitus, numer. 11. cum multis ſequentibus, C. de revocandis donatio. Grammat. deciſio. Neapolita. 65. nu. 24. cum ſequent. Capicius deciſio. 121. num. 15. cum ſequent. Tiraquellus de pœnis, cauſa 49. num. 1. cum ſequent. Matthæ. de Afflict. in deciſio. Neapolita. 370. num. 15. Julius Clarus in § donatio. quæſtio. 8. Molinæus in conſuetud. Pariſio. titul. 1, § 30 nu-

mer.

ner.99.Rolandus à Valle conſil.5.num.8.9. & ſequent. in 1. volum. & conſil.18.numer. 54. in 2. volumine. Et his caſibus exceptis, aſcendentes in feudis non admittuntur. De 10
ſucceſsione igitur deſcendentium & tranſverſalium tantùm agemus. Ab inteſtato primùm ſuccedunt deſcendentes,id eſt,liberi defuncti,d,Novell.118.& ratio naturalis, quaſi lex quædam tacita liberis parentum hereditatem adjicit, ad debitam ſucceſsionem eos vocando, propter quod & in jure civili ſuorum heredum nomen eis inditum eſt, l. 7. de bonis damnato. Ac auctore Papiniano, liberis parentum debetur hereditas, propter votum parentum, & naturalem erga filios charitatem, l. nam etſi parentibus, de inofficioſo teſtamento, l. ſcripto, ſi tabulæ teſtamenti nullæ extabunt, & ſucceſſio hujuſmodi eſt de jure naturali & gentium, Roland. à Valle conſil. 26. numer. 3. in 3. volum. Liberorum au- 11
tem appellatione non ſolùm filios filiasque intelligimus, ſed etiam nepotes & pronepotes,cæteroſq; qui ex his deſcendunt, l. liberorum, de verbor. ſignifi. qui omnes filii largo quodã modo dici poſſunt. Nam auctore Calliſtrato,natura docet omnes parẽtes pios, qui liberorũ procreandorum animo & voto uxores ducunt,filiorũ appellatione omnes,qui ex

Digitized by Google

ſe deſcendunt, complecti. Nec verò dulciori nomine poſſumus nepotes noſtros quam filii appellare, d. l. liberorum, d. verb. ſignificatiō. filii quippe ab amore dicuntur, & φίλος amicum, & φιλία amicitiam ſignificat, gl. in § fin. Inſtit. qui teſtam. tuto. dari poſſ. Roland. a Valle conſil. 42. num. 38. in 4. volum. Et amor patris erga filium, omnes affectus ſuperat, l. 7. C. de curat. furio. Parentes enim filios naturali propeſione, tanquam quid ex ſe ipſis amant, Ariſtot. in 6. Ethico. οἱ γονεῖς στέργουσι τὰ τέκνα, ὡς ἑαυτῶν τι ὄντα, quod de ſe Cicero in ea quam ad Quirites poſt reditum habuit, oratione teſtatur. Quid dulcius hominum generi à natura datum eſt, quàm ſui cuique liberi. Mihi verò & propter indulgentiam meam, & propter excellens eorum ingenium, vita ſunt mea chariores. Dixi, largo modo deſcendentes, filios dici, propterea quòd filium propriè eum definimus, qui ex viro & uxore ejus naſcitur, l. filium, de his qui ſui vel alien. jur. Et propriè loquendo aliter filii, aliter nepotes appellantur, ut Juſtinianus docet in § fin. Inſtit. qui teſtamento tutor. dare poſſ. Anton. Gabr. Roman. lib. 6. concluſio. titu. de verbor.
12 ſignificat. concluſ. 1. Et ſi filii filiæve tantum

ım extant, defuncto parenti in capita ſucce-
unt: & æquum eſt in capita æqualiter ſuc-
edere, qui in æquali pariq; gradu ſunt. Quod
cum filiis & filiabus ex filio filiavè præ-
ıortuo, præmortuavè nepotes aut pronepo-
:s extant, hi quidem cum liberis primi gra-
us ſuccedunt, ſed ita, ut filii filiævè in capita,
ſi in ſtirpes admittantur, d. Novel. 118. § ita
men, & § cum filius filiavè, & § final. Inſti-
t. de heredita. quæ ab inteſta. deferuntur. Cu- 13
s diverſi juris ratio hæc eſt, quòd filii filiæ-
è proprio jure ſuccedunt, nepotes aut pro-
:potes jure repræſentationis, id eſt, ex perſo-
ı defuncti parentis, & ob id æquum eſt, ut in
m tantum portionem, quotquot ſunt ve-
ant, in quam parens ſi viveret, ſucceſſurus
ſet. Nec enim poteſt quis plus commodi
redi ſuo relinquere, quàm ipſe habuit, l.
mo, de regulis juris, l. traditio. de acquir.
rum dominio. Et hanc rationem Imperator
ſtinianus in d. Novell. 118. § ita tamen, aſ-
nat, in illis verbis, in locum parētis ſui ſuc-
dunt. Non tantum verò jure repræſentatio- 14
, nepotes neptesvè, pronepotes, prone-
:ſvè ſuccedunt, quando cum patruis vel a-
nculis ſuis concurrunt, verùm etiam, quan-
ipſi nepotes vel neptes, pronepotes vel
oneptes ſoli extant. Ut ſi extant duo-

Digitized by Google

rum filiorum nepotes,ex uno filio duo nepotes, ex altero tres vel quatuor, hereditas non dividitur in capita pro numero perſonarum, quod dicendum videbatur, cùm iſti nepotes omnes uno eodemque & pari gradu ſint, ſed dividitur in ſtirpes, ita ut duo nepotes ex uno filio capiant ſemiſſem hereditatis, alterum ſemiſſem accipiant nepotes tres, vel quatuor ex altero filio. Sic ſi extant nepotes duo ex uno filio, & ex alterius filii nepote pronepotes, hereditas ſimiliter in ſtirpes dividitur. l. 2. C. de ſuis & legit. lib. § cùm filius, inſtitu. de
15 hereditat. quæ ab inteſta. defer. Nihil verò refert, utrum liberi in poteſtate defuncti, an verò emancipati fuerint, ac patria poteſtas, cujus ratio ante tempora Juſtiniani habebatur, hodie amplius non ſpectatur, ſicut nec illud attenditur, ex filia liberi deſcendant,
16 an ex maſculo, d. Novell. 118. Denique quæ de liberis diximus, nõ ſolùm in liberis ejuſdem, ſed etiam diverſi matrimonii procedunt, ita tamen, ut ſi ex diverſis ſint matrimoniis, utraque proles donationem propter nuptias vel dotem ſui parentis accipiat, in aliis bonis, eo quo dictum eſt modo, ſuccedunt. Novel. 22. § ſed neque illud nobis relinquendum eſt. Et tantùm de liberis naturalibus &
17 legitimis. Sequitur de liberis legitimatis. Liberi

beri

ri naturales,id eſt, ex cōcubina ſuſcepti,qui
othi etiam dicuntur,Novell. περὶ νοθῶν
degeneres liberi, l.ult. C. de naturalibus li-
ris, vulgò Baſtardi à Germanico Böſart/
ijacius in Novell. 18. legitimantur tribus
odis præcipuè : per ſubſequens matrimo-
um, per oblationem curiæ, & reſcriptum
incipis. Per ſubſequens matrimonium li-
ri legitimantur, quando quis eam, quam
concubinatu habuit, & ex qua in concu-
natu liberos ſuſtulit, uxorem ducit. Ac pri- 18
us Conſtantinus Imperator conſtituit, ut
eri in concubinatu ſuſcepti, concubinatu
matrimonium converſo,ſui & legitimi fie-
nt. Et hanc Conſtantini conſtitutionem
ſtea Zeno renovavit in l. Divi Conſtanti-
C. de naturalibus liberis. Pertinet autem
Zenonis conſtitutio tantum ad præterita,
eſt, ad eos, qui ante conſtitutionem illam
buerunt liberos ex concubina: non etiam
rtinet ad illos,qui poſt eam conſtitutionem
concubina liberos ſuſceperunt. Itaque
cepti liberi naturales poſt conſtitutionem
nonis, per ſubſequens matrimonium non
gitimabantur, eaque re Zeno invitare vo-
t homines ad legitimum matrimonium,
à concubinatu abſterrere. Cæterùm Ana-
ſius in l. jubemus, C. de naturalibus libe-

Y 5 ris,

Digitized by Google

ris, conſtituit, vt etiam in poſterum nati & ſuſcepti ex concubina, prædicta ratione, id eſt, per ſubſequens matrimonium legitimi fierent, ideoq; Iuſtinianus poſtea probauit in l. cum quis, C. de naturalibus liberis. Et ſic apparet quod Anaſtaſij conſtitutio plenior eſt Zenonis conſtitutione, quia hæc, vt dictum eſt, ad caſus præteritos, illa quoque ad futuros pertinet. Præterea in eo plenior eſt, quod Zenonis conſtitutio eſt de concubina ingenua, Anaſtaſij conſtitutio loquitur generaliter: Item Zenonis, conſtitutio hoc tantum requirit, vt quis concubinam vxorem ducat, Anaſtaſij conſtitutio requirit hoc amplius, dotem & dotalia inſtrumenta, quod etiam approbat Iuſtinianus in d.l. cum quis, & in Nouella 18. Vtraque autem conſtitutione, id eſt, Zenonis & Anaſtaſij, plenior eſt Iuſtiniani conſtitutio in eo, quod Zenonis & Anaſtaſij conſtitutiones tunc demum legitimationem liberorum admittunt, cum non extant iuſti & legitimi liberi. Hæc cõditio omittitur in Iuſtiniani conſtitutione, & Iuſtinianus in Nouell. 12. docet, etiam exiſtentibus legitimis, natos ex concubina per matrimonii coitionem
19 ſuos & legitimos fieri. Legitimati itaque liberi per ſubſequens matrimonium interuenientibus dotalibus inſtrumentis, pro ſuis & legi-

egitimis liberis habentur: matrimoniũ enim etrotrahitur ad tempus natiuitatis libero-um,ita quod matrimonium contractum eſſe enſeatur ante liberorum natiuitatem, c. tan-ı,qui filii ſint legitimi, Roland. à Valle con-l.100. num.14. in 2 volum. Andreas Geill octrina & vſu rerum præſtantiſsimus, lib.2. acti. obſeruatio. obſeruatione 141. Et ideo ıæcunque de ſuis & legitimis liberis dixi-us, eadem etiam de legitimatis per ſubſe-ıens matrimonium dicenda & intelligenda nt,d.l.cùm quis,Cod. de naturalibus liber. Nouell.12.§.final. Inſtitut. de nupt. §. pri-o,Inſtitut.de heredita.quæ ab inteſta.defer. elegantiſsimè traditum eſt à Rolando à lle conſil.100.in 2.volum.& ab Andr.Geil. bſeruatio.141.lib.2.Per oblationem curiæ 20
itimantur liberi, cùm curiæ decurionum eruntur.Decuriones ſunt,qui in municipiis oloniis conſilij publici gratia conſcribun-: dicuntur decuriones, non quòd ſunt de ine curiæ,vt Iſidorus ſentit libr.9. etymo-c.de ciuibus,ſed quòd initio,cùm coloniæ 21
ıcerentur,decima pars eorum qui dedu-ıntur, conſcribi ſolita ſit,l. pupillus, §. de-ones, de verborum ſignificatione. Ex magiſtratus omnes creabantur : nec qui non erat decurio, duumuira-

tu

tu vel aliis honoribus fungi poterat, l. honores, § penult. de decurioni. Per eoſdem omnia civitatum munera explicabantur: nam & pecuniam publicam tractabant, ſive erogandam decernebant, annona ut ſupereſſet civitati, providebant, curatores frumenti vel olei comparandi, vel operum publicorum conſtituebant, omnia denique, quæ ad civitatis adminiſtrationem pertinent, curabant, l. 2. § 1. cum ſequentibus, l. non debere, l. libertus, § exigendi, l. Lucius, ad municipalē, l. ex facto, de nego. geſt. l. decuri. C. de adminiſt. re. ad civit. perti. atq; ita curiæ ſuæ obſtricti erant, ut militia eis, l. ne quis officialium, l. quamvis, l. ſi quis decuri. C. de decur. lib. 10. & vectigalium publicorum, alienarumq́; quarumlibet rerum conductione procurationeq́; interdiceretur, l. 2. § 1. de adminiſtrat. rer. ad civita. pertin. l. ſpurii, § decurio. de decurio. ne ſcilicet alienorum negotiorū cura à ſuo mu-
22 nere avocarentur. Tot igitur muneribus cum eſſent obnoxii decuriones, quiſque quantum poterat curiam defugiebat, adeò ut pœnæ loco Chriſtiani ab impiis principibus curiis addicerentur, Caſſiodorus lib. 1. Hiſtor. tripartit. c. 9. & lib. 6. c. 7. & lib. 7. c. ultim. ob id, ne curiæ paulatim inopia civium deficerent, à Theodoſio primùm conſtitutum, à ſequentibus dein-

leinde Imperatoribus confirmatum eſt, vt
ıaturales filii curiæ oblati legitimi fierent, &
uorum heredũ iura nanciſcerentur, l. ſi quis,
. quoniam, C. de naturalibus liberis, §fin. In-
tit. de nuptiis, Barnab. Briſſo. libr. 4. antiqui-
at. c. 13. Et hoc modo legitimandi liberos na- 23
urales per oblationem curiæ, etiam tunc vti-
nur, cum legitimi liberi extant, ita tamen, vt
ɔater non poſſit plus dare vel relinquere filio
egitimato per oblationem curiæ, quam vni
:x iuſtis liberis, cui minimam portionem de-
lerit, vel reliquerit, l. communium, §. fin. C.
le natura. lib. Et legitimati per oblationem
uriæ, ius ſuitatis tantum conſequuntur, non
tiam ius agnationis, vt primo modo, id eſt,
ɔer ſubſequens matrimonium legitimati,
ıoc eſt, legitimati per oblationem curiæ ſo-
i patri ſuccedunt, ſoli patri legitimi fiunt,
ıon fiunt legitimi aliis, nec aliis ſuccedunt, &,
ıt Juſtinianus loquitur, legitima jura in pa-
erna ſucceſſione adipiſcuntur, d. l. commu-
ıium, in princ. C. de naturalibus liberis, Ro-
andus à Valle conſil. 95. num. 4. in 3. volum.
ɔer reſcriptum principis legitimantur liberi 24
ıaturales, cùm princeps ad petitionem pa-
ris reſcribit, ut liberi naturales pro ſuis &
egitimis liberis habeantur. Sicuti enim
ɔrinceps libertinos poteſt ingenuitati reſti-
tuere,

tuere, & natalibus: l. 2. de natalibus reſtituendis, ita poteſt princeps liberos naturales ſuos facere. Et hunc legitimandi modum Iuſtinianus introduxit, eoque tunc vtimur, cùm non extant liberi legitimi & filii naturales ex libera muliere procreati ſunt, Nouel.
25 74. Ac legitimati per reſcriptum principis, ius ſuitatis ac agnationis habent, ideoque non tantum patri ſuccedunt, ſed etiam aliis, d. Nouel. 74. ac verè legitimi dicuntur, non per fictionem. Rolandus à Valle conſ. 83. nu. 12. in 3. volum. Et hæc de deſcendentibus: nunc quomodo tranſuerſales ab inteſtato
26 ſuccedant, diſpiciamus. Tranſuerſales vocamus omnes, qui ex latere veniunt, vt ſunt fratres, ſorores, fratrum ſororumque liberi, patrui, auunculi, amitæ, matertetæ & ſimiles, hi, deſcendentibus & aſcendentibus deficientibus, ad ſucceſsionem admittuntur, d. No-
27 vel. 118. §. reſtat vt tertium ordinē. Quinimo nonnunquā & cum aſcendentibꝰ ab inteſtato ad hereditatem vocantur, ut ſi defunctus patrem & matrem reliquit, & fratres ac ſorores ἀμφιθαλεῖς: illi cum patre et matre in capita admittuntur, d. Nouel. 118. Roland. a Valle conſ. 95. nu. 2. fratres ac ſorores ἑτεροθαλεῖς, à patre & matre excluduntur, d. Nouell. 118. niſi fortè concurrant cum ſuo & defun-

ctū

ſti communi parente, Schurff. conſ. 5. in 1.
entur. Sic liberi fratrum mortuorum, utrinque defuncto conjunctorum, cum parentibus fratribusque defuncti, ſuccedunt ex Novella. 127. quamvis à parentibus & fratribus defuncti excludantur, in Novella 118. ſed cùm non extant aſcendentes, fratres & ſorores ad hereditatem defuncti veniunt: & ſi defunctus reliquit fratres & ſorores ἀμφιθαλεῖς & ἑτεροθαλεῖς, id eſt, ex utroque & altero parente tantum conjunctos, fratres et ſorores ἀμφιθαλεῖς excludūt fratres et ſorores ἑτεροθαλεῖς, d. Novell. 118. § ſi defunctis igitur. Excludebant etiam olim fratres utrinque conjuncti, fratrum defunctorum liberos, § hoc etiam, § ſi plures, de legitim. agnato. ſucceſſ. Sed hodie ex d. Novella 118. cum fratribus & ſororibus fratrum & ſororum utrinque conjunctorum ac defunctorum liberi ſimul admittuntur, ita ut fratres & ſorores in capita, liberi fratrum defunctorum cum patruis, avunculis, amitis, & materteris in ſtirpes ſuccedant, d. Novell. 118. § quòd ſi defuncto. Conſtitutio Carolina Nurenbergæ edita, Anno 1521. Et ſi ſoli fratrum & ſororum utrinque defuncto conjunctorum conjunctarumvè liberi extant, ſi quoq; defuncto ſuccedunt, & excludunt defun-

defuncti fratres & ſorores ἑτεροθαλεῖς· 28 d. Novell. 118. § unde; conſequēs eſt. Sed quæſtionis eſt, quomodo duorum fratrum aut ſororum liberi patruo vel avunculo amitæ vel materteræ ſuccedant, utrum in capita an in ſtirpes? Accurſius cenſuit in ſtirpes illos ſuccedere debere in l. lege 12. tabularum, in fin. C. de legitim. hered. & in authent. ceſſante, C. eodem, idque poſtea Bartol. probavit, in l. poſt conſanguineos, § agnati, de ſuis & legitimis, & pro hac opinione conſuluit in conſ. 173. poſt Bartol. Dynus, Jacob. de Aretio. Bald. Ang. Caſtrenſis & complures alii. quos refert Alexand. in conſil. 55. in 4. parte, idem cenſuerunt. Azo contra exiſtimavit, ſucceſſionem fieri debere in capita, in ſumma ſua aurea, C. de legitim. heredibus, eamque ſententiam amplexus eſt Hoſtienſis in ſumma ſua, titul. de ſucceſsio. ab inteſta. Obertus Bobius in d. Authent. ceſſante, & ibi Albericum de Roſate & Oldradum in eadem fuiſſe ſententia Cynus ſcribit. Hanc ipſam opinionem ſecutus quoq; eſt Conſtant. Harmenop. libr. 5. epito. titu. 8. eamque poſt alios complures probavit Zaſius lib. 1. ſingul. reſponſ. c. 7. & in epitome feudali, part. 8. & in conſil. 4. quod incipit: orta controverſia inter liberos generoſi domini, libr. 1. Jacobus Cujacius in

men. Ulpian, titu. 26. de legitim. heredi-
ırſus in Novel. 118. & in c. unic. de ſucceſ-
ıe fratrum, in uſibus feudorum. In hac o-
onum diverſitate Carolus Quintus in
ıitiis Spirenſibus anno 1529. conſtitutio-
ı hac de re edidit, eaque poſteriorem
ınis ſententiam probavit, omnibus ſtatu-
& conſuetudinibus in contrarium exiſten-
ıs, prorſus ſublatis. Azonis quoq; ſenten-
n Gallica Parlamenta receperunt, Hoto-
ınus in quæſtio. illuſtribus quæſtio. 14.
o verò duorum fratrum vel ſororum li- 39
i, patruo defuncto, in capita ſuccedunt,
a non ſuccedunt jure repræſentationis, ſed
: proprio, tanquam proximiores, ſecus
cùm duorum fratrum liberi avo ſucce-
ıt, & ideo ſucceſsio fit in ſtirpes non in ca-
,ut ſuprà eſt expoſitum. Nec obſtant quæ
:ontrarium à Sonsbekio adferuntur. Et
nùm non obſtat, § unde conſequens, in
vella 118. ubi dicitur: filios fratris præ-
'i patruo, ex altero latere defuncto con-
cto. Nec enim inde rectè colligitur, filios
:rum utrinque defuncto conjunctorum,
ruo, jure repræſentationis ſuccedere. Si
lectio illa procedit, procedet etiam hujus-
di collectio: fratres utrinque conjuncti
feruntur fratri ex altero latere conjun-
Z cto.

cto. Ergo fratres jure repræſentationis ſuccedunt. At hoc falſum eſt: Ergo & illud. Deinde etſi duorum fratrum liberi ibi patrem repræſentarent: tamen propter repræſentationem non poſſent patruum ex altero latere defuncto conjunctum excludere, cùm propter repræſentationem duntaxat fingantur eſſe in ſecundo gradu, in quo etiam eſt patruus ex altero latere defuncto conjunctus. Denique Imperator ibi non de duorum fratris liberis, ſed tantum de fratris filiis loquitur. Non obſtat item § illud manifeſtarium eſt, in d. Novell. 118. ubi fratrum filii in locum ſuorum parentum ſuccedunt, & excludunt patruos & avunculos defuncti. Nos enim cum Carolina conſtitutione loquimur in illo caſu, ubi duorum fratrum liberi, defuncto ex utroque latere conjunctorum, ſoli exiſtunt. Hi non repræſentant parentes defunctos. At ſecus eſt, quando exiſtunt defuncti, patrui & avunculi, quos patruos & avunculos magnos appellamus. Hic duorum fratrum liberi, patres defunctos repræſentant, & propter repræſentationem finguntur eſſe in ſecundo gradu, atque ita patruos defuncti, qui ſunt in tertio gradu, excludunt, d. § illud manifeſtarium. Rurſus non obſtat generalitas verſiculi, hujuſmodi in d. Novella

118. ubi

8. ubi privilegium repræſentationis, fra-
m & ſororum filiis in genere tribuitur. Ge-
ralitas enim illa, ſecundum ea quæ præce-
nt, intelligenda eſt. In præcedentibus au-
n dictum eſt, fratrum filios parentes re-
eſentare, quando exiſtunt fratres & ſoro-
utrinque defuncto conjuncti conjunctæ.
. Non obſtat ſimiliter quod in § id autem
vilegii, in d. Novella 118. dicitur, fra-
um filios cùm ſoli ſunt, jure repræſentatio-
s admitti. Nequaquam enim id ibi aſſeri-
r, ſed Imperator hoc dicit, tantum fratrum
ios id privilegii habere, non etiam alios
terioris gradus, quemadmodum ſequen-
verba: nulli alii perſonæ hoc jus conce-
mus, perſpicuè indicant. Dictione, ſolis,
nperator excludit alias perſonas ulterioris
adus, non ſignificat, fratrum filios cùm ſo-
ſunt, ſuccedere repræſentationis jure. Hinc
nul intelligitur non eſſe ſuperfluum, § ſe-
ientem, ſed & ipſis, in d. Novella 118. Ete-
m poſtquam Imperator dixit, ſolos filios
atrum repræſentationis jure ſuccedere, non
ias perſonas, rectè poſtea ſubjicit, tunc
lis fratrum filiis beneficium hoc compete-
, quando cum patruis & avunculis vo-
ntur. Non obſtat, quòd poſt fratres &
ios fratrum cognati ſuccedunt in capi-

ta,§ cæterum,d.Novella 118. Cùm enim Imperator fratrum filios nominat, refert ſe ad præcedentes § §. quemadmodum indicant illa verba,ut diximus. In præcedentibus autem dixerat de fratrum filiis, qui cum patruis ſuis concurrunt,aut cum patruis & avunculis defuncti, non de ſolis fratrum filiis. Hi cognatorum appellatione, cum aliis cognatis comprehenduntur, & in capita ſuccedunt. Denique nihil obſtat quòd Juſtinianus in d. § cæterùm,nihil novi conſtituiſſe videtur, ſi dicamus duorum fratrum liberos in capita ſuccedere. Nam Juſtinianus in d. Novella 118. multa nova introduxit.Ante illam novellam, fratres præferebantur parentibus, l.ult.C. cōmun.de ſucceſſ.Ex Novella 118. fratres cum parentibus ſuccedunt in capita. Similiter ante Novell.118.frater excludebat filium fratris jam mortui,§ hoc etiā, § ſi plures, de legitim. agnat.ſucceſſ.& dictum eſt ſuprà, Ex Novell. 118. filii fratris mortui, cū fratre admittuntur in ſtirpes.Hæc ubi conſtituit Juſtinianus,tandem ſubjicit,reliquos cognatos debere ſuccedere ſecundum gradus prærogativam, ita ut ſi plures ſint unius gradus,in capita hereditas dividatur. Ea adjectio nihil incommodi habet, ſed contraria violenta interpretatio plurimum, utpote quæ per ſubauditos intellectus

ctus legum correctionem inducit, contra
oſſam notab. in c. cupientes, § quod ſi de e-
ctio. in 6. Dd. in Authen. quas actiones, C.
ſacroſanct. eccleſ. Johan. Saiſon in conſue-
din. Turonen. titu. 18. Porrò fratribus aut ſo- 31
ribus utrinque conjunctis non extantib.
c etiam fratrum aut ſuorum liberis, ad ſuc-
ſſionem admittuntur fratres & ſorores
ετεροθαλεῖς id eſt, ex altero parente tan-
m defuncto conjuncti, d. Nov. 118. § his
erò non ſubſiſtentibus, ita tamen ut fratres
ſanguinei in paternis bonis uterini in ma-
rnis præferantur, Matheſilanus in tracta.
cceſſio. numer. 97. Valentinus Forſterus in
acta. de ſucceſsio. ab inteſta. Si ergo Titius
prima conjuge ſuſcepit Pamphilum, ex ſe-
unda Sempronium, & mortuo Titio, ſecunda
onjunx iterum nupſit & Mævium peperit,
ortuo Sempronio, Pamphilus & Mævius
d hereditatem Sempronii vocantur: ſed
amphilius in ea hereditatis parte, quã Sem-
ronius à parente communi conſecutus eſt,
lus ſuccedit, ſicuti Mævius in portione quã
empronius à matre accepit. Reliqua Sem-
ronii bona inter Pamphilum & Mævium æ-
ualiter dividuntur. Et hoc generaliter te-
endum eſt, quod in bonis à patre provenitis
li conſanguinei ſibi invicem ſuccedunt, in

bonis maternis ſoli uterini, in aliis extrinſecus acquiſitis, omnes æqualiter. Forſterus
32 in d. tract. de ſucceſſ. ab inteſta. Quòd ſi defunctorum fratrum vel ſororũ liberi extant, ipſi cum patruis & avunculis vocantur, quòd etſi nominatim in d. Novell. 118. expreſſum non eſt, ita tamen dicendum eſt, ſecundum ea quæ ſuprà de fratribus & ſororibus utrinque conjunctis eorumque liberis tradita ſunt. Nam cùm ratio hic eadem ſit, non diverſa, idem quoque jus erit, l. 3. § 1. de injuſto rupto. l. à Titio, de verb. oblig. Inde conſequenter quoque dicendum eſt, filios fratrum vel ſororum ex altero parente tantum conjunctorum, defuncto in capita, non in ſtirpes ſuccedere, ſecundum dictam Caroli conſtitutionem. Poſt fratres & ſorores, eorumque liberos vocantur quicunque gradu proximiores ſunt, & pares in gradu pariter admittuntur, ulterioribus excluſis, hereditate in capita pro perſonarum numero diviſa, non in ſtirpes,
33 d. Novell. 118. § cæterùm ſi neq;. His expoſitis videamus, quomodo in feudis ſucceſſio fiat. Mortuo vaſallo, ad ſucceſſionem feudi vocantur ejus deſcendentes, & ut Obertus de Orto loquitur, mortuo vaſallo, prima cauſa eſt liberorum, c. unic. in princ. de ſucceſſio. feu. ac in eo jus conſuetudinarium cum jure com-

nmuni congruit, ut ex iis quæ ſupr. dicta
t, intelligitur. Liberorum autem nomi- 34
hic ſolos filios & nepotes ex filiis, prone-
tes ex nepote ex filio nato, & ſic deinceps,
n etiam filias, aut nepotes neptesvè ex fi-
bus, aut pronepotes proneptesvè ex ſne-
te, ex filio nato intelligimus. Nam in feu-
ſoli filii, nepotesvè ex filio, & pronepo-
ex nepote ex filio nato, & ſic deinceps ſuc-
dunt, filiabus & nepotibus neptibusvè ex
a natis, excluſis, d.c.unic. de ſucceſſio. frat.
unic. in princ. de natura ſucceſſio. feudi.
hoc notandum eſſe Gerhardus Niger mo-
t in c. unic. § hoc autem notandum eſt, de
s qui feudum dare poſſunt, prolixè Decia-
is reſpon. 24. num. 1. in 1. volum. Et in hoc
s cõſuetudinarium à jure communi diſcre-
t. Ac in tantum filia, itemque nepotes ex 35
ia à feudi ſucceſſione removentur, ut et-
m tunc non admittantur, cùm defuncto
udum eo tenore datum eſt, ut ejus deſcen-
entes maſculi & fœminæ in eo ſuccederent.
oc quoque caſu extantibus filiis, filia aut
epotes ex filia, non ſuccedunt, auctore Ger-
rdo Nigro in c.unic. § filia verò, in illis ver-
s: tunc enim ſuccedit filia, filiis non extan-
bus, de ſucceſſ. feudi, Roland. à Valle con-
l. 68. num. 40. in 1. volu. & conſil. 41. num. 4.

Digitized by Google

in 2. volum. Et copulativa, Et, quæ alias conjungit, & omnes ſimul & æqualiter ad idem diſpoſitum vocat, l. unic. § ſin verò, C. de caduc. tollen. l. ſi mihi, in prin. l. ſi duob. l. ſi plurib. in pr. l. planè, § ſi conjunctim, de legat. 1. Ruin. conſil. 16. incipiente: circa caſum, de quo quæritur, nu. 8. lib. 1. hic ordinē ſucceſſivū ſignificat, & verba copulat non ſenſum, Rolandus à Valle conſil. 58. num. 67. in 3. volum. Paris de Puteo de redinteg. feud. c. 109. num. 3. Ferrarienſ. pract. in forma libelli ad revocatio. feudi, ſuper verbis, nec ſuperſtitib. nu. 2.
36 Quinimò ſemel excluſa filia, ulterius fœminæ non admittuntur, c. uni. § quin etiam Epiſcop. vel Abbat. feud dare non poſſe, & ibi Bald. num. 3. Alvarot. nu. 3. & 4. Zaſius in epitom. feudo. part. 8. tit. de ſucceſſ. feud. num. 58. Alexand. cōſil. 29. num. 7. incipiente: quoniam abundè, in 1. volum. Johan. Baptiſta Ferret. conſi. 108. num. 1. Alexand. conſil. 53. num. 4. incipiente: conſideratis, in 6. volum. Pariſius conſ. 23. num. 50. incipiente: prima in hujuſmodi, & ibi hanc ſententiam communem dicit, Anton. Gabrie. Roman. lib. 6. concluſ. titu. de ſtatutis concluſ. 4. num. 2. quæ tamen ex rigoroſa feudorum conſuetudine recepta eſt, ut loquitur Romanus conſ. 1. numer. 3. & ibi prolixè Mandoſius in additionibus ſuper verbo,

,perpetuò. Si igitur vaſallus ultimus ſine
ſedibus maſculis moriatur, feudum tan-
am apertum ad dominũ revertitur, Andr.
il. in pract. obſervat. libr. 2. obſervatione
8. verbi gratia: Titius feudum accepit, eo
cto, ut filii & filiæ in eo ſuccederent, ut eſt
d. c. unic. § filia, de ſucceſs. feud. vel quod
m eſt, ut deſcendentes ipſius, maſculi &
minæ illud haberent, ut dicitur in d. c. uni-
,§ quin etiam, Epiſco. vel abbat. poſtea Ti-
s mortuus eſt, relictis duobus liberis, filio
o & filia una. Hic quamvis in inveſtitura
nvenerit, ut filii & filiæ ſuccederent, vel ut
cederent deſcendentes, maſculi & fœmi-
: tamen ſolus filius ſuccedit patri ſorore
cluſa, & ſi poſtea filius ſine heredibus ma-
alis deceſſerit, filia ſuperſtes, quæ ſemel per
aſculum excluſa fuit, amplius ad feudi ſuc-
ſſionẽ venire non poteſt, Rolandus à Val-
conſil. 58. num. 68. in 3. volu. ſed feudum ad
minũ redit, d. c. uni. § quin etiam Epiſcop.
l Abba. feud. dare non poſſ. quamvis pleriq;
iſtiment, humanius eſſe, ut filia admittatur,
andoſius in d. verbo perpetuò, Tybe. De-
n. reſpon. 58. nu. 2. Anton. Gab. Rom. d. lib.
conclu. tit. de ſtatutis, conclu. 4. nu. 3. Hartm.
ſtor, quæſt. 36. ubi hanc ſententiam multis
ionib. munit. Non obſtat quod Sonsbek. 37.

parte 9. num. 131. cum ſeqq. objicit, vaſallum qui feudum accipit pro ſe & heredibus ſuis maſculis & fœminis, hoc videri voluiſſe, ut fœminæ ſuccederent, maſculis, qui ſucceſſerunt, deficientibus. Nec enim hic ſola voluntas vaſalli conſideranda eſt, ſed etiam voluntas domini feudum concedentis. Similiter non obſtat, quòd feudum, quod vaſallus pro ſe & heredibus ſuis maſculis & fœminæ accepit, fœmineo feudo æquiparatur, quandoque in feudo fœmineo ſuccedit filia maſculis, qui tamen aliquandiu feudum poſſederunt, deficientibus. Hoc namq; poſterius falſum eſt, quemadmodum Alvarot. in c. unic. de feudo fœminæ, num. 2. circa fin. his formalibus verbis teſtatur: ſi filiæ ſemel habuerunt obſtaculum, quia per maſculum ſunt excluſæ, quanquam poſtea maſculus moritur, non tamen filiæ admittuntur, quia ſemel fuerunt excluſæ, unde in perpetuū excluſæ intelliguntur. Non obſtat quoque quod aſſeritur, DD. ſuper eo maximè diſceptare, utrum fœminæ ſemel excluſæ admitti debeant. Etenim cōmunis Dd. ſententia eſt, quòd fœminæ ſemel excluſæ, perpetuò ſint excluſæ, quamvis ab hac ſentētia Jacobus de Belviſo, Martin. Laudenſis, Franciſcus Hotomannus, & nonnulli alii diſcedunt, Mynſingerus in 5. centur. obſerv.

.74. Deniq; non obſtat, quòd feudum ita
eptum, ut fœminæ ſuccedant, compara-
feudo novo à duobus fratribus, eo pacto
epto, ut alter alteri ſuccederet, c. unic. §
uo, de feudo marchiæ, quodq; ibi uterque
ter fuit in vita, & tamen alter alteri nihilo-
nus ſuccedit. Inde non eſt inferendum,
òd ſi ſemel maſculus excluſit filiam, & poſt-
noritur, fœmina quæ ſupereſt, vigore pa-
ſuccedere debeat. Nec enim frater ibi ha-
t filium, qui feudum aliquandiu poſſedit,
poſtea mortuus eſt, ſed fratre mortuo, ſo-
frater ſuperfuit. Hic in feudo ſuccedit
pacti. Sic quoque filia ſuccedit vi pacti, ſi 38
ſallus ſine filio moriatur, d. c. unic. de feudo
rchiæ: ſed ſi vaſallus relinquet filium, &
poſsideat aliquandiu feudum, & poſtea
riatur, filia non ſuccedit, ſed feudum, ut di-
m eſt, ad dominum redit. Hoc tamen ita
). intelligunt, ſi filius longo intervallo poſt
rem, diem ſuum obierit. Si filius poſt obi-
n patris ilicò ſuerit mortuus, filia, quam-
ſemel à filio excluſa fuerit, ad feudi ſuc-
ſionem nihilominus admittitur. Nec enim
etur extitiſſe aut vixiſſe, qui ilicò mortu-
eſt, ita volunt gl. Bald. & Alvarot. in c. uni.
ti. in verbo, omninò extantib. de ſucceſsio.
d. & gl. in titu. Epiſcop. vel Abbat. feud.
dare

dare non poſſ. quam ibi Jacobus de Belviſo, Baldus, Alvarottus & alii ſequuntur, Tiraquell. in tractatu de judicio in rebus exiguis ferendo, § 83. nō dicitur extitiſſe, Franciſ. Sonsbekius in tract. de feud. parte 9. num. 130. Julius Clarus in § feudum, quæſtio. 80. circa fin.
39 Sic ſi in inveſtitura dictum fuerit, ut donec maſculus ſupereſſet, fœmina non ſuccederet, fœmina temporaliter cenſetur excluſa, non perpetuò, & ideo deficientibus maſculis, fœmina admittitur, c. uni. de eo qui ſibi vel hered. ſuis maſculis, Franciſ. Curt. in tractat. de feud. in 1. parte tertiæ partis principalis, Andreas Geill. in pract. obſervat. libr. 2. obſervatio. 148. nu. 3. circa finem, Bald. conſil. 200. feudum ſub iſta forma acquiſitum, lib. 5. Roman. conſil. 1. nu. 3. & ibi Mandoſius in additionib. ſuper verbo, admittuntur. Idem Roman. conſil. 33. incipiente: viſo inveſtituræ tenore, Johan. Baptiſt. Ferret. conſil. 108. num. 2. Anton. Gabr. Roma. libr. 6. concluſ. titul. de ſtatutis, concluſ. 4. num. 5. Dictio enim, donec, quandiu, quoad, quouſq;, non perpetuò excludit filias, ſed temporaliter eas duntaxat, contemplatione certarum perſonarum impedit, Bart. in l. ult. ad Tertul. Hotom. in conſil. 9. in 1. volu. ibi tamen malè hoc pactum, ut donec maſculus ſupereſſet, fœmina non ſuccederet,
con-

confundit cum illo, ut maſculi & fœminæ ſuccederent. Porrò filii in feudo ſuccedentes 40 æqualiter ſuccedunt, & feudum inter ſe, ſicut bona allodialia, in capita, pro numero perſonarum dividunt, d. c. uni. § & quia vidimus, ibi, ad omnes æqualiter filios pertineat, de his qui feud. dar. poſſ. & d. c. uni. ibi, ſuccedunt filii æqualiter, de ſucceſſ. feudi, Henning. Gode conſil. 6. num. 11. & dictum eſt ſup. contradictione unius ex cõſortibus non obſtante, Roland. à Valle conſil. 80. num. 44. cum ſequentib. in 1. volum. nec etiam ulla primogenituræ habita ratione, niſi fortè feudum tale fuerit, quod dignitatem annexam habet, quale eſt feudum ducatus marchiæ & comitatus, illa feuda dignitatum non dividuntur, c. Imperialem, § præterea ducatus, de proh. feud. alien. per Frider. c. licet, ad fin. in illis verbis, ordine geniture privandum, extr. de voto & voti redemt. & utrobiq; DD. Jacob. de Beluiſ. in diviſ. feud. in 8. diviſ. & ibi Alvarot. in 9. & Laudenſ. in 11. diviſ. Tiraquell. de jure primigen. quæſtio 4. num. 21. cum ſeqq. Petrus Duenas in regu. jur. 316. & in hoc nemo diſcrepat, Chaſſan. in conſuetud. Burgund. Rubr. 3. *des fieds* § ſexto, numer. 7. primum propterea, ne per diviſionem minuantur & deſtruantur, gl. in d. c. licet, extr. de voto & voti redemtio.

Dd, in

Dd. in d. c. Imperialem, § præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Frider. Bald. in auth. Hoc amplius, C. de fideicommiſſ. Chaſſ. in loco proximè dicto, Roland. à Valle conſil. 80. num. 5. in 1. volum. Deinde quia per unum rectius adminiſtratur, quàm per multos, Bald. in d. c. Imperialem, § præterea ducatus, ibi adducit hanc Ariſtotelis ſententiam ex 12. Metaphyſi.

Multos imperitare malum eſt, rex unicus eſto.

quam ſententiam Ariſtoteles ex Homero ſumpſit, apud quem in 2. Iliados, Ulyſſes Therſiten ea ſententia compeſcit, Chaſſanæus in loco ſuprà dicto, num. 9. Cephalus conſil. 3. num. 20. cum ſequent. in 1. libr. Tiraquel. de jure primigen. quæſtio. 4. Ibi ex Plutarcho refert: Darium multa milia talentorum Alexandro obtuliſſe, petiiſſeque ut Aſiam ſecum ex æquo divideret: & cùm quidam Parmenio diceret, equitem acciperem ſi Alexander eſſem: & ego quoque, Alexander inquit, ſi Parmenio eſſem, Dario autem reſpondit, neque terram duos ſoles, neq; Aſiam duos reges tolerare. Et ubi in regno plures ſunt reges, regnum non poteſt eſſe in pace, ut patet 7. quæſt. 1. c. in apibus, & per totam cauſam, 21. quæſtio. 1. Matth. de Afflictis in conſtitut. Neapolit. Rubr. 8. de cultu pacis, numer. 5. libr. 1.

Et

Et hæc ſecundum conſuetudines feudorum procedunt. Secundum conſuetudinem verò Germaniæ, Italiæ, & aliarum multarum regionum, feuda dignitatũ ſolent dividi, Bald. Alvarott. & alii in d. c. Imperialem, § præterea ducatus, de proh. feud. alien. per Frider. Alexand. conſil. 25. incipiente: attentis narratis in themate, in 5. volum. verſicu. fortificantur etiam prædicta. Oldra. conſil. 237. perlectis & diligenter attentis, Andr. de Iſernia & Alvarot. in c. uni. § omnes filii, ſi de feudo fuerit controver. inter dominum & agnatos, Angel. conſil. 286. pro clariori deciſione, Socinus conſil. 68. nu. 25. cum ſequentib. in 1. volu. & conſil. 168. viſis inſtrumentis, num. 16. verſ. his tamen non obſtantibus, in 2. volum. Franc. Curt. ſenior cõſil. 69. Dominus Johannes colum. 10. verſ. quarto principali fundamento, Philippus Decius in c. prudentiam, colum. 5. verſ. & notandum eſt, de offic. delegat. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. Rubr 3. *des fieds*, § 6. num. 11. Tiraquell. de jur. primigen. quæſtio 4. num. 37. verſ. verùm antequam hinc diſcedamus, Hennig. Gode conſil. 29. nu. 4. Menochius conſil. 2. num. 288. Roland. à Valle conſil. 2. num. 125. & conſil. 80. nu. 9. in 1. volu. Schurff. cõſil. 17. nu. 5. in 1. centu. ibi inquit, hodie per totam Alemaniam, contra

con-

conſtitutionem Imperialem, in § præterea, ducatus, de prohib. feud. alien. per Fridericum. ducatus, marchionatus, comitatus & his ſimiles dividuntur, nec ſervatur jus primogenituræ, ſed heredes maſculi illa feuda dividunt, ſicut allodialia. Idem iiſdem ferè verbis traditum eſt à Schurffio in conſil. 37. num. 1. in 2. centu. Aſtipulatur Johannes Crottus conſ. 55. nobiles quidam fratres, num. 20. in Italia & Germania, inquit, feuda dignitatum, ut ducatus, comitatus, marchionatus & ſimilia dividuntur, nec in talibus dignitatibus ex conſuetudine jus primogenituræ ſervatur. Idem quoque traditum eſt ab Hartmanno Hartmanni lib. 2. practic. obſervat. tit. de feudis, obſervat. 20. Andrea Geill. in pract. obſervat. libr. 2. obſerv. 153. Weſenbecio in conſ. 41.
43 num. 163. Eaque conſuetudo iniqua videri non debet, propterea, quòd & ante Fridericum Imperatorem uſitatum fuiſſe videtur, ut feuda dignitatum dividerentur, ut illa verba, de cætero non dividatur, in d. c. Imperialem, § præterea ducatus, de prohib. feudi alie. per Fridericum, indicant: & ibi Alvarottus notavit, & res de facili ad ſuam primævam naturam revertitur, l. ſi unus, § pactus ne peteret, de pact. c. ab exordio, 25. diſtinct. Jaſon in l. 2. numer. 182. C. de jure emphyt. Roland. à Valle

Valle in quæſti. ſuper ſtatuto, de lucro dotis, quæſt. 19. num. 3. Tiraquel. in tract. de pœnis, cauſa 51. num. 18. Idem Tiraquel. in l. ſi unquam, ſuper verbo, libertis, num. 35. C. de revocan. donat. Socinus ſenior conſ. 35. circa prædictam concluſionem colum. 6. Fernandus Vaſq. lib. 2. controverſ. illuſtrium, c. 56. num. 14. & rurſus c. 82. num. 4. Ac per hanc 44
cõſuetudinem, res, ad æqualitatem, quæ amicitia eſt, Plato in 6. de ll. Ariſtoteles lib. 9. ethicor. c. 8. & thyriaca contra venenum, Bald. conſil. 211. illud malum, lib. 4. Cravet. conſil. 190. num. 5. & concordiam inducit, Roland. à Valle conſil. 51. num. 8. in 4. volu. deducitur, ac 45
rixis & ſcandalis via præcluditur, quæ ut vitentur, feuda regalia, aliàs indiviſibilia, ſæpius etiam dividuntur, Tiraquel. de jure primigenit. quæſt. 4. num. 60. verſ. decimo ſextò limita. Chaſſaneus in cõſuetu. Burgund. Rubr. 3. § ſextò, verſic. octavò limitatur, Roland. à Valle conſil. 80. num. 18. cum ſeqq. in 1. volu. Sic quando in ducatu plura ſunt caſtra ſeparatam jurisdictionem habentia, unũ caſtrum uni, alterum alteri aſſignari poteſt, Roland. à Valle d. conſil. 80. num. 14. cum ſeq. in 1. volu. Socinus conſil. 68. num. 31. in 1. volu. Cephalus conſil. 3. num. 56. lib. 1. Semel quoq; feuda dignitatum diviſa, ſemper & inter quoſcunq;

diviſibilia manent. Socin. conſil. 165. num. 18. in. 2. volu. Tiraquel. de jure primigen. quæſt. 4. nu. 58. verſ. decimò quarto limita. Cephal. d. conſil. 3. num. 86. lib. 1. & conſil. 152. quamvis abundè nu. 20. lib. 2. Et denique feuda regalia, quo ad commoditatem, adminiſtrationem & uſum jurisdictionis dividi poſſunt, ut unus habeat adminiſtrationem uno anno, alius alio, Socin. d. con. 68. in. 1. volu. & d. conſ. 165. in 2. volu. Rolan. a Valle conſil. 80. nu. 27. cum ſeq. in 1. volu. Cephal. d. con. 3. nu. 68. lib.

46 1. Et tantum de liberis primi gradus. Quòd ſi cum liberis primi gradus defunctus reliquit quoq; ex filio præmortuo liberos ſecũdi gradus, iſti liberi ſecundi gradus, una cum liberis primi gradus ſuccedunt, ita ut filii primi gradus in capita admittantur, filii ſecundi gradus in ſtirpes d. c. unic. ibi, nepotes ex filio loco ſui patris, de ſucceſſ. feudi, Roland. à Valle con. 68. num. 22. cum aliquot ſeqq. in 1. volu. Henning. Gode con. 21. n. 1. latè Anton. Gabr. Roman. lib. 4. conclu. titul. de ſucceſſionibus ab inteſtato, concl. 1. nu. 7. quemadmodũ de ſucceſſ. in allodialib. ſupr. diximus. Hac enim in parte jus conſuetudinarium à civili non diſcrepat: ſic reliqua omnia, quæ ſupr. de ſucceſſione naturalium & legitimorum liberorum diximus, cõſuetudinibus feudalibus incorre-

cta

cta manſerunt. Nam & nepotes ſoli ex duobus filiis exiſtentes, avo ſuccedunt in ſtirpes, non in capita: atq; ita in feudis ex civilium legum præſcripto, definiendum eſt, cum jure feudali diverſum non ſit proditum: & ſtrenuus juriſperitus, ſicubi caſus emerſerit, qui conſuetudine feudi non ſit comprehenſus, lege ſcripta uti debet, c. uni. § ſtrenuus, de feudi cognitio. & dictum eſt alibi ſupra, atque ita in terminis traditum eſt à Baldo in l. 2. num. 4. C. de ſuis & legiti. ſimiliter filii, ex iisq; deſcendentes maſculi, ſuccedunt, nulla habita conſideratione patriæ poteſtatis & emancipationis. Nam emancipati quoque liberi cum liberis in poteſtate exiſtentib. in feudo ſuccedunt Alvarot. c. unic. § hoc quoque num. 11. de his qui feudum dare poſſ. Laudenſis in c. unico, § & quia vidimus de perſonis num. 14. eodem tt. & hæc eſt communis Dd. ſententia, Franciſc. Curt. jun. in 3. parte tractatus feudalis in 2. membro, num. 2. Deniq; in feudis li- 47
beri diverſi matrimonii ſimul ſuccedunt, ut ſi defunctus ex prima conjuge filium unum reliquit, ex ſecunda conjuge alium item filium: hi fratres conſanguinei, id eſt, ex eodem patre nati, ſed matribus diverſis, quos Greci, ὁμοπατρίους nominant, ad feudum æqualiter vocantur: atque ita ex jure

cõmmũni definiendum eſt, cùm contrarium in conſuetudinibus feudorum non ſit traditum, l.c.uni. § ſtrenuus, de feudi cognitio. Se-
48 quitur de liberis legitimatis. Per ſubſequens matrimonium legitimati, in bonis feudalibus patri & aliis agnatis ſuccedunt, non ſecus ac ſi ab initio ex juſto & legitimo matrimonio editi fuiſſent. Nam legitimati per ſubſequens matrimonium, de jure communi, cum aliis liberis ex matrimonio natis ad hereditatem ſimul admittuntur, ut ſupra diximus: nec hoc jus à conſuetudinibus feudalibus correctum aut immutatum reperitur, ideoq́ue etiam in feudis ſervandum erit, per regulam ſup. citatam, & ab Oberto de Orto traditam in d.c.unic.§ ſtrenuus, de feudi cognitio. Laudenſis, Jacob. de Belviſo, Andreas de Iſernia & alii in c. unic. § naturales filii, ſi de feudo defuncti cõtentio ſit inter dominum & agnat. atque ita cõmuniter tenetur, ut dicit Alexan. in l.ex facto, § ſi quis rogatus, l.1.num.18. in fin. Trebellia. quem refert Jaſon in l. generaliter, § cùm autem, num. 10. C. de inſtitu. & ſubſtit. Julius Clarus in § feudum, quæſtio.82. num.4. Schurff. conſil.1.num. 17. in 1. centur. Andr. Geill. in pract. obſervatio. libr.2. obſervatione 141. num. 2. verſic. ſimiliter ſuccedunt in feudis, Mynſingerus in 5. cẽtur. obſer-

vatio.

vatio. 42. ibi affirmat hanc ſententiam aſſeſſores ſupremæ curiæ probaſſe, Covar. de ſpõſa, 2. parte, c. 8. § ſecundò, num. 27. idque etiam tunc procedit, quando quis in articulo mortis conſtitutus concubinam uxorem duxerit, Bald. in d. c. unic. § naturales filii, verſic. quæro quid de eo ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dominum & agnat. Quinimò etſi quis 49
ex concubina liberos ſuſtulerit, & poſtea aliam mulierem uxorem duxerit, eaq; mortua, priorem concubinam in uxorem acceperit, liberi per ſubſequens matrimonium legitimantur, & in feudis ſuccedunt, Zaſ. in epit. feuda. part. 8. Matrimonium enim intermedium non impedit legitimationem prolis per ſubſequens matrimonium: & hæc eſt vera, communis & uſu recepta ſententia, Molin. in conſuetud. Pariſio. tit. 1. § 8. glo. 1. num. 34.
Nec adverſatur quod dicitur, naturales filios, 50
licet poſtea fiant legitimi, ad ſucceſſionem feudi, nec ſolos nec cum aliis admitti, c. unic. § naturales filii, ſi de feudo defuncti &c. per quem textum Sonsbekius de feudis, parte 9. num. 72. & Hotom. in conſil. 10. in 1. volu. tradunt, per ſubſequens matrimonium legitimatos, in feudis non ſuccedere. Nam textus ille loquitur de naturalibus filiis, qui poſt delatam ſucceſſionẽ fiunt legitimi, illi in feudis

feudo, ita nec illum. Deniq; non obſtat, quod ſimiliter abſurdum videtur, tacitam legitimationem, quæ fit per matrimonium, plus operari quam expreſſam, quæ fit per reſcriptum principis. Nec enim legitimatio, quæ fit per ſubſequens matrimonium, tacita eſt legitimatio, ſed expreſſa. Legitimati itaque per ſub- 51
ſequens matrimonium in feudis ſuccedunt. Et hoc in diſpoſitione legis & hominis locũ habet. Ideoq; ſi feudum vaſallo concedatur pro ſe & filiis ipſius ex legitimo matrimonio procreatis, vel quod idem eſt, legitime natis, ſuccedunt etiam filii, per ſubſequens matrimonium legitimati, And. de Iſern. in c. unic. § naturales, num. 8. & ibi Marti. Laudenſ. nu. 9. Matth. de Afflict. in 5. & ult. notabili, n. 3. verſ. ego verò ſum ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dom. & agnat, quamvis in contraria ſententia fuerit Bald. in d. c. unic. § naturales, num. 5. Si de feudo defuncti &c. propterea quod verba, ex legitimo matrimonio procreatis, principium genituræ reſpiciunt, quod vel cõceptionis vel nativitatis tempus eſt, prout liberis expedit. Et hanc Baldi ſentẽtiam Curtius junior de feudis, in altero membro tertiæ partis. nu. 41. & Alexand. conſil. 2. num. 13. lib. 1. ſecutus eſt, & cõplures alii, quos prolixè retulit Matth. de afflict. in d. § natura-

les,& Roland.à Valle conſil.100. num. 3
2. volum. ubi etiam citat Ruinum in co
92.num.16.in 3. volum. qui hanc opinio
dixit communem, eamque conſulendo
bavit Roland. d. conſil. 100. ſed prior op
à pluribus communis eſſe traditur, Abb
c.tanta. nu. 7. qui filii ſint legitim. Præpoſ
c. unic. § naturales, num. 4. ſi de feudo de
cti contentio &c. Julius Clarus in § feud
quæſt. 82. num. 5. Roland. à Valle conſil.
num. 15. in 2. volu. Hartman. Piſtor. quæ
52 41. Nec obſtat quòd qualitas adjecta ver
non videtur intelligi ſecundum tempus
bi, quod tamen eſſe debebat, l. in delictis, ſ
traneus, de noxali. Tiraquellus de jure pri
genio. quæſt. 34. num. 28. Idem quæſt. 43. n
9. Vaſquius in præfatione controverſ. ill
num. 33. Nam etiam hic qualitas adjecta
bo, ſecundum tempus verbi intelligitur, p
pterea quòd matrimonium retrotrahitu
tempus nativitatis filiorum, ut ſuprà ho
expoſitum eſt. Similiter non obſtat, qu
verba naturaliter debent intelligi, non civ
ter. l. fin. & ibi Bald. C. de his qui veniam a
tis impetrarunt, Tiraquel. de jure primig
1. quæſtio. num. 10. & quæſtio. 40. num. 1
Hoc enim verum eſt, cùm actus natur
cum civili non cõgruit; ſecus eſt in propoſ
noſt

noſtro, ubi ejuſdem eſt effectus actus civilis, cujus eſt actus naturalis. Hoc amplius non obſtat, quòd conditio voluntaria debet impleri in forma ſpecifica, & non per æquipollens, l. Mævius, de conditio. & demonſtr. Id non procedit in his, quæ implentur à lege, quæ facta infecta reddit, & non facta pro factis habet, ut c. 4. ſuprà expoſitum eſt. Ad extremum non obſtat, quòd legitimatus per ſubſequens matrimonium, prout nunc, verè & propriè eſt legitimus, ſed non prout tunc, & in præteritum, inſpecto tempore nativitatis, Roland. à Valle d. conſil. 100. numer. 37. in 2. volum. Etenim legitimatus, etiam prout tunc, legis poteſtate legitimus eſſe cenſetur, cùm matrimonium, ut antè monui, retrotrahatur ad tempus nativitatis filiorum, quod tamen ſic intelligendum eſt, ut de jure, quod legitimè natis jam antè quæſitum fuit, nihil detrahatur, Molinæus in conſuetud. Pariſio. tt. 1. § 8. glo. 1. num. 35. & 36. Roland. à Valle conſil. 67. num. 51. in 3. volum. Liberi per oblationem curiæ legitimati, quia jus ſuitatis tantum conſequuntur. non etiam jus agnationis, ut ſuprà eſt expoſitum, ſoli patri in feudis ſuccedunt, non etiam aliis agnatis. Et hoc ita demum verum eſſe interpretes exiſtimant, ſi pater feudum acquiſivit, poſtquam fi- 53

lium ſuum curiæ obtulit. Si ante oblatio
curiæ, pater feudum habuit, ſecus erit.
caſu legitimatus per oblationem curiæ,
in feudo non ſuccedet, atq; ita ex Alexa
Franciſ. Sonsbek. refert in commentari
conſuetud. feudales, parte 9. verſic. ſext
gitimati naturales per oblationem c
54 Denique liberi per reſcriptum principi
gitimati, in feudis tunc demum ſucced
quando princeps nominatim liberos ad
da quoque legitimavit. Simplex legit
tio ad feuda non extenditur, quemadmo
ab interpretibus traditum eſt, in d. c.
§ naturales liberi, ſi de feudo defuncti
tentio ſit inter dominum & agn. Ferra
pract. in forma libelli ad revocatio. feud
per v.-bis, nec ſuperſtitibus, num. 3. Et
ſententiam communem eſſe Ruinus te
conſ. 53. num. 18. lib. 1. Curtcius jun. con
num. 1. Boerius in deciſionib. aureis, deci
123. num. 6. Julius Clarus in § feudum, q
82. num. 1. Eaq; tunc indubitatè procedit
quis ab ipſo domino feudi, vel duntax
conſentiente, legitimatus eſt, Hartma
ſto. quæſtio. 40. numer. 10. cum ſequent
ſolùm autem hujuſmodi legitimati in
do novo ſuccedunt, Matth. de Afflict. i
uni. § naturales, num. 9. 10. & 11. verum

in feudo antiquo, quod etſi durum eſt, communiter tamen eſt receptum. Princeps enim ex plenitudine poteſtatis cui nihil reſiſtit, & quæ nulli neceſſitati ſubjecta, nullisque juris publici regulis limitata eſt, Roland. à Valle conſ.61.num.32.in 3.volu.& conſ.100.num. 57.cum ſequent.in 4. volum.jus agnatis quæſitum, tollere poteſt ex cauſa legitima, Tiraquel.in tractat.de pœnis,in præfat.numer.38. & in l.ſi unquam,ſuper verbis, donatione largitus,nu.43. C.de revocand. dona. & in tract. ceſſante cauſa,in 1.parte,num. 20. Fernandus Vaſq. lib.1. controverſ. illuſtr. c.5. num.1. & 15.& erudite traditum eſt à doctiſſimo Andr. Geill. lib. 2. practicarum obſervat. obſervat. 142. Harman. Piſto. quæſt.40. num.12. cum ſequent.ubi tamen num.24. hanc ſententiam improbat. Sine cauſa legitima id facere non debet. Plenitudo enim poteſtatis non extenditur ad malum & injuriam aliorum: illa non poteſtatis, ſed tempeſtatis plenitudo eſſet, Socin.conſil.164.colum.penult.lib.2. & conſil.120.colu.penul. ad fin.lib.3. Vaſq.lib.1.cõtrover.illuſtr.c.5.num.17.Cravetta conſ.241. num. 20.& princeps qui ſine juſta cauſa alteri jus ſuum aufert, tyrannus eſt, Bald. in c.unic.de feudo marchiæ, & indignus nomine principis, c. fin. 2. quæſtio. 1. & eſt unum 55

pecus,

pecus, Laudenſ.in c.unico § ſi facta, ſi d
do defuncti contentio ſit inter domin
agnat. Sciendum nunc porrò eſt, quò
hactenus de ſucceſſione liberorum in
diximus,tunc demum procedant, cùm l
non obſtat qualitas aliqua, quæ illos à
dendo repellat. Poſſunt enim multa acc
quæ etiam deſcendentes à ſucceſsione
56 removeant. Ac quidem primùm in
dis non ſuccedunt filii nati ex ea uxore
qua matrimonium ſub tali condition
tractum eſt, ne filii ex ea procreati ſu
rent,c.unic.§ filii.ſi de feudo defuncti c
ſit inter dom.& agn. Sed ibi affirmativ
tur, in feudo ſuccedunt: & legendum
gativè, hoc modo, in feudo non ſucc
quemadmodum ipſe contextus verbor
tis oſtendit: nam dicitur ibi,quòd huju
conditio,ne filii ſuccedant,ex uſu admi
quamvis ratione improbetur,ſi admitti
cta conditio,ergo neceſſe eſt, ut filii no
cedant,quod apertè quoque traditur in
de filiis natis ex matrim. ad morgana
contracto, ibi talis proponitur facti ſp
Titius nobilis habens filium Semproni
nobili conjuge, mortua conjuge, Caja
lierem ignobilem uxorem duxit,Caja n
tatur per maritum:fœminis enim digni

nobilitatem mariti tribuunt, l. fœminæ, de ſenato, l. mulieres, C. de dignitat. lib. 12. Sic è cõtrario nobilis mulier plebejo nupta, plebeja efficitur, l. 1. C. de dignitat. libr. 12. & d. l. fœminæ, de ſenat. Titius autem nolens in peccato exiſtere, hoc eſt, nolens facere injuriam filio ſuo Sempronio, ex priori nobili conjuge nato, ea lege Cajam uxorem accepit, ut nec ipſa, nec filii ejus amplius de bonis ipſius haberent, quàm ipſe dixiſſet. Quæſtionis eſt, an hujuſmodi conventio valeat? Et ſanè jure civili eam non valere, extra omnem eſt controverſiam. Jure enim civili pacta, quæ de futura hereditate fiunt, ſive affirmativa ſunt, ſive negativa, nullius ſunt momenti, l. pactum quod dotali, C. de pactis, l. ſtipulatio hoc modo cõcepta, de verbor. obligatio. l. 3. C. de collatio. l. 4. Cod. de inutil. ſtipul. Quinimò pacta περὶ ἀλληλοκληρονομίας, ut Conſtant. Harmenopulus lib. 1. epitom. titu. 9. de pactis ait, hoc eſt, quæ fiunt de mutua, reciproca & viciſsitudinaria ſucceſsione, non valent, niſi inter milites, l. licet, C. de pact. Cæterùm jure hoc cõſuetudinario dicta cõventio toleratur, d. c. uni. de filiis natis. ex matrim. &c. & d. c. uni. § filii, ſi de feudo defuncti contentio ſit &c. & ideo liberi ex Caja ſecũda uxore nati, in feudo non

non ſuccedunt, non ſuccedunt quoque in
prietate, quamdiu Sempronius vivit: mo
verò Sempronio, in proprietate admittu
In proprietate, hoc eſt, in bonis allodiali
lodium enim dicitur proprium cujusq;
monium ut ſup. c. 2. expoſitum eſt. Ad
in d. c. unic. de filiis natis ex matrimo. & c
trimonium ita contractum, ne filii ex eo
plus ferant ex bonis, quam pater ipſis de
dici contractum ad morganaticam, ite
lege Salica: quod quomodo accipiendu
ſuprà d. capite ſecundo expoſitum eſt.
eſt primus caſus, quo filii in feudis no
57 cedunt. Deinde in feudis non ſuccedu
lii, quando parentes grave aliquod deli
commiſerunt, & propter hujuſmodi deli
feudo privantur. Tunc enim feudum
minum recidit, vel ad agatos ad vaſalli
ſicuti infra ad finem capitis 8. dicemus,
contra juris civilis diſpoſitionem, jur
ſuetudinario receptum eſt. Jure nam
vili unuſquiſque ex ſuo admiſſo ſorti ſu
tur, nec alieni criminis ſucceſſor conſti
l. crimen, de pœnis, & pœna quæ alicu
gatur, ad heredes non tranſit, quia in
num emendationem conſtituitur, &
eo, in quem conſtitui videtur, deſinit, l.
na, eodem, ac ibi debet eſſe pœna, ubi &

eſt, & æquum eſt, ut peccata ſuos auctores teneant, nec ulterius progrediatur metus, quam reperitur delictum, l. ſancimus, C. de pœnis. Duabus autem de cauſis id receptum eſſe videtur. Primùm ut parentes, qui filiis magis, quam ſibiipſis metuunt, l. iſti quidem, § ult. quod metus cauſa, eò magis à ſceleribus deterreantur, quorum pœnam in ſuos liberos irrogari non ignorant, quemadmodum præclarè oſtendit Cicero in quadam ad Brutum epiſtola: nec verò, ait, me fugit, quàm ſit acerbum, parentum ſcelera filiorum pœnis lui: ſed hoc præclarè legibus comparatum eſt, ut charitas liberorum, amiciores parentes reipub. redderet, Titaquel. in l. ſi unquam, ſuper verbis, donatione largitus, num. 333. C. de revocan. donat. Matth. de Afflict. in conſtitu. Neapol. Rub. 2. de pactereno. recepta num. 38. cum ſequent. Deinde quòd in filiis paterni, hoc eſt, hereditarii criminis exempla metuuntur, argument. l. quiſquis, C. ad l. Jul. majeſtat. Filius namq; geſta parentis imitari præſumitur, Speculator in prooemio ſpeculi: & creditur ejuſdem intentionis & voluntatis cum patre eſſe, Bald. in l. liberti libertæq;, C. de oper. liberto. Gigas lib. 3. quæſt. 14. Thomas Grammat. conſ. 13. in cauſa Miloniana, colum. 2. Idem conſil. 31. in cauſa Mag. Johan

Baptiſt.

communi definiendum eſt, cùm contra
in conſuetudinibus feudorum non ſit
tum, l.c.uni. § ſtrenuus, de feudi cognitio
48 quitur de liberis legitimatis. Per ſubſeq
matrimonium legitimati, in bonis feuda
patri & aliis agnatis ſuccedunt, non ſec
ſi ab initio ex juſto & legitimo matrim
editi fuiſſent. Nam legitimati per ſubſeq
matrimonium, de jure communi, cum
liberis ex matrimonio natis ad heredita
ſimul admittuntur, ut ſupra diximus:
hoc jus à conſuetudinibus feudalibus co
ctum aut immutatum reperitur, ideoque
iam in feudis ſervandum erit, per regu
ſup. citatam, & ab Oberto de Orto tradit
in d.c.unic. § ſtrenuus, de feudi cognitio. L
denſis, Jacob. de Belviſo, Andreas de Iſer
& alii in c. unic. § naturales filii, ſi de fe
defuncti cõtentio ſit inter dominum & agn
atque ita cõmuniter tenetur, ut dicit Alex
in l. ex facto, § ſi quis rogatus, l. 1. num. 18.
fin. Trebellia. quem refert Jaſon in l. gene
liter, § cùm autem, num. 10. C. de inſtitu.
ſubſtit. Julius Clarus in § feudum, quæſtio.
num. 4. Schurff. conſil. 1. num. 17. in 1. cent
Andr. Geill. in pract. obſervatio. libr. 2. obſe
vatione 141. num. 2. verſic. ſimiliter ſucc
dunt in feudis, Mynſingerus in 5. cẽtur. obſe

vati

vatio. 42. ibi affirmat hanc ſententiam aſſeſſores ſupremæ curiæ probaſſe, Covar. de ſpõſa, 2. parte, c. 8. § ſecundò, num. 27. idque etiam tunc procedit, quando quis in articulo mortis conſtitutus concubinam uxorem duxerit, Bald. in d. c. unic. § naturales filii, verſic. quæro quid de eo ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dominum & agnat. Quinimò etſi quis 49
ex concubina liberos ſuſtulerit, & poſtea aliam mulierem uxorem duxerit, eaq; mortua, priorem concubinam in uxorem acceperit, liberi per ſubſequens matrimonium legitimantur, & in feudis ſuccedunt, Zaſ. in epit. feuda. part. 8. Matrimonium enim intermedium non impedit legitimationem prolis per ſubſequens matrimonium: & hæc eſt vera, communis & uſu recepta ſententia, Molin. in conſuetud. Pariſio. tit. 1. § 8. glo. 1. num. 34.
Nec adverſatur quod dicitur, naturales filios, 50
licet poſtea fiant legitimi, ad ſucceſſionem feudi, nec ſolos nec cum aliis admitti, c. unic. § naturales filii, ſi de feudo defuncti &c. per quem textum Sonsbekius de feudis, parte 9. num. 72. & Hotom. in conſil. 10. in 1. volu. tradunt, per ſubſequens matrimonium legitimatos, in feudis non ſuccedere. Nam textus ille loquitur de naturalibus filiis, qui poſt delatam ſucceſſionẽ fiunt legitimi, illi in feudis

 non

feudo, ita nec illum. Deniq; non obſtat, quòd ſimiliter abſurdum videtur, tacitam legitimationem, quæ fit per matrimonium, plus operari quam expreſſam, quæ fit per reſcriptum principis. Nec enim legitimatio, quæ fit per ſubſequens matrimonium, tacita eſt legitimatio, ſed expreſſa. Legitimati itaque per ſub- 51
ſequens matrimonium in feudis ſuccedunt. Et hoc in diſpoſitione legis & hominis locū habet. Ideoq; ſi feudum vaſallo concedatur pro ſe & filiis ipſius ex legitimo matrimonio procreatis, vel quod idem eſt, legitimè natis, ſuccedunt etiam filii, per ſubſequens matrimonium legitimati, And. de Iſern. in c. unic. § naturales, num. 8. & ibi Marti. Laudenſ. nu. 9. Matth. de Afflict. in 5. & ult. notabili, n. 3. verſ. ego verò ſum ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dom. & agnat, quamvis in contraria ſententia fuerit Bald. in d. c. unic. § naturales, num. 5. Si de feudo defuncti &c. propterea quod verba, ex legitimo matrimonio procreatis, principium geniture reſpiciunt, quod vel cōceptionis vel nativitatis tempus eſt, prout liberis expedit. Et hanc Baldi ſententiam Curtius junior de feudis, in altero membro tertiæ partis. nu. 41. & Alexand. conſil. 2. num. 13. lib. 1. ſecutus eſt, & cōplures alii, quos prolixè retulit Matth. de afflict. in d. § natura-
 les,

les,& Roland.à Valle conſil.100. num. 3
2. volum. ubi etiam citat Ruinum in co
92.num.16.in 3. volum. qui hanc opinio
dixit communem, eamque conſulendo
bavit Roland. d. conſil. 100. ſed prior op
à pluribus communis eſſe traditur, Abb.
c.tanta.nu. 7.qui filii ſint legitim. Præpoſ
c. unic. § naturales,num.4. ſi de feudo de
cti contentio &c. Julius Clarus in § feud
quæſt.82.num. 5. Roland.à Valle conſil.
num.15. in 2.volu.Hartman. Piſtor. quæ

52 41. Nec obſtat quòd qualitas adjecta ver
non videtur intelligi ſecundum tempus
bi,quod tamen eſſe debebat,l.in delictis,ſ
traneus,de noxali. Tiraquellus de jure pri
genio.quæſt.34.num.28. Idem quæſt.43.n
9. Vaſquius in præfatione controverſ. ill
num.33. Nam etiam hic qualitas adjecta
bo, ſecundum tempus verbi intelligitur, p
pterea quòd matrimonium retrotrahitu
tempus nativitatis filiorum, ut ſuprà ho
expoſitum eſt. Similiter non obſtat, qu
verba naturaliter debent intelligi, non civ
ter.l.fin.& ibi Bald.C. de his qui veniam æ
tis impetrarunt, Tiraquel. de jure primig
1. quæſtio. num. 10. & quæſtio. 40. num. 1
Hoc enim verum eſt, cùm actus naturа
cum civili non cõgruit; ſecus eſt in propoſ
noſt

noſtro, ubi ejuſdem eſt effectus actus civilis, cujus eſt actus naturalis. Hoc amplius non obſtat, quòd conditio voluntaria debet impleri in forma ſpecifica, & non per æquipollens, l.Mævius, de conditio.& demonſtr. Id non procedit in his, quæ implentur à lege, quæ facta infecta reddit, & non facta pro factis habet, ut c.4. ſuprà expoſitum eſt. Ad extremum non obſtat, quòd legitimatus per ſubſequens matrimonium, prout nunc, verè & propriè eſt legitimus, ſed non prout tunc, & in præteritum, inſpecto tempore nativitatis, Roland. à Valle d. conſil. 100. numer. 37. in 2. volum. Etenim legitimatus, etiam prout tunc, legis poteſtate legitimus eſſe cenſetur, cùm matrimonium, ut antè monui, retrotrahatur ad tempus nativitatis filiorum, quod tamen ſic intelligendum eſt, ut de jure, quod legitimè natis jam antè quæſitum fuit, nihil detrahatur, Molinæus in conſuetud. Pariſio. tt. 1. § 8. glo. 1. num. 35. & 36. Roland. à Valle conſil. 67. num. 51. in 3. volum. Liberi per oblationem curiæ legitimati, quia jus ſuitatis tantum conſequuntur, non etiam jus agnationis, ut ſuprà eſt expoſitum, ſoli patri in feudis ſuccedunt, non etiam aliis agnatis. Et hoc ita demum verum eſſe interpretes exiſtimant, ſi pater feudum acquiſivit, poſtquam fi- 53

Digitized by Google

lium ſuum curiæ obtulit. Si ante oblatio
curiæ, pater feudum habuit, ſecus erit.
caſu legitimatus per oblationem curiæ,
in feudo non ſuccedet, atq; ita ex Alexa
Franciſ. Sonsbek. refert in commentari
conſuetud. feudales, parte 9. verſic. ſext
gitimati naturales per oblationem c
54 Denique liberi per reſcriptum principi
gitimati, in feudis tunc demum ſucced
quando princeps nominatim liberos ad
da quoque legitimavit. Simplex legit
tio ad feuda non extenditur, quemadmo
ab interpretibus traditum eſt, in d. c.
§ naturales liberi, ſi de feudo defuncti
tentio ſit inter dominum & agn. Ferra
pract. in forma libelli ad revocatio. feud
per verbis, nec ſuperſtitibus, num. 3. Et
ſententiam communem eſſe Ruinus te
conſ. 33 num. 18. lib. 1. Curtcius jun. con
num. 1. Boerius in deciſionib. aureis, deci
123. num. 6. Julius Clarus in § feudum, q
82. num. 1. Eaq; tunc indubitatè procedit
quis ab ipſo domino feudi, vel duntax
conſentiente, legitimatus eſt, Hartma
ſto. quæſtio. 40. numer. 10. cum ſequent
ſolùm autem hujuſmodi legitimati in
do novo ſuccedunt, Matth. de Afflict. in
uni. § naturales, num. 9. 10. & 11. verum

in feudo antiquo, quod etſi durum eſt, communiter tamen eſt receptum. Princeps enim ex plenitudine poteſtatis cui nihil reſiſtit, & quæ nulli neceſſitati ſubjecta, nullisque juris publici regulis limitata eſt, Roland. a Valle conſ.61.num.32.in 3.volu.& conſ.100.num. 57.cum ſequent.in 4. volum.jus agnatis quæſitum, tollere poteſt ex cauſa legitima, Tiraquel.in tractat.de pœnis,in præfat.numer.38. & in l.ſi unquam,ſuper verbis, donatione largitus,nu.43.C.de revocand. dona. & in tract. ceſſante cauſa,in 1.parte,num. 20. Fernandus Vaſq. lib.1. controverſ. illuſtr. c.5. num. 1. & 15.& erudite traditum eſt à doctiſſimo Andr. Geill. lib. 2. practicarum obſervat. obſervat. 142. Harman. Piſto. quæſt.40. num.12. cum ſequent.ubi tamen num.24. hanc ſententiam improbat. Sine cauſa legitima id facere non debet. Plenitudo enim poteſtatis non exten- 55
ditur ad malum & injuriam aliorum: illa non poteſtatis,' ſed tempeſtatis plenitudo eſſet, Socin.conſil.164.colum.penult.lib.2. & conſil.120.colu.penul. ad fin.lib.3. Vaſq.lib.1.cõtrover.illuſtr.c.5.num.17.Cravetta conſ.241. num. 20. & princeps qui ſine juſta cauſa alteri jus ſuum aufert, tyrannus eſt, Bald. in c.unic.de feudo marchiæ, & indignus nomine principis, c. fin.2. quæſtio. 1. & eſt unum

pecus,

pecus, Laudenſ.in c.unico § ſi facta, ſi c
do defuncti contentio ſit inter domin
agnat. Sciendum nunc porrò eſt, quò
hactenus de ſucceſſione liberorum in
diximus,tunc demum procedant, cùm
non obſtat qualitas aliqua, quæ illos à
dendo repellat. Poſſunt enim multa acc
quæ etiam deſcendentes à ſucceſsione
56 removeant. Ac quidem primùm i
dis non ſuccedunt filii nati ex ea uxore
qua matrimonium ſub tali condition
tractum eſt, ne filii ex ea procreati ſu
rent,c,unic.§ filii.ſi de feudo defuncti c
ſit inter dom.& agn. Sed ibi affirmativ
tur, in feudo ſuccedunt: & legendum
gativè, hoc modo, in feudo non ſucc
quemadmodum ipſe contextus verbor
tis oſtendit; nam dicitur ibi,quòd huju
conditio,ne filii ſuccedant,ex uſu admi
quamvis ratione improbetur,ſi admitti
cta conditio,ergo neceſſe eſt, ut filii no
cedant,quod apertè quoque traditur in
de filiis natis ex matrim. ad morgana
contracto, ibi talis proponitur facti ſp
Titius nobilis habens filium Semproni
nobili conjuge, mortua conjuge, Caja
lierem ignobilem uxorem duxit,Caja n
catur per maritum:fœminis enim digni

nobilitatem mariti tribuunt, l. fœminæ, de ſenato, l. mulieres, C. de dignitat. lib. 12. Sic è cõtrario nobilis mulier plebejo nupta, plebeja efficitur, l. 1. C. de dignitat. libr. 12. & d. l. fœminæ, de ſenat. Titius autem nolens in peccato exiſtere, hoc eſt, nolens facere injuriam filio ſuo Sempronio, ex priori nobili conjuge nato, ea lege Cajam uxorem accepit, ut nec ipſa, nec filii ejus amplius de bonis ipſius haberent, quàm ipſe dixiſſet. Quæſtionis eſt, an hujuſmodi conventio valeat? Et ſanè jure civili eam non valere, extra omnem eſt controverſiam. Jure enim civili pacta, quæ de futura hereditate fiunt, ſive affirmativa ſunt, ſive negativa, nullius ſunt momenti, l. pactum quod dotali, C. de pactis, l. ſtipulatio hoc modo cõcepta, de verbor. obligatio. l. 3. C. de collatio. l. 4. Cod. de inutil. ſtipul. Quinimò pacta περὶ ἀλληλοκληρονομίας, ut Conſtant. Harmenopulus lib. 1. epitom. titu. 9. de pactis ait, hoc eſt, quæ fiunt de mutua, reciproca & viciſsitudinaria ſucceſsione, non valent, niſi inter milites, l. licet, C. de pact. Cæterùm jure hoc cõſuetudinario dicta cõventio toleratur, d. c. uni. de filiis natis. ex matrim. &c. & d. c. uni. § filii, ſi de feudo defuncti contentio ſit &c. & ideo liberi ex Caja ſecũda uxore nati, in feudo

non

eſt, & æquum eſt, ut peccata ſuos auctores teneant, nec ulterius progrediatur metus, quam reperitur delictum, l. ſancimus, C. de pœnis. Duabus autem de cauſis id receptum eſſe videtur. Primùm ut parentes, qui filiis magis, quam ſibiipſis metuunt, l. iſti quidem, § ult. quod metus cauſa, eò magis à ſceleribus deterreantur, quorum pœnam in ſuos liberos irrogari non ignorant, quemadmodum præclarè oſtendit Cicero in quadam ad Brutum epiſtola: nec verò, ait, me fugit, quàm ſit acerbum, parentum ſcelera filiorum pœnis lui: ſed hoc præclarè legibus comparatum eſt, ut charitas liberorum, amiciores parentes reipub. redderet, Titaquel. in l. ſi unquam, ſuper verbis, donatione largitus, num. 333. C. de revocan. donat. Matth. de Afflict. in conſtitu. Neapol. Rub. 2. de pactereno. recepta num. 38. cum ſequent. Deinde quòd in filiis paterni, hoc eſt, hereditarii criminis exempla metuuntur, argument. l. quiſquis, C. ad l. Jul. majeſtat. Filius namq; geſta parentis imitari præſumitur, Speculator in prooemio ſpeculi: & creditur ejuſdem intentionis & voluntatis cum patre eſſe, Bald. in l. liberti libertæq;, C. de oper. liberto. Gigas lib. 3. quæſt. 14. Thomas Grammat. conſ. 13. in cauſa Miloniana, colum. 2. Idem conſil. 31. in cauſa Mag. Johan

Baptiſt.

ſi pater vult filium deducere ut ſatisfaciat, & filius contemnat, patre mortuo in feudo non ſuccedet, niſi prius domino ſatisfecerit, quod Guntherus libr. 8. ita eleganter expreſſit:

Si patris dominum vaſalli filius acri
Læſerit offenſa, feſtinet providus illum
Conciliare pater: quòd ſi contemnet agendum,
Munere privetur: ſi verò audire monentem,
Filius indomita neglexerit aure parentem,
Non erit in feudo ſucceſſor idoneus illo,
Ni prius accenſam domini placaverit iram.

Circa hæc verba, deducat filium ad ſatisfaci- 59
endum, &c. notandum eſt, quòd patre filium delinquentem ad judicem ducente, remiſſius filius plectitur, ne pater ad ſupplicium videatur filium obtuliſſe, l. milites agrum, § deſertorem, de re milita. Sic Salycetus refert, filium homicidam à patre ad judicem ductum, à morte fuiſſe liberatum in l. propter inſidias, C. qui accuſa. non poſſ. Et Imperator filium reum majeſtatis, à patre ſibi oblatum ad decennium relegavit, Cepol. in tract. cautelarum, caute. 1. Tiraquell. de pœnis, cauſa 18. Quartò filius quoque parenti de- 60
functo in feudo non ſuccedit, quando defunctus parens feudum acquiſivit, abſque debita forma, hoc eſt, ſine inveſtitura, & pa-

ribus curiæ non adhibitis, c. unic. quibus m
feud. conſtit. poteſt. Et hac de re ſup. ho
61 noſtro, in prima parte ſatis dictum eſt. Q
tò filius in feudo non ſuccedit, ſi juſta ex
ſa à patre exheredatus fuerit, Laudenſis
unic. § & quia vidimus de perſonis, num.
de his qui feud. dare poſſ. Petrus Jacob
practi. in forma libelli de condictio. ex
ribus, num. 8. cum ſequent. Ferrarienſ. pra
cus in forma libelli ad revocationem fe
ſuper verbis, nec ſuperſtitibus, num. 7. Ro
dus à Valle conſil. 23. numer. 53. in 1. vol
Franc. Curtius in tractat. feudor. in 3. part
altero membro 3. partis, nu. 6. verſ. tertiò p
cipaliter quæro. Quod tamen intelligen
puto de feudo, quod filius habere non
teſt, niſi ſimul ſit heres patris. Aliud vid
dicendum in feudo, in quo filius repudiat
tris hereditate, poteſt ſuccedere, Julius
rus in § feudum, quæſt. 74. qua de re p
62 pòſt ſeparatim agemus. Sextò in feudis
ſuccedit filius clericus. Ita textus eſt ad
ram in c. unic. § ex hoc illud deſcendit, de
do fœminæ, ubi dicitur clericum nullo m
in beneficium paternum debere ſucceder
iamſi, poſteaquam habitum religionis aſſ
pſerit, poſtpoſuerit. Sic vaſallus clericus
ctus feudum amittit, cardinalibus, archi

ſe

ſcopis & epiſcopis exceptis, ut c. 5. ſupr. expoſitum eſt. Similiter vaſallus monachus factus feudum non retinet, ſed feudum vel ad agnatum redit, ſi paternum ſit, vel ad dominum, ſi ſit novum, c. unic. de vaſal. milit. qui arma belli. depoſu. ad monaſterium non tranſit, quamvis allodialia tacito jure monaſterium ſequantur, ex Novell. de monachis. Et hanc ſententiam complures probârunt, quos prolixè refert & ſequitur Franc. Curtius in tractat. feud. in 3. parte in altero membro 3. partis, verſicul. decimò principaliter quæro, Petrus Duenas in regul. juris 103. Jacobus Cujacius, quem eruditiſſimus Andreas Geill. lib. 2. de pace publica, antiquitatis inſignem indagatorem appellat, in c. unic. § naturales filii, ſi de feudo defuncti &c. & in c. unic. de vaſallo milite qui arma bellica &c. Menochius de arbitra. judic. quæſtio. libro 2. centur. 3. caſu 231. Hartman. Piſtor. quæſt. 33. Et licet Martin. Laudenſ. contrariam opinionem amplectitur in c. unic. § & quia vidimus de perſonis, num. 19. cum aliquot ſequentib. de his qui feud. dare poſſ. ubi refert ſe pro hac parte, quod clericus in feudo ſuccedat, conſuluiſſe, & ſubjicit, hanc ſententiã doctores Papienſes & Bononienſes in facti contingentia ſecutos eſſe. Et partẽ illam affirmativã ſimiliter in fa-

cti contingentia probavit Jacobin. de feu
ſuper verbis, & quibuſcunque heredib
num.4. proq; ea conſuluit Schurff. conſil.
in 1. centur. & ſecundum eam multi hodi
conſiſtoriis pronunciant, ut videre lice
conſtitutione electoris Auguſti 28. in 3. pa
tamen priorem ſententiam aſſeſſores Ca
ræ Imperialis veriorem crediderunt: M
ſinger. centur. 5. obſervat. 48. ideoq; in ea,
textibus expreſſis congruit, non immeritò
quieſcendum eſt, cùm miles ſeculi eſſe
ſinat, qui factus eſt miles Chriſti, c. unic
vaſall. milite qui arma bellica deponat.
obſtat, quòd vaſallus clericus per alium
vire poteſt. Nec enim ideo dicimus, cl
catu feudum non amitti, cùm feudi init
& conſtitutio aliud ſuadeat, & temere va
lus vicarium ſervitium ſuæ operæ ſuppo
utique non ſemper poſſit, ut Jacobus C
cius tradidit, in d. c. unic. de vaſallo m
qui arma belli depon. Sic non obſtat,
tranſmiſſa, extra de foro competenti,
quod jura feudalia correcta eſſe multi
fuerunt. Etenim capitulum illud intellig
dum eſt de clerico, qui initio de feudo inv
tus fuit, de quo etiam loquitur c. unic. § fi
capitulis Conradi. quemadmodum c. 5. ſ
expoſitum eſt. Similiter non obſtat quod

d

Digitized by Google

dam dicunt: Clericum non obſtante voto cle-
ricali, clericatum deponere poſſe. Nam ne
tunc quidem clericus ad feudi ſucceſſionem
admitti debet, ut diſertè traditum eſt in d. c.
unic. § ex hoc, de feudo fœminæ. Poſtremò in 63
feudis non ſuccedunt filii qui natura furioſi,
mente capti aut alias imperfecti ſunt, ſecus
eſt, ſi ex accidenti furor, dementia aut quod
aliud vitium eis ſupervenerit: tunc enim feu-
dorum capaces ſunt, c. unic. & ibi Dd. an mu-
tus vel alias imperfectus, Schurff. conſ. 91. in
1. cent. Et Bald. in d. c. unic. affirmat, hanc
diſtinctionem etiam in feudis regalibus lo-
cum habere, & ideo ſecundum eum primoge-
nitus qui natura demens eſt, in regno non ad-
mittitur: At ſi ex accidenti demens efficiatur,
regnum retinebit & curator illi adjungetur.
Et hæc in feudis antiquis procedunt, d. c. unic.
an mutus vel aliàs imperfectus, non in feu-
dis novis, quæ furioſi dementes & aliàs im-
perfecti, retinere non poſſunt, c. unic. § fina. &
ibi Frideri. Schenck à Tautenb. epiſcopum vel
abbatem feudum dare non poſſe, Hartman.
Piſto. latè quæſt. 32. Quemadmodum autem 64
filii, ſupra dictis caſibus parentibus in feudis
non ſuccedunt: ita verſa vice filiæ, quæ re-
gulariter in feudis non admittuntur, cer-
tis caſibus in feudis ſuccedere poſſunt: eos

nunc quoq; breviter referemus. Ac primùm filia in feudo ſuccedit, ſi hoc habeat loci conſuetudo, c. ſignificavit, extra de reſcriptis, Laudenſis in c.unic. § & quia vidimus, num. 33. & ibi quoq; Andreas de Iſernia, num. 17. de his qui feud. dare poſſ. Chaſſanæus in conſuetud. Burgun. Rubr. 3. *des fieds*. § 5. num. 29. verſic. & primò accipio fallentiam, Rolandus à Valle cõſil. 2. num. 15. & conſil. 42. num. 22. in 1. volum. conſil. 16. num. 18. & conſil. 52. num. 26. in 3. volum. Petrus Duenas in regula juris 309. in 1. fallen. Hartman. Piſtor. quæſt. 54. nu. 41. In feudis namq; conſuetudo locorum, in quibus feudum conſiſtit, maximè attendi debet, d. c. unic. § hoc quoque ſciendum, ibi ſecundum uſum ab antiquis ſapientibus cõſtitutum, de his qui feud. dare poſſ. c. unico, ibi, ſecundum uſum regni, an maritus ſuccedat uxori in beneficio, c. unic. in poſtremis verbis, ſecundum uſum Mediolanenſium, de filiis natis ex matrimonio &c. c. unic. § filii, in illis verbis, ex uſu tamen admittitur, ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dominum & agnat. c. unico, § legum ibi, uſum vincant aut mores, de feudi cognitione, Henning. Gode conſil. 13. num. 17. Et cùm feuda per conſuetudinem introducta fuerint, meritò debent etiam à conſuetudine regulari:

Juli-

Digitized by Google

Julius Clarus in § feudum, quæſt. 74. num. 9. & ſufficit conſuetudinem tolerabilem & uſu approbatam eſſe, quamvis non ſemper ſit rationabilis, ut Bald. loquitur in d. c. unic. num. 4. de feudi cognitione, quod confirmat textus in c. unic. § filii, ibi, quamvis ratione improbetur talis conditio, ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dom. & agnat. Sic de conſuetudine, Patavii fœmina ad feudum admittitur, Curtius junior de feudis, parte 3. nume. 10. Et de conſuetudine Galliæ, fœminæ in feudis ſuccedunt, Guido Papa, quæſtio. 59. & quæſt. 297. Capitius deciſio. 10. nu. 4. In Sicilia quoq; de conſuetudine fœmina in feudo admittitur, Decius conſil. 445. num. 20. Menochius conſ. 65. num. 34. Secundò ex ſententia 65
Odofredi filia in feudo empto ſuccedit. Ita enim Odofredus tradidit in ſumma ſua, qui poſſint ſuccedere in feudo, Jaſon in l. 1. nume. 51. C. de jure emphyteut. Romanus cõſil. 367. incipiente: circa primum conſultationis articulum, num. 12. verſ. fallit quartò, & ibi Mandoſius in additionibus in verbo, jure emptionis, complures alios ita ſentientes refert Henning. Gode conſil. 13. num. 21. & conſil. 105. num. 26. Cephal. conſil. 172. num. 7. Wurmbſerus in pract. obſervatio. titul. de feudis, obſervat. 3. Johan. Baptiſta Ferret. conſil. 108.

num. 15. Curtius junior de feudis in 3. parte, in primo membro, verſic. ſextò limita. ibi dicit hanc ſententiam de jure veriſſimam eſſe, eamque communem affirmat Decius conſil. 390. num. 7. & Pariſius conſil. 4. num. 39. lib. 1. Gozadin. conſil. 56. num. 19. Ripa libr. 1. reſpon. c. 1. num. 76. Roland. à Valle conſil. 41. num. 1. cum ſequent. & conſil. 48. num. 7. cum ſequent. & conſil. 90. num. 13. in 4. volu. Alciatus reſpon. 170. num. 4. & eam denique magis communem & veriorem eſſe Julius Clarus credit in § feudum, quæſt. 73. num. 6. Ratio hæc aſſignatur, quòd feudũ emptum nõ habetã propri naturã feudi, quemadmodum multis auctoritatibus probat Anton. Gabriel. Roman. lib. 3. concluſio. titu. de feudis, concluſio. 2. in princ. & dictum eſt ſup. c. 4. in octava feudorum diviſione. Cæterùm contra Odofredum ſummus feudiſta Andreas de Iſernia cenſuit, feudum emptum ad filias non pertinere, d. c. unic. § hoc autem notandum num. 17. de his qui feud. dare poſſunt. Ac Andreæ de Iſernia aſtipulatur Laudenſis in d. c. unic. § & quia vidimus, num. 31. de his qui feud. dare poſſ. ubi teſtatur hanc Andreæ de Iſern. ſententiam veriorem eſſe. Eandem ſententiam contra Odofredum tenet Jacobinus de feudis, ſuper verbis, & fœminis, numer. 6.

&

& ibi affirmat, ſe in facti contingentia vidiſſe judicari contra Odofredum, Præpoſit. in d. c. unic. § & quia, num. 62. de his qui feud. dar. & ibi hanc quoque ſententiam tanquam veriorem eſſe dicit. Eandem quoque ſententiam tanquam veriorem amplectitur & ſequitur Hanneto, libr. 2. feudor. c. 8. Wurmbſerus in practicis obſervatio. titu. de feudis, obſervat. 17. Zaſius in epitom. feudali, part. 12. verſ. tertia concluſio, & ibi aſſeverat, ſe de facto ita conſuluiſſe. Idem part. 8. nu. 37. & conſil. 13. num. 26. 27. & 28. lib. 1. conſ. 8. num. 33. & conſ. ult. num. 22. & 23. lib. 2. ibi hanc ſententiam communem teſtatur, poſt alios multos, quos citat Alciatus reſpon. 170. num. 3. Menochius conſil. 1. num. 470. Roland. à Valle conſil. 23. num. 32. in 1. volu. & conſil. 18. num. 20. in 3. volu. & conſil. 41. num. 11. in 4. volum. Sonsbekius parte 9. nu. 121. & ſequen. Anton. Gabr. Roman. lib. 6. cõmun. concluſ. titu. de verborum ſignificatio. concluſio. 6. num. 56. Et deniq; hanc ſententiam communem eſſe atteſtatur Brunus conſil. feudali 18. numer. 9. eamq; aſſeſſores ſupremæ curiæ probarunt, Mynſinger. centur. 5. obſervat. 73. & longè veriorem eam dicit Hartman. Piſtor. quæſt. 34. num. 8. & ideo ab ea in judicando & cõſulendo recedendum non eſt, propterea quòd con-

Digitized by Google

tudinibus feudalibus generaliter & indiſtinctè traditum eſt, fœminas in feudo non ſuccedere, ut ſupra hoc c. noſtro, & ſupra c. 1. expoſitum eſt, & ab illa generali regula, feuda empta nuſquam excipiuntur. Et licet emptitia feuda in eo degenerant à propria feudi natura, quod pecuniæ interventu acquiſita ſunt, & feuda ex domini benevolentia debent deſcendere, ut ſupr. d. c. 1. latiùs expoſitum eſt: tamen in aliis capitibus omnibus propriam feudi naturam retinent, per regulam ſuprà traditam, c. 4. circa finem, quæ ita habet: quando feudum in uno aliquo capite alteratur, in capite alterato propriam feudi naturam amittit, in aliis verò capitibus non alteratis, propriam feudi naturam ſervat, & regulatur ſecundum omnes leges & conſuetudines feudi. Atque ita in ſpecie feudo pecunia acquiſito, quod in illo tantum capite ejus natura mutetur, tradidit Socinus in l. Gallus, § etiamſi parente, colum. 2. verſ. quam concluſionem limitat de liber. & poſtum. Anton. Gabr. Roman. libr. 2. concluſio. tit. de feudis
66 conclu. 2. num. 4. Tertiò in feudis admittuntur fœminæ, quando in conſtitutione feudi, ſive in inveſtitura dictum eſt, maſculos & fœminas in feudis ſuccedere debere: ita à Gerhardo Nigro traditum eſt, in c. unic. § hoc autem

tem notandum, in illis verbis: niſi ſpecialiter dictum fuerit, ut ad eas pertineat, de his qui feud. dare poſſ. & c. unic. § quinetiam, epiſc. vel abbat. feud. dare non poſſe, & c. uni. § filia, de ſucceſſ. feud. c. unic. in fin. de feud. mar. & c. & probavit Obertus de Orto in definit. feudi. c. uni. § fin. in illis verbis, ſi de his nominatim dictum ſit, in quibus cauſis feudum amittatur. Ac meritò fœminæ in feudis ſuccedunt, quando in inveſtitura convenit ut ſuccederent, conventio enim & tenor inveſtituræ derogant omni juri ac naturæ feudorum, & ideo tenor inveſtituræ diligenter inſpiciendus eſt, quemadmodum expoſitum eſt c. 1. ſupr. hoc tractat. noſtro. Ita demum tamen hoc caſu fœminæ in feudis admittuntur, ſi deficiant maſculi, maſculis extantibus, filiæ ſuccedere non poſſunt. Quinimò ſemel excluſæ, in perpetuum excluſæ cenſentur, ut ſupra dictum eſt. Et hoc tunc procedit, cùm in inveſtitura cavetur, maſculos & fœminas, aut filios & filias feudum habere debere, atque ita ſupr. dicti textus loquuntur. Quòd ſi 67
in inveſtitura dictũ fuerit, maſculos cum fœminis in feudo ſuccedere debere, hoc caſu venient ad ſucceſſionẽ feudi, maſculi & fœminæ ſimul & ſemel, Paris de Puteo, de redintegrat. feud. c. 109. nu. 2. Rola. à Valle cõſ. 84. nu.

10. in

10.in.4.volum.eaque communis eſt DD.concluſio, ut Jaſonis & Pariſii auctoritate affirmat Julius Clar. in d. § feudum, quæſtio. 73. num.4.Mandoſius in additio. ad Romanum, conſil.33.ſuper verbo,ſuperſtitem,verſ.ſecundò limita.Hartman.Piſtor. quæſtio. 35. num. 29.& 30. Sic ſi vaſallius feudum accepit pro heredibus utriuſque ſexus, fœmina pariter cum maſculo ſuccedit, Decius conſil.208.colum. 4. & in l. diſcretis, num.29. C. qui teſtamenta facere poſſ. Ruinus conſil.16. circa caſum num.6.lib.1.Rolandus à Valle d.cõſil.86. num.7.& num.13.in 4. volum. Gozadin. conſil.56.circa primum nu. 22. Mandoſius in additio.ad Roman.d.conſil. 33. ſuper verbo, ſuperſtite, verſic. limita primò. Idq; verba collectiva utriuſq; ſexus faciunt, quæ majorem unionem & conjunctionem inducunt, quam copula, ET, Barto.in l. re conjuncti. de legat. 3.in 1. quæſtio. ſecundæ quæſtio. principia. Ruin.d.conſil.16.numer. 9.lib. 1. quamvis in contraria ſententia fuerit Alexand. conſil.9. in 5. volum. quem ſequitur Franciſc. Curt. in
68 3.parte, quæſtio. 17. Quartò ſuccedunt fœminæ in feudis, quando feudum eſt francum, hoc eſt, ea lege vaſallo eſt conceſſum, ut pro eo nullum ſervitium domino præſtaret. Hoc enim feudum francum dicitur, ut ſupr. c. 4.
in

in feudorum diviſ. eſt expoſitum. Et quod in hujuſmodi feudis fœminæ ſuccedunt, tradidit Romanus ſingulari 178. incipiente: hodie fœmina, ubi dicit, ſe ita conſuluiſſe: quod cõſilium eſt in ordine conſilium 33. ibi in verſi. ſecundò docet, filiam in feudo ſuccedere, ubi feudum ad nullum ſervitium eſt conceſſum: quod idem Romanus quoq; tradidit in conſil. 367. numer. 12. verſic. fallit ſecundò, & ibi Mandoſius in additio. ſuper verbo, fiat. Idem voluit Alexand. conſ. 29. incipiente: quoniam abundè, & conſil. 30. incipiente: quoniam omne datum eſt optimum, lib. 1. Corn. conſ. 41. incipiente: apertè, Anton. Gabr. Roman. lib. 6. commu. concluſ. tit. de verbo. ſignificat. concluſ. 6. num. 59. Paris de Puteo de redinteg. feudo. c. 108. nu. 7. Roland. à Valle conſ. 23. num. 10. in 1. volum. & conſil. 48. num. 40. in 4. volu. Eandem quoq; ſententiam probavit Cujacius in c. unic. § quinetiam, epiſcop. vel abbat. feud. dare poſſe: eaq; opinio communis eſt, Jul. Clar. in § feud. queſt. 73. num. 7. & verè magis recepta, Menoch conſ. 65. nu. 32. Tiberius Decianus reſponſ. 58. num. 39. & 40. volu. 2. Hartman. Piſto. quæſt. 34. Thomas de Marin. titu. 11. de feudo fœm. num. 24. Hartm. Piſto. quæſt. 34. num. 37. Sic ſi feudum conceſſum ſit pro certo ſervitio, quod tam

per

per fœminam quàm per maſculum præſtari poteſt, fœmina in feudo admittetur, Jacob. de Belviſo in d.c.1.§ quinetiam, epiſc. vel abbat.Roman.conſ.367.num. 12. verſicu. fallit primò,& ibi Mandoſius in verbis,certum ſervitium,Roland. à Valle conſ.23. num.7. in 1. volum.& conſ.41.nu. 8.in 4. volum. atq; ita communiter Dd.ſentiunt, Gozadin. conſ. 57. num. 18. ex quo id refert Julius Clarus in d. § feudum,quæſtio.73.num. 8. Hartman. Piſtor. quæſtio. 34. num. 37. Cæterùm contrariam ſententiam, quòd fœmina in feudo franco non poſſit ſuccedere, Laudenſ. defendit in d. c. uni. § quia vidimus, num. 29. de his qui feud.dare poſſ. Jacobin. de feud. ſuper verbis, & fœminis,num.5.Duaren.de feud.c.10.num. 7.Hanneton.lib.2.feudorum,c.8.Franciſ.Curtius in 3. parte tract. feud.nu. 5. Et hæc contraria ſententia de jure verior videtur. Nuſquam enim proditum eſt in libris noſtris, quòd in feudo franco mulieres ſuccedãt.Et licet vaſallus, qui feudum francum tenet, ad ſervitia præſtanda non ſit obſtrictus: tamen ad multa alia domino ſuo obligatus eſt, quæ juramento fidelitatis, de quo ſupra diximus, continentur, quæque à muliere præſtari non poſſunt. Quinimò mulier non tantùm propter ſervitia militaria, quæ exhibere nequit,

à ſuc-

à ſucceſsione feudi repellitur, ſed etiam ob alias cauſas, quemadmodum expoſitum eſt c. 1. ſupr. & ſatis notum eſt, quòd una cauſa prohibitionis ceſſante, non propterea ceſſet tota prohibitio, § affinitatis cum ſimilibus, Inſtit. de nupt. Denique ex regula jam ſæpius tradita, feudum in uno aliquo capite alteratum in aliis capitibus non alteratis propriam ſuam naturam retinet, hanc poſteriorem ſententiam de jure veriorem eſſe affirmare poſſumus, Andreas de Iſern. c. uni. § fin. in quibus cauſis feudum amittat. ibi docet, quod feudum francum in omnibus, ſolis ſervitiis exceptis, veram feudi naturam habeat, idque dictum refert & ſequitur Alexand.conſ.30.num.20.lib.1.Loffred.conſ.9. num.30. Ex dicta regula ſimul definire poſſumus, etiam feudum ad certum ſervitium conceſſum, ad fœminam non tranſire, Andr. de Iſern.in c.uni.§ fin.in quibus cauſis feud.amitta.Sonsbek.4.part.num. 32. atq; ita in puncto juris dicendum eſſe Jul. Clar. fatetur, quamvis adjiciat, à priori ſententia, propterea quòd crebriori interpretum calculo recepta eſt, non facilè eſſe recedendum. Videamus quinto loco, utrum fœminæ ſuccedant in feudo, 69
quando feudum eſt fœmineum ſive muliebre, id eſt, quando mulier de feudo primùm

fuit

fuit inveſtita. Et ſanè in foro Mediolanenſi hæc quæſtio admodum fuit controverſa. Nonnulli enim liberos etiam maſculos à ſucceſſione fœminarum repulerunt: alii ex æquitate filios admiſerunt, filiabus excluſis, c. unic. an maritus ſuccedat uxori. Alii rurſus feudum fœmineum ad filios, & iis deficientibus, ad filias tranſire debere cenſuerunt: & hujus opinionis & ſententiæ Gerhardus Niger & Obertus de Orto auctores laudantur. Alii denique in feudo fœmineo, tunc demum filiam admitti debere exiſtimârunt, cum ſpeciali pacto filiabus proviſum eſt, c. unic. de feudo fœmi. Et ſicuti Mediolani hac de re inter prudentes dubitatum fuit: ita hodie interpretes in hac quæſtione, an filia matri defunctæ in feudo fœmineo ſuccedat, admodum variant. Jacob, namq; Cujac. vir apprimè doctus, Menoch. de arbitra. judic. quæſtio. centur. 2. lib. 2. caſu 170. num. 24. in d. c. an maritus, exiſtimat, in fœmineo feudo filios & filias æqualiter ſuccedere, & d. c. unicum, an maritus &c. itemq; d. c. unicum, de feudo fœminæ, accipit non de fæmineo feudo, hoc eſt, de feudo, de quo mulier fuit primùm inveſtita, ſed de illo feudo, quod à maſculo ad mulierem pervenit, pacto vel privilegio, vel more regionis: quæ ſententia vix ſuſtineri poteſt, propterea

pterea quòd textus expreſsè fœmineum feudum nominat, itemq; ſub illis verbis, ſicut ſi datum eſſet filio maſculo expreſsè innuit, feudum non à maſculo ad mulierem devolutum eſſe, ſed mulieri ab initio fuiſſe datum. Andreas verò de Iſernia traditum reliquit, in feudo fœmineo, non aliter filiam ſuccedere, quàm ſi expreſsè dictum fuerit, ut ſuccederet, d. c. unic. de feudo fœminæ, & hujus ſuæ ſententiæ alios habet aſtipulatores. Alii denique probârunt ſententiam Oberti & Gerhardi, feudum fœmineum, & ſine pacto ſpeciali ad filias pertinere, d. c. unic. in princ. de feudo fœminæ. Et pro hac ſententia facit textus expreſſus in c. uni. in illis verbis, niſi ſit fœmineum, de natura ſucceſſio. feud. & per illum textum Dd. concludunt, filias in feudo fœmineo ſuccedere, Alvarottus in c. unic. § & quia, de his qui feud. dare poſſ. Romanus conſil. 1. num. 2. & conſil. 33. viſo inveſtituræ tenore, verſic. primò ubi feudum fuerit fœmineum, & conſil. 367. circa primum conſultationis articulum, num. 12. verſicu. fallit ſextò, Sonsbek. parte 9. num. 123. Ferrarienſ. practic. in forma libelli ad revocationem feudi, ſuper verbis, ac nomine recti & nobilis feudi, num. 11. Et hæc eſt communis interpretum opinio, teſte Ripa, in 1. reſponſo, pro reſolutione,

Digitized by Google

num.70.libr. 1. prout Mandoſius refert in additionibus ad Roman. d. conſ. 367. ſuper verbo, fœmineum, Julius Clarus in § feudum, quæſtio.73.num. 5. Rolan.d. à Valle conſ. 67. num.20.in 2.volum.& conſ.76. nu.7. in 3.volum.Hartman.Piſto.quæſt. 34.num. 18. & 21. Ratio hujus opinionis in aperto eſt: ex quo enim hujuſmodi feudum in fœminis originem habuit, non eſt inconveniens, fœminas in feudo quoque ſuccedere. Hic igitur quintus eſt caſus,quo fœminæ in feudis admittuntur. Et admittuntur fœminæ hoc caſu, quod notandum, cum maſculis, ut poſt alios Hartman. Piſtor.monuit d. quæſtio. 34. num. 36.

70 Sextò ex multorum ſententia, fœmina quoque ſuccedit in feudo ligio, Speculator in titu. de feudis, § quoniam,quæſtio. 21. Alexander conſ.30.quoniam omne datum optimum, num. 3.lib. 1. Decius conſ. 269. num. 12. verſ. ſimiliter ſi eſſet, Curtius junior de feud. parte 1.quæſtio.8.numer. 28. verſi. quartus & ultimus,Decius conſ.139.num.1.Ripa libr. 1. reſpon.c. 1.num. 75. Alciat reſpon.176.num. 3. Gozadin.conſil.56.num.21.Johan. Ferrarius Montanus lib.1. feudorum, c. 6. verſi ſextam ſpeciem,Menoch.conſil.1.num. 452. Anton. Gabr.Roman.lib.6. cõmunium cõcluſio.titu. de verbor.ſignificat.concluſio.6.num. 55.Petrus

Digitized by Google

trus Duenas in regula 309. in 4. limitatio. Thomas de Marin. tit. 11. de feudo fœmineo, num. 24. Sed hæc ſententia jure non probatur, & Dd. ſupraſcripti parum conſideratè locuti ſunt, ſequentes Speculatorem in titul. de feudis. § quoniam, quæſt. 21. qui non affirmat fœminam de jure in feudo ligio ſuccedere, ſed ſolum ex conſuetudine, atq; ita Speculatorem intellexerunt, Ruin. conſil. 39. numer. 8. lib. 1. Neviza. conſil. 9. num. 5. Jaſon in præludiis feudorum, num. 111. ubi clarè affirmat probari oportere hanc conſuetudinem in loco vigere: quod & ſenſit idem Jaſon in l. de quibus, num. 64. verſic. item dicit Baldus, d. ll. poſt Alexand. conſil. 30. colum. penult. verſic. ad quartum argumentũ reſpondeo, lib. 1. Curtius jun. de feudis, part. 1. quæſtio. 8. num. 26. Menoch. d. conſil. 1. num. 474. Sonsbek. de feudis, in 4. part. num. 26. Septimò affirmant 71
multi, fœminam ſuccedere in feudo, quando vaſallus annuatim certũ ſolvit cenſum, tunc enim feudum magis accedere ad naturã emphyteuſios quàm feudi, Baldus in l. liberti. num. 36. C. de operis libertorum. Idem Baldus in tit. de pace Conſtantiæ, in verbo, libellariæ, num. 3. circa finem, Alexand. conſil. 136. num. 3. ubi utrumq; Baldi locum adducit, libr. 1. Roland. à Valle conſil. 23. num. 11. in 1. volum.

Digitized by Google

Petrus Duenas in regula juris 309. in 9. limitatio. Henningus Gode conſil. 136. num. 21. & conſil. 14. num. 10. & conſil. 105. ibi dictum conſilium 13. de verbo ad verbum reperitur. Cæterùm exiſtimo ego, nec in hujuſmodi quide feudis fœminas admitti, niſi in inveſtitura nominatim dictum fuerit, fœminas ſuccedere debere. Licet enim feudum in eo degenerat à natura feudi, quòd vaſallus annuam penſionem pro feudo præſtat: tamen in aliis omnibus naturam ſimplicis & recti feudi retinet, ſecundum regulam ſuprà traditam. Et ſi feudum, pro quo annua penſio ſolvitur, magis ad naturam emphyteuſios quàm feudi accederet, caderet vaſallus feudo, ob non ſolutam intra triennium penſionem, quod tamen verum non eſt communiter ita Dd.
72 ſentientib. ut ſupr. c. 3. videre licet. Poſtremò ſuccedit fœmina in feudo, quandò à domino feudum redemit, ita textus eſt ad literam in c. unic. quemadmodum feudum ad filiam pertineat, Bald. in c. unic. § & quia vidimus, num. 9. de his qui feud. dare poſſ. Roma. conſil. 1. num. 2. verſic. vel tertiò, & conſ. 367. num. 12. verſ. fallit quintò, & ibi Mandoſius in verbo,
73 redimeret. Supradictis igitur caſibus exceptis, fœmina in feudo non ſuccedit: In meliorationibus tamē factis per vaſallum in bonis feu-

feudalibus, ſuccedere poteſt, Roland. à Valle conſ. 28. nume. 29. in 1. volum. quemadmodum c. 3. circa finem in 7. quæſt. ſupra dictum eſt. Sic quoque filiæ, quæ aliundè non habet 74
unde vivat, ex feudo alimenta debentur, argum. eorum quæ de mutuo & aliàs imperfecto tradit Alvarottus in c. unic. num. 1. & 2. & ibi Matthæ. de afflict. numer. 10. an mutus vel alias imperfect. Schurff. conſ. 91. num. 5. in 1. centur. itemq; dos, quæ loco alimentorum ſuccedit, Schurff. cõſil. 24. in 1. centu. Alexand. conſ. 208. nu. 7. lib. 2. & conſ. 48. lib. 3. & conſtitui debet dos non ſolũ à fratre, ſed & à quovis agnato ad quem feudũ devoluitur, quinetiam à domino ipſo, feudo ſibi aperto, quod licet jure feudali diſertè cautum non eſt, æquitatis tamen ratione eſt introductum, Hartman. Piſtor. quæſtio. 37. in prin. Et conſtitui debet dos pro dignitate perſonarum & qualitate bonorum, l. quæro, de jure dotium, l. ſi filiæ, ubi Bart. de legat. 3. & non redigi ad quantitatem legitimæ, quod tamen Matthæus de afflictis in deciſio. Neapol. 76. & 160. voluit, Hartman. Piſtor. d. quæſtio. 37. num. 20.
Illud notandũ eſt, quod fœmina ad feudi ſuc- 75
ceſſionem admiſſa, omnes ex ea deſcendentes liberi, maſculi & fœminæ, in feudo ſimul non ſuccedunt, ſed hic etiam filii rurſus à

10.in.4.volum.eaque communis eſt DD.concluſio, ut Jaſonis & Pariſii auctoritate affirmat Julius Clar. in d. § feudum, quæſtio. 73. num.4. Mandoſius in additio. ad Romanum, conſil.33.ſuper verbo, ſuperſtitem, verſ.ſecundò limita. Hartman. Piſtor. quæſtio. 35. num. 29. & 30. Sic ſi vaſallius feudum accepit pro heredibus utriuſque ſexus, fœmina pariter cum maſculo ſuccedit, Decius conſil.208.colum. 4. & in l. diſcretis, num.29. C. qui teſtamenta facere poſſ. Ruinus conſil. 16. circa caſum num.6.lib.1.Rolandus à Valle d.cōſil.86. num.7.& num.13.in 4. volum. Gozadin. conſil.56.circa primum nu. 22. Mandoſius in additio.ad Roman.d.conſil. 33. ſuper verbo, ſuperſtite, verſic. limita primò. Idq; verba collectiva utriuſq; ſexus faciunt, quæ majorem unionem & conjunctionem inducunt, quàm copula, ET, Barto.in l. re conjuncti. de legat. 3. in 1. quæſtio. ſecundæ quæſtio. principia. Ruin.d.conſil.16.numer. 9.lib. 1. quamvis in contraria ſententia fuerit Alexand. conſil.9. in 5. volum. quem ſequitur Franciſc. Curt. in
68 3.parte, quæſtio. 17. Quartò ſuccedunt fœminæ in feudis, quando feudum eſt francum, hoc eſt, ea lege vaſallo eſt conceſſum, ut pro eo nullum ſervitium domino præſtaret. Hoc enim feudum francum dicitur, ut ſupr. c. 4.
in

in feudorum diviſ. eſt expoſitum. Et quod in hujuſmodi feudis fœminæ ſuccedunt, tradidit Romanus ſingulari 178. incipiente: hodie fœmina, ubi dicit, ſe ita conſuluiſſe: quod cõſilium eſt in ordine conſilium 33. ibi in verſi. ſecundò docet, filiam in feudo ſuccedere, ubi feudum ad nullum ſervitium eſt conceſſum: quod idem Romanus quoq; tradidit in conſil. 367. numer. 12. verſic. fallit ſecundò, & ibi Mandoſius in additio. ſuper verbo, fiat. Idem voluit Alexand. conſ. 29. incipiente: quoniam abundè, & conſil. 30. incipiente: quoniam omne datum eſt optimum, lib. 1. Corn. conſ. 41. incipiente: apertè, Anton. Gabr. Roman. lib. 6. commu. concluſ. tit. de verbo. ſignificat. concluſ. 6. num. 59. Paris de Puteo de redinteg. feudo. c. 108. nu. 7. Roland. à Valle conſ. 23. num. 10. in 1. volum. & conſil. 48. num. 40. in 4. volu. Eandem quoq; ſententiam probavit Cujacius in c. unic. § quinetiam, epiſcop. vel abbat. feud. dare poſſe: eaq; opinio communis eſt, Jul. Clar. in § feud. queſt. 73. num. 7. & verè magis recepta, Menoch conſ. 65. nu. 32. Tiberius Decianus reſponſ. 58. num. 39. & 40. volu. 2. Hartman. Piſto. quæſt. 34. Thomas de Marin. titu. 11. de feudo fœm. num. 24. Hartm. Piſto. quæſt. 34. num. 37. Sic ſi feudum conceſſum ſit pro certo ſervitio, quod tam

per

à ſucceſsione feudi repellitur, ſed etiam ob alias cauſas, quemadmodum expoſitum eſt c. 1. ſupr. & ſatis notum eſt, quòd una cauſa prohibitionis ceſſante, non propterea ceſſet tota prohibitio, § affinitatis cum ſimilibus, Inſtit. de nupt. Denique ex regula jam ſæpius tradita, feudum in uno aliquo capite alteratum in aliis capitibus non alteratis propriam ſuam naturam retinet, hanc poſteriorem ſententiam de jure veriorem eſſe affirmare poſſumus, Andreas de Iſern. c. uni. § fin. in quibus cauſis feudum amittat. ibi docet, quod feudum francum in omnibus, ſolis ſervitiis exceptis, veram feudi naturam habeat, idque dictum refert & ſequitur Alexand. conſ. 30. num. 20. lib. 1. Loffred. conſ. 9. num. 30. Ex dicta regula ſimul definire poſſumus, etiam feudum ad certum ſervitium conceſſum, ad fœminam non tranſire, Andr. de Iſern. in c. uni. § fin. in quibus cauſis feud. amitta. Sonsbek. 4. part. num. 32. atq; ita in puncto juris dicendum eſſe Jul. Clar. fatetur, quamvis adjiciat, à priori ſententia, propterea quòd crebriori interpretum calculo recepta eſt, non facilè eſſe recedendum. Videamus quinto loco, utrum fœminæ ſuccedant in feudo, 69
quando feudum eſt fœmineum ſive muliebre, id eſt, quando mulier de feudo primùm

fuit

pterea quòd textus expreſsè fœmineum feudum nominat, itemq; ſub illis verbis, ſicut ſi datum eſſet filio maſculo expreſsè innuit, feudum non à maſculo ad mulierem devolutum eſſe, ſed mulieri ab initio fuiſſe datum. Andreas verò de Iſernia traditum reliquit, in feudo fœmineo, non aliter filiam ſuccedere, quàm ſi expreſsè dictum fuerit, ut ſuccederet, d. c. unic. de feudo fœminæ, & hujus ſuæ ſententiæ alios habet aſtipulatores. Alii denique probárunt ſententiam Oberti & Gerhardi, feudum fœmineum, & ſine pacto ſpeciali ad filias pertinere, d. c. unic. in princ. de feudo fœminæ. Et pro hac ſententia facit textus expreſſus in c. uni. in illis verbis, niſi ſit fœmineum, de natura ſucceſſio. feud. & per illum textum Dd. concludunt, filias in feudo fœmineo ſuccedere, Alvarottus in c. unic. § & quia, de his qui feud. dare poſſ. Romanus conſil. 1. num. 2. & conſil. 33. viſo inveſtituræ tenore, verſic. primò ubi feudum fuerit fœmineum, & conſil. 367. circa primum conſultationis articulum, num. 12. verſicu. fallit ſextò, Sonsbek. parte 9. num. 123. Ferrarienſ. practic. in forma libelli ad revocationem feudi, ſuper verbis, ac nomine recti & nobilis feudi, num. 11. Et hæc eſt communis interpretum opinio, teſte Ripa, in 1. reſponſo, pro reſolutione,

Gc num.

Digitized by Google

num.70.libr. 1. prout Mandoſius refert in additionibus ad Roman. d. conſ. 367. ſuper verbo, fœmineum, Julius Clarus in § feudum, quæſtio.73.num. 5. Roland. à Valle conſ. 67. num.20.in 2. volum.& conſ.76. nu.7. in 3.volum.Hartman.Piſto.quæſt. 34.num. 18. & 21. Ratio hujus opinionis in aperto eſt: ex quo enim hujuſmodi feudum in fœminis originem habuit, non eſt inconveniens, fœminas in feudo quoque ſuccedere. Hic igitur quintus eſt caſus, quo fœminæ in feudis admittuntur. Et admittuntur fœminæ hoc caſu, quod notandum, cum maſculis, ut poſt alios Hartman. Piſtor.monuit d. quæſtio. 34. num. 36.

70 Sextò ex multorum ſententia, fœmina quoque ſuccedit in feudo ligio, Speculator in titu. de feudis, § quoniam, quæſtio. 21. Alexander conſ.30.quoniam omne datum optimum, num. 3.lib. 1. Decius conſ. 269. num. 12. verſ. ſimiliter ſi eſſet, Curtius junior de feud. parte 1.quæſtio.8.numer. 28. verſi. quartus & ultimus, Decius conſ. 139.num. 1. Ripa libr. 1. reſpon.c. 1. num. 75. Alciat reſpon.176.num. 3. Gozadin.conſil.56.num.21. Johan. Ferrarius Montanus lib.1. feudorum, c. 6. verſi ſextam ſpeciem, Menoch.conſil. 1.num. 452. Anton. Gabr.Roman.lib.6. cõmunium cõcluſio.titu. de verbor.ſignificat.concluſio.6.num. 55. Petrus

trus Duenas in regula 309. in 4. limitatio. Thomas de Marin. tit. 11. de feudo fœmineo, num. 24. Sed hæc ſententia jure non probatur, & Dd. ſupraſcripti parum conſideratè locuti ſunt, ſequentes Speculatorem in titul. de feudis. § quoniam, quæſt. 21. qui non affirmat fœminam de jure in feudo ligio ſuccedere, ſed ſolum ex conſuetudine, atq; ita Speculatorem intellexerunt, Ruin. conſil. 39. numer. 8. lib. 1. Neviza. conſil. 9. num. 5. Jaſon in præludiis feudorum, num. 111. ubi clarè affirmat probari oportere hanc conſuetudinem in loco vigere: quod & ſenſit idem Jaſon in l. de quibus, num. 64. verſic. item dicit Baldus, d. ll. poſt Alexand. conſil. 30. colum. penult. verſic. ad quartum argumentũ reſpondeo, lib. 1. Curtius jun. de feudis, part. 1. quæſtio. 8. num. 26. Menoch. d. conſil. 1. num. 474. Sonsbek. de feudis, in 4. part. num. 26. Septimò affirmant 71
multi, fœminam ſuccedere in feudo, quando vaſallus annuatim certũ ſolvit cenſum, tunc enim feudum magis accedere ad naturã emphyteuſios quàm feudi, Baldus in l. liberti. num. 36. C. de operis libertorum. Idem Baldus in tit. de pace Conſtantiæ, in verbo, libellariæ, num. 3. circa finem, Alexand. conſil. 136. num. 3. ubi utrumq; Baldi locum adducit, libr. 1. Roland. à Valle conſil. 23. num. 11. in 1. volum.

Petrus Duenas in regula juris 309. in 9. limitatio. Henningus Gode conſil. 136. num. 21. & conſil. 14. num. 10. & conſil. 105. ibi dictum conſilium 13. de verbo ad verbum reperitur. Cæterùm exiſtimo ego, nec in hujuſmodi quidẽ feudis fœminas admitti, niſi in inveſtitura nominatim dictum fuerit, fœminas ſuccedere debere. Licet enim feudum in eo degenerat à natura feudi, quòd vaſallus annuam penſionem pro feudo præſtat: tamen in aliis omnibus naturam ſimplicis & recti feudi retinet, ſecundum regulam ſuprà traditam. Et ſi feudum, pro quo annua penſio ſolvitur, magis ad naturam emphyteuſios quàm feudi accederet, caderet vaſallus feudo, ob non ſolutam intra triennium penſionem, quod tamen verum non eſt communiter ita Dd.
72 ſentientib. ut ſupr. c. 3. videre licet. Poſtremò ſuccedit fœmina in feudo, quandò à domino feudum redemit, ita textus eſt ad literam in c. unic. quemadmodum feudum ad filiam pertineat, Bald. in c. unic. § & quia vidimus, num. 9. de his qui feud. dare poſſ. Roma. conſil. 1. num. 2. verſic. vel tertiò, & conſ. 367. num. 12. verſ. fallit quintò, & ibi Mandoſius in verbo,
73 redimeret. Supradictis igitur caſibus exceptis, fœmina in feudo non ſuccedit: In meliorationibus tamẽ factis per vaſallum in bonis

feu-

feudalibus, ſuccedere poteſt, Roland. à Valle conſ. 28. nume. 29. in 1. volum. quemadmodum c. 3. circa finem in 7. quæſt. ſupra dictum eſt. Sic quoque filiæ, quæ aliunde non habet unde vivat, ex feudo alimenta debentur, argum. eorum quæ de mutuo & alias imperfecto tradit Alvarottus in c. unic. num. 1. & 2. & ibi Matthæ. de afflict. numer. 10. an mutus vel alias imperfect. Schurff. conſ. 91. num. 5. in 1. centur. itemq; dos, quæ loco alimentorum ſuccedit, Schurff. cōſil. 24. in 1. centu. Alexand. conſ. 208. nu. 7. lib. 2. & conſ. 48. lib. 3. & conſtitui debet dos non ſolū à fratre, ſed & à quovis agnato ad quem feudū devoluitur, quinetiam à domino ipſo, feudo ſibi aperto, quod licet jure feudali diſertè cautum non eſt, æquitatis tamen ratione eſt introductum, Hartman. Piſtor. quæſtio. 37. in prin. Et conſtitui debet dos pro dignitate perſonarum & qualitate bonorum, l. quæro, de jure dotium, l. ſi filiæ, ubi Bart. de legat. 3. & non redigi ad quantitatem legitimæ, quod tamen Matthæus de afflictis in deciſio. Neapol. 76. & 160. voluit, Hartman. Piſtor. d. quæſtio. 37. num. 20. 74

Illud notandū eſt, quod fœmina ad feudi ſuc- 75
ceſſionem admiſſa, omnes ex ea deſcendentes liberi, maſculi & fœminæ, in feudo ſimul non ſuccedunt, ſed hic etiam filii rurſus à

maſculis excluduntur. Et hæc fuit Gerhardi ſententia, c. uni. § ſimiliter, de capitaneo qui curiam vendi. quæ etiam ſignificatur in c. uni. in princ. in illis verbis, ſecundum quoſdam ſuccedit nepos ex filio ſolus, de natura ſucceſſ. feudi, eamque interpretes communiter probârunt, rejecta opinione Oberti de Orto, d. c. uni. § ſimiliter, de capita. qui curiam vendi. ibi Andreas de Iſernia & Matthæus de Afflictis affirmant, Gerhardi ſententiam de jure veriorem eſſe: pro ea adducunt interpretes quoque regulam traditam in c. uni. de eo qui ſibi vel heredi. &c. his verbis: non patet locus fœminæ in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primus de hoc feudo fuit inveſtitus. Hanc regulam Sonsbekius in nona parte, nu. 142. ad ſolam facti ſpeciem, in d. c. uni. de eo qui ſibi vel heredibus ſuis &c. propoſitam, pertinere putat, qua in re fa-
76 cilè ipſi aſſentior. Facti ſpecies elegans eſt: pone, Titius feudum accepit pro ſe & heredibus ſuis maſculis, & his deficientibus pro fœminis: poſtea deceſſit una tantum filia relicta: filia nupſit, & marito ſuo feudum in dotem dedit, poſteaque obiit, duos relinquens ex ſe filios, Cajum & Sempronium; mortuus quoque eſt Cajus, relinquens filium unum: Sempronius item mortem cum vita cõ-

muta-

mutavit, relictis filiabus duabus: inter Caii filium & filias Sempronii de ſucceſſione feudi lis oritur: nam filius ad ſe totum feudum pertinere dicit ex eo, quod ſolus ejus, qui primum inveſtituram accepit, heres maſculus ſit: filiæ contra medietatem feudi quam parens habuit, ſibi deberi contendunt, quia feudum ea lege acquiſitum ab initio fuerit, ut deficientibus maſculis, fœminæ ſuccederent: Quæritur quid hic juris ſit, & quis ſuccedere debeat, utrum ſolus maſculus, an cum maſculo etiam fœminæ? Et oſtendit Obertus de Orto, de hac quæſtione, ſæpius in foro Mediolanenſi inter ſapientes diſputatum, & tamen pro maſculo pronunciatum fuiſſe. Non enim inquit Obertus de Orto, patet locus fœminæ in feudi ſucceſsione, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit inveſtitus, d.c.unico, de eo qui ſibi vel heredibus ſuis &c. Notetur particula, donec, quæ ſatis oſtendit, dictam regulam in omnibus aliis fœmininis feudis locũ non habere. Ea enim eſt natura hujus particulæ, ut temporaliter fœminas excludat non perpetuò, ut ſuprà monui. At in aliis omnibus feudis, fœmina ſemel excluſa, non excluditur temporaliter, donec maſculus ſupereſt, ſed perpetuò, ut ſuprà eſt expoſitum. Se-

Digitized by Google

quitur igitur, dictam regulam ad alia feuda, in quibus fœmina ſuccedit, non pertinere, ſed pertinere duntaxat ad ſpeciem in d. c. uni. de eo qui ſibi vel heredibus &c. propoſitam, in eoque, ut dixi, Sonsbekio aſſentior. In illo verò ipſi aſſentiri non poſſum, quòd tradit in feudis ſemel devolutis ad filiam, filias à maſculo deinceps non excludi, quod cum ſuprà dicta communi & recepta doctorum ſententia pugnat. Et hactenus de ſucceſſione deſcendentium: videamus quomodo collate-
77 rales in feudo ſuccedant. Secundum juris civilis diſpoſitionem, deficientibus deſcendentibus, ſecundo loco ad ſucceſſionem ab inteſtato vocantur aſcendentes, & cum iis certis caſibus tranſverſales, quemadmodum ſuprà expoſitum eſt. Cæterùm jure conſuetudinario feudorum aſcendentes ad ſucceſſionem deſcendentium non admittuntur, præterquàm duobus caſibus, de quibus ſuprà dictum eſt, c. unic. de nat. ſucceſſ. feud. Veniunt igitur ad ſucceſſionem tranſverſales: dict. c. unic. de nat. ſucceſſ. feud. & c. unic.
78 de ſucceſſ. frat. Sed hoc ſub triplici conditione intelligendum eſt: primò, ſi fuerint tranſverſales agnati, ſoli enim agnati in feudo ſuccedunt, remotis cognatis, d. c. uni. ibi ex latere omnes per maſculos deſcendentes, de natura ſuc-

ſucceſſ.feud.& d.c.uni. verſic.his verò deficientibus,de ſucceſſ.frat.propterea quod dominus,qui feudum vaſallo concedit;eligit familiam generoſam & fortem, & vult, ut qui ex illa familia ſunt,feudum habeant, excluſis iis, qui ſeorſim ab ea familia naſcuntur, Jacob. Cujac.magnum juris civilis lumen in c. unic. de his qui feud. dare poſſunt. At ſoli agnati eicuntur eſſe de familia ejus, qui feudum acquiſivit,l.1ctus, § 1.de gradibus, non cognati, qui per fœminam conjunguntur, quæ familię ſuæ caput eſt & finis,l.pronunciatio, in fin.de verbor.ſignifi.Roland, à Valle conſil. 56. nu. 26.in 3.volu. Secunda conditio,ſub qua tranſverſales in feudo ſuccedũt,eſt, ſi feudum fuerit paternum ſive antiquum,non etiam ſi fuerit novum: etenim in feudo novo tranſverſales ſuccedere non poſſunt, c. unic. § fin. de ſucceſſio.feud.c.uni. § ſi duo fratres, de feudo marchiæ,c.uni.de benefic.fratris,d.c.uni,in illis verbis, ſi feudum ſit paternum. de natura ſucceſſ. feud. & d. c. uni. ibi, quod ita intelligendum eſt,de ſucceſſ.frat. c. uni. § ſin autem unus, de his qui feudũ dare poſſunt: ibi Gerhardus Niger oſtendit, tranſverſales in novo feudo ſuccedere non poſſe, etiam tunc cùm duobus fratribus communiter feudum à domino datum eſt, niſi nominatim dictũ fuerit,

 ut

ut uno ex fratribus defuncto ſine legitimo herede, alter ſuccedat, Roland. à Valle conſil. 60. num. 1. & 2. in 1. volu. Deniq; tunc tranſverſales agnati in feudo antiquo ſuccedunt, quando deſcendunt ab eo, qui primus feudum acquiſivit, c. unic. § ſi capitanei, & ibi Alvar. duobus in locis, de feudo marchiæ, Ruin. conſil. 5. num. 2. in 1. volum. latè Roland. à Valle conſil. 32. nu. 1. in 3. volu. alias non ſuccedunt: idq; notandum eſt, Sonsbekius parte 4. nu. 14.
79 & part. 9. num. 87. cum ſeq. Primùm autem omnium ad ſuceſsionem vaſalli defuncti, nullis deſcendentibus relictis, & feudo paterno exiſtente, fratres ipſius vaſalli defuncti vocantur, Roland. à Valle conſil. 41. num. 5. in 2. volum. & conſil. 16. in princ. & conſil. 22. num. 33. in 3. volum. illi enim ſunt proximiores. Et ſicuti in allodialibus, ex juris communis diſpoſitione, proximiores admittuntur remotioribus excluſis: ita quoque ſecundum conſuetudines feudorum, proximiores primo loco vocantur, Rolan. â Valle conſ. 67. nu. 13. cum ſeqq. & conſ. 68. num. 2. cum ſeq. in volu.
80 Inter fratres verò defuncti non diſtinguimus, utrum ſint fratres ἀμφιθαλεῖς, an verò ἑτεροθαλεῖς, hoc eſt, utrum defuncto ex utroq; parente, patre & matre, conjungantur, an conjungantur ex patre tantum, quos fratres

tres ὁμωπατρίους ſive cõſanguineos nominamus. Quamvis enim jure civili, frater utrinq; conjunctus, excludit fratrem ex altero parente tantum conjunctum, Novel. 118. & expoſitum eſt ſup. hoc c. noſtro: tamen ſecus eſt de jure conſuetudinario feudorum. Hoc jure frater conſanguineus tantùm, ad ſucceſsionem fratris ſine filio maſculo decedentis, cum fratribus utrinq; conjunctis admittitur, quemadmodum communiter feudiſtæ notârunt in d. c. uni. § his verò deficientib. & ibi Bald. nu. 1. Laudenſ. nu. 15. Alvarot. num. 3. Præpoſitus eodem nu. verſicul. quæro circa iſtam gloſſam, de ſucceſsi. frat. Laudenſ. in c. uni. § & quia vidimus de perſonis, num. 48. de his qui feud. dare poſſunt, Franc. Curtius in 3. parte tractat. feud. in ultimo membro, verſic. ſextò quæro, de notabili quæſtio. Ferrarienſ. practic. in forma libelli ad revocationem feudi, ſuper verbis, nec ſuperſtitibus, num. 10. Alexand. conſ. 9. nu. 14. in 5. volum. Schurff. in 1. cent. conſ. 8. Et hanc ſententiã aſſeſſores Cameræ Imperialis probârunt, Andreas Geill lib. 2. pract. obſervat. obſervat. 151. Et ſi defunctus unà cum fratribus reliquit 81
ex fratre defuncto filios, iſti filii patruo defuncto cum patruis vivis ſuccedunt, d. c. unico, § his verò deficientibus, de ſucceſſ. fratrum.

trum. Succedunt inquam in ſtirpes, non in capita, hoc eſt, ita admittuntur cum patruis ſuis, ut iſtam tantum portionem ex feudo ferant, quam pater illorum ſi viveret, habiturus fuiſſet: atque ita ex juris communis diſpoſitione definiendum eſt, cùm contrarium in conſuetudinibus feudalibus proditum non ſit, ſecundum regulam traditam ab Oberto de Orto in
82 c. unic. § ſtrenuus, de feudi cognitio. Ex eadem regula definiendum eſt, duorum fratrum filios, patruo defuncto in capita ſuccedere, non in ſtirpes, & ideo ſi defunctus ex uno fratre duos filios reliquit, ex altero quatuor, feudũ ſi in ſex partes dividetur: duas partes accipient filii ex uno fratre, reliquas quatuor, quatuor filii ex altero fratre. Et quãvis hæc quæſtio apud interpretes ſatis ſit controverſa, ut ex iis quæ ad Dd. in d. c. uni. § his verò deficientibus, de ſucceſſ. frat. & a Franc. Curtio juniore in 3. parte tractatus feuda. in ult. membro. verſic. quartò, circa iſtam materiam. & Julio Claro in § feudum, quæſt. 75. num. 2. tradita ſunt, videre licet: tamen cùm ex conſtitutione Caroli Quinti, hodie duorum fratrum liberi, in allodialibus patruo in capita ſuccedant, ut ſuprà traditum eſt abſque ulla hæſitatione, idem dicendum erit in feudis, Zaſius in epitom. feud. part. 8.
de

de feudi ſucceſſ. numer. 18. cùm hac de re in conſuetudinibus feudorum nihil ſpecialiter diſpoſitum inveniatur: atque ita in ſupremo judicio pronunciatum fuiſſe, Mynſing. refert in obſervat. in centur. 3. obſervatio. 94. Sic 83
duorum fratrum liberi numero impares, patruo magno in allodialibus & feudis in capita ſuccedunt, non in ſtirpes, atq; ità in facti ſpecie reſponſum memini, eo non obſtante, quod Carolina conſtitutio, de duorum fratrum liberis patruo ſuccedentibus, propriè loquitur. Poſt fratrum filios admittuntur 84
alii tranſverſales gradu proximiores, c. uni. § fin. de nat. ſucceſſ. feud. Roland. à Valle conſil. 82. num. 36. in 2. volum. & qui gradu proximior eſt, potior eſt jure, ut de ſucceſſ. juris cōmunis ſuprà diximus. Proximitatem autem reſpectu vaſalli defuncti, non reſpectu ejus qui feudum primus acquiſivit, metimur, Roland. à Valle conſ. 100. num. 20. in 1. volum. Cephal. conſ. 46. num. 24. cum ſeq. lib. 1. Socin. conſil. 249. num. 21. verſ. 6. confirmatur, cum ſequent. & cōſil. 252. nu. 17. verſic. ſecundum verò dictum, licet Baldus & alii contrarium ſenſerint, ut Rolandus à Valle refert, d. conſil. 100. num. 3. in 1. volum. Sed hic non immeri- 85
tò in dubium vocatur, utrum tranſverſales aſcendentium, ut eſt patruus vel patruus magnus,

gnus, in feudis ſuccedant. Et quamvis dicendum videbatur, eos ſuccedere non poſſe, propterea quòd hoc jure conſuetudinario parentes à ſucceſsione liberorũ in feudis repelluntur, ut ſuprà eſt expoſitum: tamen, verius eſt, tranſverſales aſcendentium in feudis admitti per textum in c. uni. in fin. conſtitutiones feudales domini Lotharii Imperatoris, & ibi Baldus num. 2. Laudenſis num. 7. Alvarottus num. 1. Andreas de Iſernia nu. 2. & 4. Præpoſit. num. 2. notarunt, Matthæus de Afflictis in c. unic. num. 2. ibi ſecundò fallit, de natura ſucceſſ. feudi. Si igitur vaſallus non reliquit deſcendentes, nec etiam tranſverſales deſcendentium, ſed patruum vel patruum magnum, patruus vel patruus magnus in feudo admittetur: aſcendentes enim, ut Alvarottus loquitur, per lineam tranſverſalem ſuccedunt in feudo ſuis deſcendentibus tranſverſaliter, & hoc in feudo antiquo majorum, à quibus emanàrunt, tam patruus quàm defunctus intelligendum eſt, Harmannus Hartman. in pract. obſervatio. titu. de feudis, obſervatio. 17. Sanè ſi vaſallus reliquerit nepotem ex fratre & patruum, quamvis nepos & patruus ſint in pari gradu: tamen patruus à nepote in feudi ſucceſsione excluditur, Alvarottus d. c. unic. numer. 12. conſtitutio. feuda.

domi-

domini Lothar. & ibi quoque Laudenſis & alii notârunt, Alvarot. in c. uni. num. 7. de natur. ſucceſſ. feud. Franc. Curtius junior in 3. parte tracta. feuda. in ultimo membro, verſic. nonò, pro complemento iſtius materiæ, quod cum juris civilis diſpoſitione congruit, Authent. poſt fratres, C. de legitimis heredibus. Idemque in pronepote & patruo magno, ut ſcilicet patruus magnus à pronepote excludatur Sonsbekius dicendum eſſe arbitratur in tractat. feuda. parte 9. in 7. concluſio. Sed id ab interpretibus aliis traditum non eſt, & vix ſuſtineri poteſt, cùm jure civili patruus magnus cum pronepote ſimul ſuccedat, d. Authent. poſt fratres, C. de legitimis heredibus. Supereſt ut inveſtigemus, ad quem uſque gradum deſcendentes & tranſverſales in feudo ſuccedant. Gradum cùm dicimus, generationem intelligimus: gradus enim nihil aliud 86
eſt quàm generatio, ut Juſtinianus docet in inſtitutis de gradibus, idque optimè Longobardi intellexerunt, qui gradum geniculum appellârunt, id eſt generationem: ideoque cum gradus numerare volumus, generationes, ſunt numerandæ, & quot ſunt generationes, tot ſunt gradus, hacq; regula in ordine deſcendentium, aſcendentium & tranſverſalium, Cõſtantinus Harmenopulus & Græci reliqui

liqui in baſilico utuntur, & rectè. Ac vulgatæ regulæ à DD. traditæ, non modò ſuperfluæ ſed etiam ineptæ ſunt, propterea quòd ſtipitem, ſive communem parentem, ex quo gradus dependent, & reliquæ generationes deſcendunt, tollunt, quo ſublato, numeratio non fit ritè, ſed per ſaltus, ut eleganter traditum eſt à Theodoro Beza in tractatu de repu-
87 diis. Deſcendentes autem maſculi olim quidem ultra nepotem in feudis non ſuccedebant, c. unic. § & quia vidimus, de his qui feud. dare poſſunt: hodie novo jure in infinitum admittuntur, d. c. unico, § hæc quoque ſciendum eſt, de his qui feudum dare poſſ. c. unic. ibi, & ſic uſq; in infinitum, de nat. ſucceſſio. feudi: atque ita omnes Dd. ſentiunt, ut poſt Zaſium Julius Clarus affirmat in § feudum,
88 quæſtio. 79. num. 1. Et hoc tam in feudo eccleſiæ, quàm ſeculari procedit, Laudenſ. in c. unico § & quia vidimus de perſonis, num. 12. de his qui feud. dare poſſunt. Nec poteſt hac de re ulla eſſe dubitatio, ſi quis feudum accepe-
89 rit pro ſe & heredibus ſuis. Nam heredis appellatio non ſolum ad proximum heredem, ſed etiam ad ulteriores refertur: & heredis heres, & deinceps, heredis appellatione cõtinetur, l. heredis appellatio, de verborum ſignificatio. & auctore Paulo heredem per

mul-

Digitized by Google

multas ſucceſſiones accipimus; l. ſciendum, de verborum ſignificatio. Ulpiano item auctore, heredis appellatione omnes ſucceſſores ſignificantur, etſi verbis non ſint expreſſi, l. heredis appellatione, de verbor. ſignificatio. idque ſecundùm propriam vocabuli heredis ſignificationem, ut à Rebuffo traditum eſt, in d. l. heredis appellat. in verbo cõtinetur, de verborum ſignificat. Sic libe- 90
rorum appellatione, nepotes & pronepotes, cæterique qui ex his deſcendunt continentur, l. liberorum, de verborum ſignificatio. Imò filii appellatione deſcendentes quoque intelliguntur, d. l. liberorum, § fin. de verbor. ſignificat. & latius expoſitum eſt ſupr. hoc c. noſtro. Ideoque ſi feudum vaſallo & ipſius filiis datum fuerit, perinde habebitur feudum ac ſi vaſallo & heredib. ipſius datum eſſet, c. unic. § penult. de alienat. feudi, & ibi Baldus num. 6. Alvarott. num. 1. & alii notârunt, Jacobin. de feudis, ſuper verbis, præſentes & recipientes pro ſe & eorum filiis, num. 2. & 3. Anton. Gabr. Roman. lib. 6. concluſio. titul. de verb. ſignifi. concluſio. 3. num. 16. verſic. quintò amplia. Quòd ad tranſverſales attinet, ſe- 91
cundũ uſum ab antiquis ſapientibus inſtitutũ, tranſverſales ultra fratres patrueles in feudo non ſuccedebant, d. c. unic. § hoc quoq; ſcien-

dum eſt, de his qui feud. dare poſſunt. Fratres patrueles ſunt, qui ex duobus fratribus procreati ſunt, qui etiam conſobrini appellantur: quamvis conſobrini propriè ſunt, qui ex duabus ſororibus progenerati ſunt, quaſi conſororini, ut Juſtinianus docet in tit. de gradibus, in inſtitutis, l. Ictus, § eodem gradu ſunt, de gradibus. Fratres autem patrueles quartum gradum conſtituunt, quia hic ſunt quatuor generationes, quod ita oſtenditur: Filius fratris procreatus eſt à fratre, hæc una eſt generatio, ergo unus gradus: frater procreatus eſt à patre, eſt ſecunda generatio, & ſecundus gradus: ab eodem patre procreatus eſt frater, eſt tertia generatio, & tertius gradus: à fratre eſt procreatus filius fratris, eſt quarta generatio, & ob id quartus gradus.
92 Ad quartum igitur gradum transverſales olim in feudis ſucceſſerunt, ſed hodie admittuntur uſq; ad ſeptimum geniculum, d. c. uni. § hoc quoque ſciendum eſt, de his qui feud. dare poſſ. ita nonnulli Codices ibi habuerunt, ut à gloſſ. Andrea de Iſernia, Alvarotto, Jacobó Cujac. & aliis traditum eſt. Geniculum generationem ſignificat, ut ſuprà monui, & tranſverſales uſque ad ſeptimum geniculum, ſive uſq; ad ſeptimam generationem in feudis ſuccedunt, d. c. unic. § hoc quoque ſciendum.

dum, & traditum eſt à Baldo in auth. defuncto.num.2. C.ad Sctum Tertullia. Jaſone in l. certum,nu.3. C. unde legitimi, hoc eſt,etiam illi, qui in ſeptimo gradu conſtituti ſunt, ad feudum admittuntur, dictio enim,uſq;, incluſivè accipitur, Laud. in c. unic. § & quia vidimus,de perſonis, num. 44. de his qui feud.dare poſſ. Jacobin.de feudis, ſuper verbis, præſentes & recipientes, num. 7. Ac neceſſe eſt ut agnati probent ſe intra ſeptimum gradum eſſe, quia uſque ad ſeptimum gradum, ut dictum eſt,ſuccedunt. Et quando diſpoſitio eſt limitata ad certum gradum, debet probari, quòd perſonæ, de quibus agitur,ſunt intra illum gradum, Roland.à Valle perlixè conſil. 32. num. 20. in 13. volum. Hoc tamen quod 93
diximus, agnatos uſq; ad ſeptimum gradum ſuccedere, ita intelligendum eſt, ſi feudum à primo acquirente ad tranſverſales pervenit, ut pone: Titium feudum acquiſivit, & in inveſtitura dictum eſt, ut Titio mortuo ſine liberis, feudũ ad fratrem ipſius tranſiret: mortuus eſt Titius nullis filiis relictis, feudum ad fratrem ipſius pertinet, propterea quòd in inveſtitura ita nominatim convenit. In hoc autem feudo, quòd à Titio primo acquirente, ad fratrem pervenit, tranſverſales deinceps ſuccedunt uſque ad ſeptimum

Digitized by Google

gradum ſive geniculum Roland. à Valle prolixè d.conſil.32.num.22.in 3.volum.Sonsbekius parte 9. num. 84. Decianus reſponſ. 24. num.72.& 73.in 1.volum.Aliud eſt dicendum, ſi feudum ad deſcendentes tranſitum fecit, & poſtea pervenit ad collaterales, tunc agnati in infinitum admittuntur, c. unic. de nat. ſucceſſ. feudi, verbi gratia: Titius de feudo inveſtitus mortuus eſt, relictis filiis duobus; unus filiorum ſolus in feudo ſuccedit, mortuo filio, nullis relictis liberis, feudum ad fratrem ſuperſtitem tranſit. In hoc feudo quó tranſverſalis, hoc eſt, frater ſuccedit fratri defuncto, tranſverſales non ad ſeptimum gradum ſive geniculum, ſed in infinitum admittuntur d.c.unic.de natu.ſucceſſ.feud.& ultimus agnatus primi acquirentis ſucceſſor eſſe intelligitur, etiamſi feudum per mille manus ambulaverit,c.unic.in fin.de ſucceſ. feud. Alvarot.in d.c.uni.§ hoc quoq; ſciendum, de his qui feud. dare poſſ. Idem in c.unic. § ſi capitanei, num. 2. verſic. quæro, cum gloſſa, de feudo marchiæ &c. Laudenſis in d.c.unic.§ & quia vidimus de perſonis, num. 38. cum ſequentib. de his qui feudum dare poſſunt, Jacobi.de feudis, in verbis, præſentes & recipientes,numer.6.Curtius junior in 3. parte tractat. feuda. in 3. membro, Julius Clarus in §

feu-

feudum, quæſtio. 79. numer. 3. Hartmannus Hartmanni in practicis obſervatio. titul. de feudis, obſervat. 17. Roland. à Valle conſ. 3. num. 9. in 1. volum. & conſ. 10. num. 21. & conſ. 32. num. 27. in 3. volum. Ferrarien. practicus in forma libelli, ad revocationem feudi, ſuper verbis, nec ſuperſtitibus, num. 9. Cephal. conſ. 4. num. 46. cum ſequen. lib. 1. hanc ſententiam domini Imperialis Cameræ probarunt, Mynſingerus centu. 2. obſervatio. 95. Andr. Geill libr. 2. practicarum obſervatio. obſervatione 150. quæ tamen Hartman. Piſtor. quæſtio. 19. non placet. Nunc ad tertium 94
modum, quo feuda acquiruntur, tranſibimus. Priùs tamen excutiemus duas inſignes quæſtiones: Primùm, utrum vaſallus, qui defuncto vaſallo ſucceſſit, æs alienum ipſius defuncti ſolvere teneatur. Deinde quid de fructibus feudorum ejus anni, quo vaſallus moritur, ſentiendum ſit, & ad quem fructus hujuſmodi pertineant. De priori quæſtione ita habendum eſt: Aut feudũ quod defunctus reliquit eſt novum feudum, aut antiquum: ſi feudum novum eſt, tam filius quàm agnatus non poſſunt hereditatem defuncti repudiare, & feudum retinere, ſed utrumque ſimul ſuſcipere, aut utrumque ſimul repudiare debent.

Julius Clar. in § feudum quæſt. 76. Unde conſequenter ſequitur, quòd tam filius quàm agnatus, hereditate defuncti adita & feudo ſuſcepto, ad ſolutionem æris alieni à defuncto relicti, tenentur. Si feudum à defuncto relictum eſt antiquum, tunc vel eſt feudum ex pacto & providentia, vel hereditarium. Si feudum ex pacto & providentia eſt, ut quia vaſallo conceſſum fuit pro ſe & liberis, vel pro ſe & filiis, tunc tam filius quàm agnatus defuncti, hereditatem repudiare & feudum retinere poſſunt, Alvarottus in c. unic. num. 9. an agnatus vel filius &c. Si inquit, in inveſtitura dicitur, pro ſe & liberis, tunc filius poteſt feudum accipere, & hereditatem repudiare, Andreas de Iſernia in d. c. unic. an agnatus vel filius &c. & in c. unico, § hoc quoque, de ſucceſſ. feudi, Jacob. de Belviſo in c. unic. de eo qui ſibi heredibusque ſuis, Roland. à Valle conſil. 67. num. 21. in 1. volum. & conſil. 28. num. 9. & 10. in 3. volum. Mynſing. centur. 3. obſervatio. 67. & hereditate defuncti repudiata, filius vel agnatus defuncti, debita à defuncto relicta ſolvere non compelluntur: imò ſi creditores contra filium vel agnatum agant ad ſolutionem æris alieni, poteſt illis objici exceptio, tibi non competit actio contra me, quia non ſum heres hereditatis, ſed

ſan-

ſanguinis, Andreas Geill doctrina & uſu rerũ excellentiſſimus in practicis obſervatio, lib. 2.obſervat. 154. ibi refert, ſe meminiſſe ita in graviſſima quadam cauſa obſervatum fuiſſe. Si feudum eſt hereditarium, ut quia defunctus nominatim feudum accepit pro ſe & heredibus ſuis, ut in 4. feudorũ diviſione ſuprà expoſitum eſt, tunc filius vaſalli defuncti non poteſt hereditatem defuncti repudiare, & feudum retinere, ſed utrumq; aut repudiare aut acceptare cogitur, Roland. a Valle, conſ. 2. nu. 43. in 1. volum. & ſi alterutrum acceptaverit, debita paterna ſolvere cogitur, d. c. unic. an agnatus vel filius &c. Poteſt tamen filius hoc caſu beneficio inventarii hereditatem adire, & tunc ultra vires hereditatis creditoribus nõ obſtringitur, Andreas Geill d. obſervatio. 154. lib. 2. eaq; communis eſt Dd. opinio, latè Roland. à Valle conſ. 44. num. 3. cum ſequent. in 3. volu. ubi tamen ipſe cõtrariam ſententiam magis cõmunem eſſe affirmat. Agnatus autẽ feudum antiquum hereditarium retinere, & defuncti hereditatem repudiare poteſt, nec obligatus eſt ad ſolvendũ creditoribus, quod defunctus debuit d. c. unic. an agnatus &c. Andreas Geill d. obſervat. 154. atq; ita conſulendo decidit Rolandus à Valle conſ. 2. circa finem. in 1. volum. & hæc ſententia de con-

an agnatus, vel filius &c. qua in re tamen ſervanda erit diſtinctio, de qua paulò pòſt plura dicemus. Et tantùm de priori quæſtione, quam Didacus Covarruvias lib. 2. variarum reſolutionum c. 18. & Julius Clarus in § feudum quæſtio. 42. & 43. & 76. paulò aliter tractârunt: & videatur Arius Pinelus in l. 1. C. de bonis maternis in 3. parte, Hartmannus Piſtor. lib. 2. quæſt. 1. Thomas de Marinis in tractatu ſuo de generibus & quali. feudo.

Quòd ad poſteriorem de fructibus feudorum 95 quæſtionem attinet, ſciendum eſt, fructus nomen, interdum jus, interdum corpus ſignificare, l. vaccæ emptor. de evictio. Ad jus cùm refertur, jus utendi, fruendi ſignificat, hoc eſt, uſumfructum: & ideo nihil intereſt, uſusfructus an fructus legetur, l. cùm ita legatum eſſet, de uſu & uſufructu &c. l. 14. § 1. de uſu & habitati. Cùm ad corpus refertur, quandoque propriè, quandoque impropriè ſumitur. Propriè nomen fructus, eos fructus, qui ex re ipſa naturaliter enaſcuntur, complectitur: impropriè fructus ſunt, qui non natura proveniunt, nec ſunt ex corpore ipſo, ſed aliàs ex re, vel rei occaſione jure percipiuntur, l. ſi navis, de rei vindicat. l. uſura, de verborum ſignificat. interpretes fructus civiles nominant: hujuſmodi ſunt uſuræ, penſio-

rum, qui à ſolo, noſtro facto, ſeparati ſunt, quāvis adhuc humi jaceant, nec ex illis ſpecies aliqua ſit facta, l. ſi fructuarius meſſem, quibus modis uſusfructus amit. Poſtrema ſpecies eſt fructuum eorum, qui percepti non ſunt, percipi autem honeſtè potuerunt, l. fructus nondum percepti. de rei vindi. l. cū ſervus legatus, § fructus, de legat. 1. His cognitis, cùm quæritur, ad quem fructus feudi iſtius anni, quo vaſallus mortuus eſt, ſpectent, ita diſtinguendum eſt: Aut vaſallus mortuus eſt ante Calendas Martii, aut poſt Cal. Martii, intra menſem Martium & Auguſtum, aut denique mortuus eſt poſt Auguſtum. Primo & poſtremo caſu, omnes iſtius anni, quo vaſallus mortuus eſt, fructus, tam civiles quàm naturales, ſive per ſe naſcantur ſive induſtria hominum, ſive nondum producti & formati ſunt, ſive jam ſunt nati & formati, ſed nondum collecti, ad ſucceſſorem ſive agnatum vaſalli pertinent, vel etiam ad dominum feudi, ſi feudū domino, propterea quòd vaſallus ſine ſucceſſore deceſſit, aperiatur. Secundo caſu, quando vaſallus mortuus eſt intra menſem Martium & Auguſtum, fructus iſtius anni quod vaſallus obiit, ad heredem vaſalli ſpectant, c. unic. § his conſequenter, hic finitur lex &c. c. unic. an agnatus vel fili-

us: &

us: & urobiq; Dd. Petrus Jacobi in practi. in forma libelli, de condictione ex moribus, num. 5. Ferrarienſ. practi. in forma libelli, ad revocationem feudi, ſuper verbis, nec ſuperſtitibus, num. 16. Wurmbſerus in pract. obſervat. titu. de feudis, obſervatio. 26. Tiraquellus de tractatu conventional. § 5. num. 3. Covarru. lib. 1. variar. reſolutio. c. 15. numer. 14. Hartm. Piſto. in quæſt. juris, quæſtio. 24. & 25. Et quamvis Baldus in d. § his conſequenter, hanc diſtinctionem, nullam in ſe habere rationem dicit, & Covarr. d. c. 15. num. 14. & Jacobus Cujacius in d. § his conſequenter, eam non omninò æquam eſſe affirmant, & Molinæus eam falſam & irrationabilem exclamat in conſuetudinibus Pariſio. tit. 1. § 1. glo. 8. num. 11. tamen dicta diſtinctio crebriori interpretum calculo recepta & approbata eſt, eaq; utimur non ſolum in caſu, quo feudum ad dominum revertitur, de quo propriè loquitur, d. § his conſequenter, verumetiam in illo ut diximus caſu, quo agnatus defuncto in feudo ſuccedit, per textum in d. c. uni. an agnatus vel filius &c. quem ibi Alvarot. & alii ad hoc notárunt, Hartman. Piſtor. d. quæſt. 24. Alexandri opinione, l. 7. § Papinianus, ſoluto matrimo. exiſtimantis, inter agnatos & heredes defuncti fructus dividi debere pro

rata

rata temporis, reiecta, ſecundum quam tamen Weſenbec. affirmat, ſæpius judicatum eſſe, in paratit. ſolut. matrim. quemadmodum dos petatur, circa finem. Sic ſuperiori diſtinctione utimur etiam tunc, cùm de fructibus ſeudorum inter filios & filias defuncti vaſalli contentio exiſtit. Etenim ſi Vaſallus mortuus eſt poſt Calendas Martij, uſque ad Auguſtum fructus iſtius anni nondum percepti & collecti, non ſolum ad filios in feudis ſuccedentes, pertinent, ſed ſimul etiam pertinent ad filias. Si ante Calendas Martias vel etiam poſt Auguſtum vaſallus obiit, fructus ad ſolos filios in feudis ſuccedẽtes, ſpectant, Hartman. Piſtor. dicta quæſtio. 24. num. 51. Sanè ſi vaſallus ob delictum aliquod feudo privatus fuerit, tunc ratio temporis nulla habetur, ſed omnes fructus feudi vel ad dominum feudi, vel ad agnatos, ad quos feudum devoluitur, ſecundum ea quæ circa finem c. 8. infrà dicemus, pertinent, Tiraquellus de retractu conventiona. d. §. 5. num. 3. Covarruuias d. c. 15. num. 14. Hartmannus Piſtorius d. quæſtio. 24. Non obſtat, quòd fructus percepti heredis fructuarii ſunt, ut communiter DD. ſentiunt per l. defuncti, de uſufructu &c. l. in ſingulos annos, in fin. de annuis legat. vel pro rata temporis, quo uſusfructus in perſo-

na uſu-

na uſufructuarij eo anno conſtitit, inter heredem fructuarij & dominum proprietatis dividuntur, quemadmodum Cuiacio in d. §. his conſequenter, per l. ſi operas, de uſufructu viſum eſt. Nam hoc ad ſimplicem uſufructuarium pertinet, non ad vaſallum, qui uſufructuarius quidem eſt, ſed alias multum ab uſufructuario diſtat, ut ſuprà dictum eſt. Sic ad vaſallum trahendum non eſt, quòd divortio facto, lex ait, fructus dividi debere non ex die locationis, ſed habita ratione præcedentis temporis, quo mulier in matrimonio fuit, l. 7. §. Papinianus, ſolut. matrimon. & quamvis quidam dixerunt, quocunque tempore anni vaſallus decedat, omnes pendentes fructus ad dominum pertinere, d. §. his conſequenter, & horum opinionem Molinæus in conſuetudinibus Pariſio. §. 1. gloſ. 8. num. 11. veram & rationabilem eſſe contendit: tamen ea ſententia paucorum fuit, & ob id à Dd. communiter eſt reiecta. Non adverſatur, quod pluribus opinionibus relatis poſtrema cenſeatur approbata, Cyn. in l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Anton. Corſetus ſingula. 196. in verbo, opinio: hoc enim catholicum non eſt, ſed ſæpius fallit, ut innumeris facilè exemplis probari poſſet: & intelligitur ex c. unico, §. ſimiliter, de capita. qui

curiam

Digitized by Google

curiam vendi. ibi prior opinio Gerhardi cõmuniter eſt approbata, poſteriori Oberti de Orto reiecta. Sic in capitulo unico, de feudo fœminæ, priorem Gerhardi & Oberti opinionem ſequimur, non poſteriorem ibi relatam. Deniq; non adverſatur, quòd ſuperioris diſtinctionis ratio ſatis commoda adferri nulla poteſt. Etenim ut in jure civili multa contra rationem diſputandi, pro utilitate communi recepta ſunt: l. ita vulneratus, §. fin. ad l. Aquiliam, ita in conſuetudinibus feudorum plurima ſunt recepta, quæ ſi ad exactam diſputandi rationem traherentur, vix poſſent ſubſiſtere. Sequitur nunc tertius modus quo feuda acquiruntur.

DE

Digitized by Google

De præſcriptione tertio modo, quo feudum acquiritur.

1. *Feudum acquiritur tertiò præſcriptione.*
2. *Præſcriptio plerumq; exceptionem ſignificat, & nihil aliud eſt quàm exceptio.*
3. *Interdum præſcriptio ſignificat poſſeßionem ſiue acquiſitionem longi temporis.*
4. *Feudum præſcriptione ſiue poſſeßione triginta annorum acquiritur, tribus concurrentibus.*
5. *Primùm requiritur, quòd vaſallus feudum poſſedit triginta annis ſine uſurpatione ſiue interruptione.*
6. *Deinde quòd feudum poſſederit tanquam feudum.*
7. *Tertiò quòd ſervitium domino præſtiterit.*
8. *Fundi eccleſiarum & rerumpublicarũ præſcribuntur quadraginta annis.*
9. *Quemadmodum vaſallus triginta annis feudum præſcribit: ita dominus, qui per triginta annos fundi alicuius nomine, quaſi feudalis eſſet, ſeruitia ab aliquo recepit actionem ad ſeruitia præſtandã præſcribit.*
10. *Quod ſtatuitur in uno correlatiuorum, ſtatuitur*

tuitur quoq; in altero, ſi ſit eadem ratio.

11. *Dominus qui per triginta annos rem feudalem pro libera poſſedit, nemine ſeudum requirente, libertatem præſcribit.*

12. *E contrario quoq; bona ſeudalia eſſe deſinunt, ſi vaſallus per triginta annos feudum poſſedit, nulla petita inveſtitura.*

13. *Præſcriptio triginta annorum nocet domino volenti vindicare bona feudalia per vaſallum alienata.*

14. *Quòd dicitur, feudis nullam obſtare præſcriptionem, de præſcriptione decem vel viginti annorum intelligitur.*

15. *Falſum eſt quod Sonsbekius affirmat, feudum abſq; domini conſenſu alienatum, olim decem vel viginti annis non potuiſſe præſcribi.*

16. *Alia eſt ratio rerum ſacrarum, religioſarum: furtivarum & vi poſſeſſarum: longè alia feudi abſq; domini voluntate alienati.*

TErtiò, feudum acquiritur præ- 1
ſcriptione c. unic. § ſi quis per 30.
annos, ſi de feudo defuncti contentio &c. Præſcriptio plerun- 2
que exceptionem ſignificat, & nihil aliud eſt quàm exceptio: atq; ita ſumitur

in l.ſi fideicommiſſum, § tractatum eſt, & § fin. de judiciis, l. nihil intereſt, de inoff. teſtam. & alibi ſæpè, & Juriſconſulti nonnunquam præſcriptionem & exceptionem conjungunt, & unum nomen per aliud explicant, toto tit. de except. præſcriptio. & præjudiciis in ff. Et in hac ſignificatione, præſcriptionis verbo Tertullianus quoque uſus eſt, in libro de præſcriptionibus, id eſt, de exceptionibus & defenſionibus adverſus hereticos. Videtur autem exceptio dici præſcriptio, ad ſimilitudinem Græci ſermonis quo exceptio παραγραφὴ vocatur.

§ Nonnunquam præſcriptio poſſeſſionem ſive acquiſitionem longi temporis ſignificat, ut in l. ei à quo, in fin. de uſurpatio. & uſucapio. l. qui alienam, in princ. de evictio. & ita præſcriptio pro longi temporis acquiſitione accipitur in Inſtit. t. de uſucapio. & longi temporis præſcriptio. atque ita hic quoq; præſcriptionem pro poſſeſſione ſive acquiſitione temporis exaudire oportet. Et feudum ſicut inveſtitura acquiritur, itemq; ſucceſſione, ut ſup. explicatum eſt: ita acquiritur quoque præſcriptione ſive temporis poſſeſſione & acquiſitione. Si quis enim per triginta annos, rem aliquam ut feudum poſſedit & ſervitium domino exhibuit, quamvis de ea re non

ſit

ſit inveſtitus, præſcriptione tamen triginta annorum ſe tueri poteſt, d.c.unic. § ſi quis per 30.annos, ſi de feudo defuncti contentio ſit &c. Mynſing. in obſervat. centur. 4. obſervatio. 29. Wurmbſerus in pract. obſervationib. tt. de feudis, obſervatio. 15. & rurſus obſervat. 25. Paris de Puteo de redinteg. feud. c. 49. num. 38. & c. 133. num. 2. Molinæus in conſuetudinibus Pariſio. tit. 1. § 7. num. 8. Henning. Gode conſil. 46. num. 16. Ex dicto autem c. unic. § ſi quis per triginta annos, intelligitur, tria copulativè ad hoc requiri, ut præſcriptio procedat: Primùm, quòd vaſallus fundum poſſederit per triginta annos, ſive aliqua uſurpatione ſive interruptione. Secundò, quòd vaſallus tenuerit & poſſederit fundum tanquam feudum. Denique quod vaſallus ſervitia domino præſtiterit, ad minimum ſemel, ut DD. tradiderunt in d. § ſi quis per 30. annos, & latè proſecutus eſt Balbus in tractat. de præſcriptio. 4. parte, quartæ partis principalis 1. quæſt. 12. Roland. à Valle conſil. 3. num. 79. in 1. volum. Requiruntur, ut dictum eſt, anni triginta, nec ſufficiũt anni decem vel viginti, quibus alias præſcriptio de jure communi procedit, propterea quòd rerum feudalium præſcriptio durior eſt & majoris præjudicii, quam præſcriptio rerum allodiali-

 um

um. Per præſcriptionem enim rerum feudalium, vaſallus domino ad multa obligatur, & verſa vice dominus ad multa vaſallo obſtringitur, quemadmodum expoſitum eſt ſup. hoc c. noſtro, in primo modo quo feudum acquiritur: atque ita Hannetonius cenſuit libr. 2. feud. c. 1. ad fin. Deinde neceſſe eſt, quod vaſallus fundum tanquam feudum poſſede-
6 rit. Si poſſederit fundum jure pignoris, poſſeſſio triginta annorum ipſi nihil proficiet. Jus enim luendi pignoris præſcriptione 30. vel 40. annorum non tollitur, & ea Rogerii contra Bulgerum, quem Accurſius ſecutus eſt, ſententia fuit, eaque de jure verior eſt. Nec obſtat quòd dicitur, omne jus tolli, præſcriptione quadraginta annorum, l. ones. C. de præſcriptionib. 30. anno. Id enim de actionis, non de luitionis jure accipiendum eſt, ut à Jacobo Cujacio notatum eſt in l. pignori. de uſurpat. & uſucapio. & diligenter expoſitum eſt in tit. de uſuris. Sanè ſi vaſallus de fundo quem pignori tenebat, poſtea tanquam de feudo fuerit inveſtitus, aliud dicendum erit, c. uni. de uſu Mediolanenſium, ibi talis proponitur facti ſpecies: Dominus feudi vaſalli pignori obligavit quandam terram, id eſt, fundum aliquem. Poſt mortẽ domini, filius ipſius, filio vaſalli pecuniam obtulit, & pignus libera-

berare voluit. Filius vaſalli inveſtituram allegavit, hoc eſt, dixit patrem ſuũ defunctum de feudo pignori obligato poſtea inveſtitum fuiſſe, ſeque poſt factam inveſtiturã fundum annis triginta jure feudi poſſediſſe: Quæritur quid juris ſit: Gerhardus Niger ſignificat hanc facti ſpeciem in foro Mediolanenſi agitatam fuiſſe, & Ictos Mediolanenſes cenſuiſſe, vaſallum jurare debere cum duodecim ſacramentalibus, ſe vel patrem ſuum de fundo inveſtitum fuiſſe, vel quaſi jure inveſtituræ per triginta annos ſine ulla interpellatione fundum poſſediſſe. Ita jurat vaſallus, ubi actor pignus non probavit. Secundum cõſuetudines enim feudorum, actore non probante, reus non ideo ſtatim abſolvitur, ſed datur reo defenſio, ut ſupra hoc c. noſtro, in primo modo de inveſtitura dictum eſt. Poteſt quoque vaſallus domino jusjurandum referre, quo facto dominus cogitur jurare cum duodecim ſacramentalibus, vaſallum de fundo litigioſo inveſtitum non fuiſſe: & ſi dominus jurare recuſet, tenetur filium vaſalli de fundo inveſtire, quaſi ſcilicet de veteri beneficio, d. c. uni. de uſu Mediolanenſiũ, idq; ſupra quoq; latiùs expoſitũ eſt. Et hæc, ut dixi, tunc procedunt, cùm actor intentionẽ ſuam non probavit, & fundum vaſallo pignori obliga-

ligatum fuiſſe non oſtendit. Si actor probaverit pignus, tunc pignus redimere poterit, niſi vaſallus ex adverſo probet, patrem ſuum defunctum, fundum poſt factam pignoris obligationem, in feudum accepiſſe, c. unic. § ſimiliter, ſi de inveſtitura feudi controverſ. fuerit. Ex his igitur intelligitur, ad præſcriptionem rerum feudalium non ſufficere poſſeſſionem triginta annorum, ſed hoc etiam requiri, quòd vaſallus fundum tanquam feu-
7 dum poſſederit, non tanquam pignus. Deniq; textus in d. c. unic. § ſi quis per triginta annos, ſi de feudo defuncti contentio ſit &c. ad præſcriptionem rerum feudalium exigit, quòd vaſallus ejus fundi nomine quem per triginta annos poſſedit, ſervitium domino exhibuerit. Servitium requirit textus, non ſervitia, ideoque ſufficit ſemel præſtitiſſe ſervitium intra annos triginta, neque neceſſe eſt, quod vaſallus ſingulis annis ſervitia domino exhibuerit; atque ita, ut ſuprà dixi, communiter Dd. notârunt, in d. c. uni. § ſi quis per triginta annos, ſi de feudo defuncti contentio ſit &c. Et ſuprà dictis tribus concurrentibus, feudum præſcriptione ſive temporis poſſeſſione acquiritur. Feudum inquam ſeculare: In rebus ad Eccleſias & reſpublicas perti-
8 nentibus aliud dicendum erit. Nec enim

fun-

fundi Eccleſiarum & rerumpublicarum ſpacio triginta annorum præſcribuntur, ſed ad illorum præſcriptionem anni 40. exiguntur, Andr. de Iſern. in d. c. unic. § ſi quis per triginta annos, ſi de feudo defuncti contentio &c. & ibi Præpoſitus, Alvarottus, Laudenſis & alii, Baldus in c. unic. § fin. de feudo dato in vicem legis commiſ. Zaſius in epitom. feud. parte 6. num. 30. & 31. Mynſinger. in obſervatio. centur. 4. obſervatio. 29. Balbus in tractatu de præſcriptio. parte 4. quartæ patris principalis, 1. quæſtio. 12. Molinæus in conſuetudinibus Pariſiorum titu. 1. § 7. numer. 8. verſic. & quod in feudalibus, atque ita ex juris communis diſpoſitione, cum contrarium conſuetudinibus feudorum traditum non ſit, definiendum eſt. Jure enim communi, actiones Eccleſiis vel aliis venerabilibus locis vel civitatibus competentes, præſcriptione quadraginta annorum tolluntur, Novella 111. & Novel. 131. ſublata lege ultim. C. de ſacroſanct. Eccleſ. quæ centum annorum præſcriptionem introduxerat, Jacobus Cujacius lib. 5. obſervatio. c. 5. & in tractatu de diverſis temporum præſcriptionibus c. 31. de quadraginta annis, & dictum eſt ſuprà c. 6. Porrò 9 quemadmodum vaſallus fundum, quem per triginta annos tanquā feudū poſſedit, præſcri-

ptione acquirit: ita verſa vice dominus, qui per triginta annos fundi alicujus nomine quaſi feudalis eſſet, ſervitia ab aliquo recepit, actionem ad præſtanda ſervitia præſcribit, Bald. in d. c. uni. § ſi quis per 30. annos, & ibi Laudenſis & alii notarunt, ſi de feudo defuncti &c. Mynſing. in obſervatio. in 4. centu. d. obſervat. 29. ad fin. Julius Clar. in § feudum, quæſt. 19. num. 1. & quæſtio. 45. num. 1. atque ita ex natura correlativorum dicendum eſt.
10 Quod enim ſtatuitur in uno correlativorum, ſtatui quoque debet in altero, l. ult. C. de indicta viduita. tollen. & ibi Bartol. Bald. & Ange. notârunt, Bartolus in l. liberorum, § 1. verſicu. ſed quæro, de his qui notan. infa. Bald. in l. nemo martyres, circa fin. C. de SS. Eccleſ. Anton. Gabr. Rom. libr. 9. conclu. tit. de ll. & conſtitu. conclu. 3. quando eadem qualitas & ratio non minus in uno correlativorum eſt, quam in altero. Secus eſt, ſi ſit diverſa ratio, l. curatorem, C. de interdicto matri. l. ult. cum glo. ultim. C. de reſcin. vend. Bart. Bald. Angel. & alii. in l. multum intereſt, de verborum obligatio. Tiraquel. de utroq; retractu, § 9. gloſſ.
11 1. num. 3. & 4. & dictum eſt c. 4. ſupra. Sed quæſtionis nunc eſt, an dominus contra vaſallum, ſpacio triginta annorũ, libertatẽ præſcribere poſſit? Pone, vaſallus moritur nullis relictis

relictis deſcendentibus, dominus feudum per 30. annos quietè tenuit, & quaſi ad ſe reverſum poſſedit: poſt annos triginta veniunt nonnulli nobiles, ſe agnatos defuncti jactitantes & feudum à defuncto relictum tanquam antiquum ſive paternum petentes: quæritur, an dominus, qui per 30. annos rem feudalem pro libera poſſedit, nemine feudum requirente, præſcriptione 30. annorum, adverſus agnatos ſe tueri poſſit. Hanc quæſtionem Baldus utilem eſſe affirmat, in d. c. unic. § ſi quis per 30. annos, num. 11. ſi de feudo defuncti content. &c. Traditum verò à Baldo eſt, dominum adverſus agnatos præſcriptione triginta anno. ſe tueri poſſe, & hanc ſententiam Matthæus de Afflictis in præludi. conſtit. Neapol. quæſtio. 22. in fine ſecutus eſt, & Zaſius in epito. feud. part. 6. num. 33. qualiter feuda conſtituantur: eamque aſſeſſores ſupremæ curiæ probârunt. Mynſingerus in obſervatio. centur. 4. obſervatio. 28. Sic è contrario 12
videtur dicendum, quòd bona feudalia eſſe deſinant, ſi agnatus defuncti vaſalli per annos 30. fundum poſſedit, nulla à domino feudi petita inveſtitura. Sicuti. n. dominus uſumfructum quem vaſallus habet, præſcriptione 30. anno. acquirit: ita vaſallus proprietatem quæ apud dominũ remanet, c. uni. § fi. in

quib.cauſis feud. amit. triginta annis præſcribit Wurmbſerus in pract. obſervatio. tit. de feud. obſervat. 15. verſi. ſic etiam contra dominum currit præſcriptio 30. annorum, & rurſus obſervatio. 25. inquit, contra dominum feudi currit præſcriptio triginta annorum, ut res deſinat eſſe feudalis & dominus eam amittat, Balb. de præſcript. in 4. parte, quartæ principalis, quæſtio. 12. numer. 9. cum ſequent. Chaſſanæus in conſuetud. Burgund. quam refert Molinæ, in conſuetud. Pariſien. tit. 1. § 7. num. 13. circa finem, ubi tamen Chaſſanæum re-
13 prehendit. Sed ulterius inquiramus, utrum præſcriptio 30. annorum noceat domino volenti vindicare bona feudalia per vaſallum alienata. Hic diſſentientes ſunt interpretum noſtrorum ſententiæ & opiniones. Nonnulli enim exiſtimant, domino feudi præſcriptionem 30. annorum, non obſtare per textum, in c. Imperialem, de prohib. feudi alien. per Fridericum, ibi Fridericus Imperator diſpoſuit alienationes feudorum nullius temporis præſcriptione confirmari poſſe, quia quod ab initio non valuit, tractu temporis non convaleſcit, quod etiam expreſsè confirmare videtur textus in c. unic. § præterea, de capitulis Conradi. Præterea inquit textus, ut liceat dominis omnes alienationes feudi factas,

nulla

nulla obſtante præſcriptione,revocare, atque ita quòd domino feudi præſcriptio 30. annorum non noceat, tradidit, Andr. de Iſernia in d. c. unic. de prohibitio. feudi alien. per Fridericum, & Andream de Iſernia communiter Dd. ſequuntur, ut Franc. Curt. junior teſtatur in tract. feud. in quarta parte in ultim. cauſa privationis num. 82. verſicu. prima ergo principalis erat regul. Julius Clarus in § feudum, quæſt. 45. num. 2. Alii cõtrà ſentiunt, præſcriptionem triginta annorum locum habere, & dominum poſt triginta annos feudum à vaſallo alienatum, revocare non poſſe, per textum in c. uni. § porrò, qualiter olim poterat feudum alienari: ibi dicitur præſcriptione triginta annorum dominum ſubmoveri, & hanc ſententiam probat gloſſ. in d. c. unic. § præterea, in verbo præſcriptione, de capitulis Conradi, eamq; gloſſam Bald. ibi num. 4. & Alvarott. num. 3. ſequitur: & in additionibus ad Baldum notatur, eandem ſententiam tenuiſſe Johan. Andr. in additio. ad Speculatorem, in titul. de feud. in 2. colum. & Dynum referre pro hac ſententia cõſuluiſſe Andream Barbat. Et hæc opinio magis eſt cõmunis, Wurmbſerus in obſervatio. practi. titul. de feud. obſervatio. 15. eamq; Jacobus Cujacius approbat in dict. c. unic. de capitulis

lis Conradi. Et hanc opinionem tenendo non obſtant, quæ ex c. Imperialem, de prohibit. feudi alienat. per Fridericum, & ex c. unic. de capitul. Conradi in contrarium adducta fue-
14 runt. Illa enim loca, quæ volunt feudis nullam obſtare præſcriptionem, intelligenda ſunt de præſcriptione decem vel viginti annorum: & ſi feudum à vaſallo alienatum fuerit, domino revocanti feudum tanquam ſibi apertum non nocet, quòd vaſallus per decem vel viginti annos feudum poſſederit: ſed hac allegatione non obſtante, dominus nihilominus feudum revocare poteſt: & ſic Guntherus loca illa de longi temporis præſcriptione accepit. Ita enim inquit:

Nullaq́ue vel longi præſcriptio temporis obſtat,
Quò minus ad dominum redeant translata priorem.

Gunthe. lib. 8. Secus verò eſt, ſi vaſallus per annos triginta in poſſeſſione feudi fuerit, hæc præſcriptio domino feudi nocet. Alii hoc modo reſpondent: aut dominus ſcivit vaſallum feudum alienaſſe, aut verò ignoravit. Priori caſu obſtat domino præſcriptio triginta annorum. Poſteriori nõ item, ſed hanc poſteriorem ſolutionem cõmuniter DD. improbant, propterea quòd textus in d. c. unic. § porrò, qua-

qualiter olim poterat feudum alienari; inter ſcientem & ignorantem non diſtinguit, ſed dominum præſcriptione triginta annorum ſubmoveri affirmat, ſive ſciverit, ſive ignoraverit feudum fuiſſe alienatum, Wurmſerus in practic. obſervatio. titul. de feud. d. obſervatio. 15. Priorem itaque ſolutionem ſequemur, contra quam nihil facit, quod Sonsbekius parte 12. tradit, feudum abſq; domini 15.
conſenſu alienatum, etiam ante Conradum, Lotharium & Fridericum decem vel viginti annis non potuiſſe præſcribi, propterea quòd per alienationem abſque domini voluntate factam, vitio affectum fuit, exemplo rerum ſacrarum, religioſarum, furtivarum & vi poſſeſſarum, quæ propter vitium, quo laborant, decem vel viginti annis non uſucapiuntur, §. ſed aliquando, & §. furtivæ, inſtitut. de uſucapio. Negamus namque quòd feudum bona fide abſque domini conſenſu emptum, ante Conradum, Lotharium & Fridericum, decem vel viginti annis non potuerit præſcribi.
Et exempla, quæ de rebus ſacris, religioſis, 16
furtivis & vi poſſeſſis adferuntur, ſunt diſsimilia, ut alibi Ictus loquitur, l. inter ſtipulantem, §. ſed hæc diſsimilia ſunt, de verb. obligatio. l. qui res ſuas obligavit, §. aream, verſic. nec ſimili argumento uſus eſt, de ſolutio.

l. Julianus,

l. Julianus, ibi, non eſſe ſimile accepi, de jure dotium. Etenim rerum ſacrarum & religioſarum non eſt commercium, hoc eſt, res ſacræ & religioſæ à nemine acquiri & poſsideri poſſunt, d.l. inter ſtipulantem, §. ſacram, de verbor. obligatio. l. qui univerſas, §.1. de acquir. poſſeſs. & ideo non uſucapiuntur. Et rerum furtiuarum, lex 12. tab. & lex Atinia: ac vi poſſeſſarum lex Julia & Plautia uſucapionem inhibuerunt, d. §. furtiuæ, inſtit. de uſucapio. Gell. lib. 17. c. 7. Propter legis itaque prohibitionem, res furtivæ & vi poſſeſſæ non uſucapiuntur, l. ubi lex, de uſucapio. At feudi abſq; domini voluntate alienati eſt commercium, eius quoque uſucapio ante Conradum, Lotharium & Fridericum, nulla lege fuit inhibita, ſed poſtea conſtitutum eſt, ne feuda abſque domini voluntate alienata, ullo tempore, hoc eſt, decem vel viginti annis præſcriberentur.

CAPUT VIII.

QUOMODO FEUDA LEGITIME ACQUIſita rurſus amittantur.

1. *Feuda ſine juſta cauſa vaſallo eripi non poſſunt.*
2. *Ne quidem à ſummo principe.*
3. *Cauſæ, propter quas vaſallo feudum eripitur; omnes enumerari & ſub certa definitione comprehendi non poſſunt.*
4. *Primò feudum amittitur; ſi vaſallus, domino mortuo, ab herede ſiue ſucceſſore domini intra annum & diem, renouationem inueſtituræ non petierit.*
5. *Et hoc in vaſallo non milite procedit: at vaſallus miles habet annum & menſem ad petendam inveſtituram.*
6. *Mortuo vaſallo heres ipſius intra annum & diem inueſtituram petere tenetur.*
7. *Iuſtæ tamen cauſæ vaſallum, qui inueſtituram non petivit intra annum & diem, excuſat.*

8. Iuſta

8. *Iuſta cauſa eſt mors domini vel vaſalli.*

9. *In feudo nouo, tempus, quod viuo parente effluxit, filio in annum & diem computatur.*

10. *Iuſta etiam cauſa eſt capitalis inimicitia.*

11. *Vaſallus ſalvo conductui fidem habere non cogitur.*

12. *Capitalis inimicitia judicia diſcutienda arbitrio.*

13. *Iudex illam inimicitiam capitalem eſſe judicare poteſt, quæ de ſtatu & capite vel omnibus bonis, aut maiori parte bonorum mouetur.*

14. *Pecunia eſt alter ſanguis.*

15. *Inimicitia capitalis ita demum vaſallum excuſat, ſi inimicitia ſine culpa vaſalli extiterit.*

16. *Iuſta cauſa quæ vaſallum excuſat, eſt infantia, & infans in feudis minorum 14 annis ſignificat.*

17. *Pupillæ poſt 14. annum currit tempus petendæ inueſtituræ, ſicuti pupillo.*

18. *Maiores 14. annis, uſq; ad annum 29. reſtitutionem poſſunt petere.*

19. *Excuſatur quoq; vaſallus ſi juſta de cauſa abfuerit.*

20. *Cùm de domini abſentia agitur, non diſtinguamus inter cauſam juſtã & iniuſtam.*

21. Propter

21. *Propter peſtem vaſallus quoque excuſatur.*
22. *Vaſallus excuſatur, ſi tertius aliquis feudum poßideat.*
23. *Quælibet juſta cauſa excuſat vaſallum, qui inveſtituram intra annum & diem non petiit.*
24. *Utrum dominus cenſeatur vaſallo ingratitudinem remiſiſſe, ſi ſervitia à vaſallo accipiat.*
25. *Remißio ingratitudinis non trahitur ad incognita.*
26. *Nec ad ea de quibus quis dubitat.*
27. *Proteſtatio facto contraria non prodeſt.*
28. *Secundò, feudum amittit vaſallus, ſi totum feudum vel ejus partem ſine domini conſenſu alienaverit.*
29. *Olim duobus modis feudi alienatio pro parte dimidiæ conceſſa fuit.*
30. *Sed Lotharius & Fridericus feudi alienationem prohibuerunt.*
31. *Friderici conſtitutio multùm differt à Lotharii conſtitutione.*
32. *Vaſallus qui totum feudum alienat, totum perdit, qui partem, perdit tantum partem.*
33. *Niſi partem alienaverit, ſine commemoratione quòd eſſet feudalis.*

34. *Vaſallus feudum alienans ſine conſenſu domini, feudum amittit, quia dominum contemnit.*

35. *Alienationis verbum hîc latiſſime ſumitur.*

36. *Vaſallus non poteſt feudum ad longum tempus locare.*

37. *Nec in emphyteuſin dare.*

38. *Nec dare in dotem.*

39. *Mulier tamen feudum habens, ſeipſam de feudo dotare poteſt.*

40. *Vaſallus non poteſt prædium feudale oppignorare.*

41. *Lex commiſſoria in feudis prorſus ceſſat.*

42. *Vaſallus non poteſt feudum legare nec donare.*

43. *Nec pro ſalute animæ ſuæ alteri concedere.*

44. *Vaſallus non poteſt ſuper feudo tranſigere.*

45. *Nec compromittere in arbitrum vel arbitratorem.*

46. *Vaſallus non poteſt feudum permutare ſine domini conſenſu.*

47. *Nec in ſolutum dare.*

48. *Dominum tamen feudi propter æs alienum, in ipſum feudum executionem poteſt facere.*

49. *Subinfeudatio alienationis verbo non comprehenditur.*

50. Sed neceſſe eſt, ut tria copulativè concurrant.

51. Si vaſallus feudum antiquum ſubinfeudavit, tenet infeudatio, illo qui ſubinfeudavit vivente:

52. Subinfeudatus quando feudum alienat, adhibere debet conſenſum domini, cujus eſt proprietas.

53. Refutatio feudi non comprehenditur verbo alienationis.

54. Vaſallus primùm feudum refutare poteſt domino feudi.

55. Deinde deſcendentibus & filiis ſuis.

56. Deniq; agnato proximiori.

57. Feudum novum agnato refutari non poteſt.

58. Vaſallus poteſt fructus feudi vendere, vel pignorare ſine domini conſenſu.

59. Vaſallus poteſt prædio feudali ſervitutem urbanam vel ruſticam imponere.

60. Vaſallus poteſt feudum hypothecare.

61. Refutatio argumentorum, quibus veriſimiliter oſtenditur feudum non poſſe hypothecari.

62. Vaſallo mortuo, venditio & oppignoratio fructuum & ſervitutis impoſitio, nec non & hypothecatio | extinguuntur, quando feudum eſt antiquum.

63. *Vaſallus non poteſt in ſeudo uſumfructum alteri conſtituere.*
64. *Vſusfructus alius eſt cauſalis alius formalis.*
65. *Qui ſimplicem uſumfructum habet, non poſſidet.*
66. *Vaſallus etiam propter magnam neceſsitatem feudum alienare non poteſt.*
67. *Magna neceſsitas eſt fames.*
68. *Magna neceſsitas eſt, ſi vaſallus in latrones incidit.*
69. *Alienatione prohibita non cenſetur prohibita alienatio, quæ fit ex neceſsitate.*
70. *Cautela, per quam ſeudum alienari poteſt abſq; domini conſenſu.*
71. *Mulier poteſt contrahere abſq; conſenſu conſanguineorum, ſi conſanguinei requiſiti recuſent conſentire.*
72. *In feudorum alienatione ſufficit tacitus conſenſus domini.*
73. *Nec domini præſentia requiritur.*
74. *Feudum certis caſibus alienari poteſt, abſq; domini conſenſu, & quidem primum tunc valet alienatio, quando fit in agnatum proximiorem.*
75. *Deinde ſi talis ſit conſuetudo.*
76. *Tertiò, ſi ea lege feudum ſit datum, ut vaſallus, ejus heredes, & cui ipſe feudum dede-*

dederit, ſeudum haberent.

77. *Quando ſcilicet domini & vaſalli conditio melior reddatur.*

78. *Sed de Bartholom. Camerario non placuit.*

79. *Damnum patimur non tantùm cùm de rebus noſtris aliquid amittimus, verùm etiam cùm noſtri ſumus compotes.*

80. *Quintò, vaſallus feudo non privatur, ſi alienatio nulla fuerit quacunq; de cauſa.*

81. *Sextò, ſi rem ipſam feudalem non tradiderit: & ibi explicatur quando vaſallus dicatur ſeudum tradidiſſe.*

82. *Septimò, ſi ſeudum alienans geminatis verbis proteſtatus fuerit, ſe alienare ſeudum ſalvo conſenſu domini, & non aliter nec alio modo.*

83. *Octavò, ſi ſeudum fuerit francum: ſed contraria ſententia communior eſt.*

84. *Nonò, ſi ſeudum alienaverit hoc pacto, ne ullum dominium ne utile quidem in accipientem tranſiret.*

85. *Deniq; vaſallus non privatur ſeudo, ſi omnibus bonis alienatis nullam in alienatione ſpecialem ſeudorum mentionem fecerit.*

86. *Vaſallus ſeudo privatur, ſi dominum in prælio dimiſerit.*

87. *Etſi frater vaſalli dominum deſendit.*

lis Conradi. Et hanc opinionem tenendo non obſtant, quæ ex c. Imperialem, de prohibit. feudi alienat. per Fridericum, & ex c. unic. de capitul. Conradi in contrarium adducta fue-
14 runt. Illa enim loca, quæ volunt feudis nullam obſtare præſcriptionem, intelligenda ſunt de præſcriptione decem vel viginti annorum: & ſi feudum à vaſallo alienatum fuerit, domino revocanti feudum tanquam ſibi apertum non nocet, quòd vaſallus per decem vel viginti annos feudum poſſederit: ſed hac allegatione non obſtante, dominus nihilominus feudum revocare poteſt: & ſic Guntherus loca illa de longi temporis præſcriptione accepit. Ita enim inquit:

Nullaq́ vel longi præſcriptio temporis obſtat,
Quò minus ad dominum redeant translata priorem.

Gunthe. lib. 8. Secus verò eſt, ſi vaſall9 per annos triginta in poſſeſſione feudi fuerit, hæc præſcriptio domino feudi nocet. Alii hoc modo reſpondent: aut dominus ſcivit vaſallum feudum alienaſſe, aut verò ignoravit. Priori caſu obſtat domino præſcriptio triginta annorum. Poſteriori nõ item, ſed hanc poſteriorem ſolutionem cõmuniter DD. improbant, propterea quòd textus in d. c. unic. § porrò, qua-

qualiter olim poterat feudum alienari; inter ſcientem & ignorantem non diſtinguit, ſed dominum præſcriptione triginta annorum ſubmoveri affirmat, ſive ſciverit, ſive ignoraverit feudum fuiſſe alienatum, Wurmſerus in practic. obſervatio. titul. de feud. d. obſervatio. 15. Priorem itaque ſolutionem ſequemur, contra quam nihil facit, quod Sonsbekius parte 12. tradit, feudum absq; domini conſenſu alienatum, etiam ante Conradum, Lotharium & Fridericum decem vel viginti annis non potuiſſe præſcribi, propterea quòd per alienationem absque domini voluntate factam, vitio affectum fuit, exemplo rerum ſacrarum, religioſarum, furtivarum & vi poſſeſſarum, quæ propter vitium, quo laborant, decem vel viginti annis non uſucapiuntur, §. ſed aliquando, & §. furtivæ, inſtitut. de uſucapio. Negamus namque quòd feudum bona fide abſque domini conſenſu emptum, ante Conradum, Lotharium & Fridericum, decem vel viginti annis non potuerit præſcribi. 15
Et exempla, quæ de rebus ſacris, religioſis, furtivis & vi poſſeſſis adferuntur, ſunt diſsimilia, ut alibi Ictus loquitur, l. inter ſtipulantem, §. ſed hæc diſsimilia ſunt, de verb. obligatio. l. qui res ſuas obligavit, §. aream, verſic. nec ſimili argumento uſus eſt, de ſolutio. 16

l. Julianus,

l. Julianus, ibi, non eſſe ſimile accepi, de jure dotium. Etenim rerum ſacrarum & religioſarum non eſt commercium, hoc eſt, res ſacræ & religioſæ à nemine acquiri & poſsideri poſſunt, d.l. inter ſtipulantem, §. ſacram, de verbor. obligatio. l. qui univerſas, §.1. de acquir. poſſeſs. & ideo non uſucapiuntur. Et rerum furtiuarum, lex 12. tab. & lex Atinia: ac vi poſſeſſarum lex Julia & Plautia uſucapionem inhibuerunt, d. §. furtiuæ, inſtit. de uſucapio. Gell. lib. 17. c. 7. Propter legis itaque prohibitionem, res furtivæ & vi poſſeſſæ non uſucapiuntur, l. ubi lex, de uſucapio. At feudi abſq; domini voluntate alienati eſt commercium, eius quoque uſucapio ante Conradum, Lotharium & Fridericum, nulla lege fuit inhibita, ſed poſtea conſtitutum eſt, ne feuda abſque domini voluntate alienata, ullo tempore, hoc eſt, decem vel viginti annis præſcriberentur.

CAPUT

CAPUT VIII.

QUOMODO FEUDA LEGITIME ACQUIſITA RURſUS AMITTANTUR.

1. *Feuda ſine juſta cauſa vaſallo eripi non poſſunt.*
2. *Ne quidem à ſummo principe.*
3. *Cauſæ, propter quas vaſallo feudum eripitur, omnes enumerari & ſub certa definitione comprehendi non poſſunt.*
4. *Primò feudum amittitur, ſi vaſallus, domino mortuo, ab herede ſiue ſucceſſore domini intra annum & diem, renouationem inueſtituræ non petierit.*
5. *Et hoc in vaſallo non milite procedit: at vaſallus miles habet annum & menſem ad petendam inveſtituram.*
6. *Mortuo vaſallo heres ipſius intra annum & diem inueſtituram petere tenetur.*
7. *Iuſtæ tamen cauſæ vaſallum, qui inueſtituram non petivit intra annuum & diem, excuſat.*

8. *Iuſta*

8. *Iuſta cauſa eſt mors domini vel vaſalli.*

9. *In feudo nouo, tempus, quod viuo parente effluxit, filio in annum & diem computatur.*

10. *Iuſta etiam cauſa eſt capitalis inimicitia.*

11. *Vaſallus ſalvo conductui fidem habere non cogitur.*

12. *Capitalis inimicitia judicia diſcutienda arbitrio.*

13. *Iudex illam inimicitiam capitalem eſſe judicare poteſt, quæ de ſtatu & capite vel omnibus bonis, aut maiori parte bonorum mouetur.*

14. *Pecunia eſt alter ſanguis.*

15. *Inimicitia capitalis ita demum vaſallum excuſat, ſi inimicitia ſine culpa vaſalli extiterit.*

16. *Iuſta cauſa quæ vaſallum excuſat, eſt infantia, & infans in feudis minorum 14 annis ſignificat.*

17. *Pupillæ poſt 14. annum currit tempus petendæ inueſtituræ, ſicuti pupillo.*

18. *Maiores 14. annis, uſq; ad annum 29. reſtitutionem poſſunt petere.*

19. *Excuſatur quoq; vaſallus ſi juſta de cauſa abfuerit.*

20. *Cùm de domini abſentia agitur, non diſtinguamus inter cauſam juſtã & iniuſtam.*

21. Propter

21. *Propter peſtem vaſallus quoque excuſatur.*

22. *Vaſallus excuſatur, ſi tertius aliquis feudum poßideat.*

23. *Quælibet juſta cauſa excuſat vaſallum, qui inveſtituram intra annum & diem non petiit.*

24. *Utrum dominus cenſeatur vaſallo ingratitudinem remiſiſſe, ſi ſervitia à vaſallo accipiat.*

25. *Remißio ingratitudinis non trahitur ad incognita.*

26. *Nec ad ea de quibus quis dubitat.*

27. *Proteſtatio facto contraria non prodeſt.*

28. *Secundò, feudum amittit vaſallus, ſi totum feudum vel ejus partem ſine domini conſenſu alienaverit.*

29. *Olim duobus modis feudi alienatio pro parte dimidiæ conceſſa fuit.*

30. *Sed Lotharius & Fridericus feudi alienationem prohibuerunt.*

31. *Friderici conſtitutio multùm differt à Lotharii conſtitutione.*

32. *Vaſallus qui totum feudum alienat, totum perdit, qui partem, perdit tantum partem.*

33. *Niſi partem alienaverit, ſine commemoratione quòd eſſet feudalis.*

34. *Vaſallus feudum alienans ſine conſenſu domini, feudum amittit, quia dominum contemnit.*
35. *Alienationis verbum hic latißime ſumitur.*
36. *Vaſallus non poteſt feudum ad longum tempus locare.*
37. *Nec in emphyteuſin dare.*
38. *Nec dare in dotem.*
39. *Mulier tamen feudum habens, ſeipſam de feudo dotare poteſt.*
40. *Vaſallus non poteſt prædium feudale oppignorare.*
41. *Lex commiſſoria in feudis prorſus ceſſat.*
42. *Vaſallus non poteſt feudum legare nec donare.*
43. *Nec pro ſalute animæ ſuæ alteri concedere.*
44. *Vaſallus non poteſt ſuper feudo tranſigere.*
45. *Nec compromittere in arbitrum vel arbitratorem.*
46. *Vaſallus non poteſt feudum permutare ſine domini conſenſu.*
47. *Nec in ſolutum dare.*
48. *Dominum tamen feudi propter æs alienum, in ipſum feudum executionem poteſt facere.*
49. *Subinfeudatio alienationis verbo non comprehenditur.*

50. Sed

50. *Sed neceſſe eſt, ut tria copulativè concurrant.*

51. *Si vaſallus feudum antiquum ſubinfeudavit, tenet infeudatio, illo qui ſubinfeudavit vivente:*

52. *Subinfeudatus quando feudum alienat, adhibere debet conſenſum domini, cujus eſt proprietas.*

53. *Refutatio feudi non comprehenditur verbo alienationis.*

54. *Vaſallus primùm feudum refutare poteſt domino feudi.*

55. *Deinde deſcendentibus & filiis ſuis.*

56. *Deniq; agnato proximiori.*

57. *Feudum novum agnato refutari non poteſt.*

58. *Vaſallus poteſt fructus feudi vendere, vel pignorare ſine domini conſenſu.*

59. *Vaſallus poteſt prædio feudali ſervitutem urbanam vel ruſticam imponere.*

60. *Vaſallus poteſt feudum hypothecare.*

61. *Refutatio argumentorum, quibus veriſimiliter oſtenditur feudum non poſſe hypothecari.*

62. *Vaſallo mortuo, venditio & oppignoratio fructuum & ſervitutis impoſitio, nec non & hypothecatio extinguuntur, quando feudum eſt antiquum.*

dederit, ſeudum haberent.

77. Quando ſcilicet domini & vaſalli conditio melior reddatur.

78. Sed de Bartholom. Camerario non placuit.

79. Damnum patimur non tantùm cùm de rebus noſtris aliquid amittimus, verum etiam cùm noſtri ſumus compotes.

80. Quintò, vaſallus feudo non privatur, ſi alienatio nulla fuerit quacunq; de cauſa.

81. Sextò, ſi rem ipſam feudalem non tradiderit: & ibi explicatur quando vaſallus dicatur feudum tradidiſſe.

82. Septimò, ſi feudum alienans geminatis verbis proteſtatus fuerit, ſe alienare feudum ſalvo conſenſu domini, & non aliter nec alio modo.

83. Octavò, ſi feudum fuerit francum: ſed contraria ſententia communior eſt.

84. Nonò, ſi feudum alienaverit hoc pacto, ne ullum dominium ne utile quidem in accipientem tranſiret.

85. Deniq; vaſallus non privatur feudo, ſi omnibus bonis alienatis nullam in alienatione ſpecialem feudorum mentionem fecerit.

86. Vaſallus feudo privatur, ſi dominum in prælio dimiſerit.

87. Etſi frater vaſalli dominum defendit.

88. *Sed hoc ita intelligendum eſt, ſi non mortuum, nec mortiſerè vulneratum dimiſit.*

89. *Ex ſignis colligitur dominum lethaliter fuiſſe vulneratum.*

90. *Ex conjecturis colligitur vulneratum ex vulnere non eſſe mortuum.*

91. *Vaſallus ſeudo privatur, ſi dominum cucurbitaverit.*

92. *Iure civili ſolus conatus ſæpè punitur.*

93. *Sed hoc per generalem conſuetudinem immutatum eſt.*

94. *Delictis atrociſsimis exceptis.*

95. *Vaſallus feudo privatur, ſi filiam, neptem, nurum aut ſororem domini corruperit.*

96. *Vaſallus qui ſtuprat viduam domini, feudo privatur.*

97. *Si modò eam ſtupret intra tempora luctus.*

98. *Vaſallus qui oſculatur uxorem domini, feudum amittit.*

99. *Oſculum proximum eſt à coitu.*

100. *Pœna judicis arbitraria punitur, qui fœminam turpiter deoſculatur.*

101. *Qui præ amoris magnitudine puellam deoſculatur mitiùs punitur.*

102. *Vaſallus feudum amittit, ſi fratrem ſuum vel nepotem ex fratre occiderit.*

103. *Secus eſt ſi fratrem domini interfecerit.*

104. Pœ-

104. *Pœna parricidarum.*
105. *Vaſallus qui inceſtum committit, feudo privatur.*
106. *Vaſallus feudò privatur, ſi eos, qui contra dominum conſpiraverunt, non indicaverit.*
107. *Regulariter qui ſcit crimen, non tenetur illud prodere.*
108. *Bartoli opinio rejicitur, & homicidæ ſunt qui Bartolum ſequuntur.*
109. *Vaſallus feudum amittit, ſi domino juſticiam non faciat.*
110. *Item ſi dominum injuria verbali vel reali affecerit.*
111. *Et ſi ſervitium facere recuſaverit.*
112. *Vel ſi delator domini ſui extiterit.*
113. *Aut dominum carcere incluſum cùm potuerit, non liberaverit.*
114. *Non valet conventio per quam debitor ad carcerem ſe obligat.*
115. *Vaſallus feudo privatur, ſi feudum vel feudi partem ſciens inficiatus fuerit.*
116. *Leges civiles ſæpius puniunt inficiationem.*
117. *Vaſallus tenetur edere inſtrumentum feudi.*
118. *Et dominus tenetur vaſallo fines & limites feudi demonſtrare.*
119. *Vaſallus tenetur edere inſtrumentum feudi,*

di, ſi recenter poſſeßionem feudi nactus eſt, ſecus eſt ſi ab aliquo feudum poſſedit.

120. *Si clericus qui per triginta annos rem aliquam poſſedit, ad edendum titulum ſuæ poſſeßionis non tenetur.*

121. *Vaſallus feudo privatur, ſi cum inimicis domini amicitiam contraxerit.*

122. *Qui contrahit amicitiam cum inimico, inimicus cenſetur.*

123. *Malorum conſortia bonos corrumpunt.*

124. *Vt frater dicitur quaſi ferè alter: ita amicus inimico eſt alter inimicus.*

125. *Vaſallus feudo privatur, ſi proditionem commiſerit.*

126. *Item ſi ſecreta domini manifeſtaverit.*

127. *Si eo animo ſecreta manifeſtavit, ut domino noceret.*

128. *Vaſallus feudo privatur, ſi teſtimonium contra dominum prohibuit.*

129. *Similiter ſi feudo abuſus fuerit.*

130. *Et monitus à domino ab abuſu non deſtiterit.*

131. *Vaſallus deniq; feudo privari poteſt, ex omnibus cauſis propter quas filius à patre exheredatur.*

132. *Secundum interpretes non tantum quatuordecim, ſed plures ſunt cauſæ, propter*

pter quas filius exheredari poteſt.

133. *Ex quibus cauſis vaſallus feudo privatur, ex iiſdem dominus privatur proprietate.*

134. *Dominus & vaſallus ſunt correlativa.*

135. *Dominus amittit proprietatem, ſi vaſallum intra annum & diem non inveſtiverit.*

136. *Dominus non poteſt vaſallos ſine voluntate ipſorum in alios transferre.*

137. *Hoc tamen non procedit, ſi dominus totum territorium alienaret.*

138. *Dominus proprietate privatur, ſi vaſallo non fecerit juſticiam.*

139. *Dominus proprietate privatur, ſi feudo abutatur.*

140. *Certis caſibus quædam domino permittuntur, quæ vaſallis denegantur.*

141. *Si vaſallus amittat feudum, propterea quòd inveſtituram juſto tempore non petiit, feudum ad dominum pertinet, ſive antiquum fuerit ſive novum.*

142. *Si vaſallus feudum alienaverit ſine domini conſenſu, ſiquidem novum eſt, ad dominum pertinet, ſi antiquum, ad filios.*

143. *Vel etiam ad agnatos.*

144. *Refutatio contrariorum argumentorum.*

145. *Feudum alienatum cum conſenſu domini filii non revocant, ſi novum fuerit.*

146. *Refutatio argumentorum Sonsbekii.*

147. *Antiquum feudum cum conſenſu domini alienatum, filii ſtatim revocant in vita alienantis refuſo pretio: agnati poſt mortem nullo reſtituto pretio.*

148. *Filii & agnati revocant feudum intra triginta annos.*

149. *Feudo alienato cum conſenſu domini in agnatum remotiorem, proximior, ad revocandum feudum, habet annum.*

150. *Si vaſallus deliquit in dominum, ad dominum feudum pertinet, aliàs ad agnatos.*

151. *Si modò feudum fuerit paternum.*

152. *Et agnati ſint in quarto gradu vel ulteriori.*

153. *Ad quem feudum pertineat domino committente feloniam.*

154. *Dominus feudi heredem vaſalli ob commiſſam feloniam à defuncto, convenire non poteſt, nec heredes domini de felonia vivo anteceſſore cõmiſſa agere poteſt.*

155. *Hoc tamen fallit certis caſibus.*

156. *Quando feudum ipſo jure amittatur.*

157. *Etiam cum ipſo jure feudum amittitur, neceſ-*

neceſſaria eſt ſententia declaratoria.

158. *Hoc tamen in crimine notorio actu permanente non procedit.*

EXpoſuimus ſuperiori capite modos, quibus feuda acquiri poſſunt. 1
Et quia feuda ſemel legitimè acquiſita, ſine juſta cauſa vaſallo rurſus eripi non poſſunt, c. unic. in princ. & ibi Bald. de natura feudi, c. unic. in princ. de feudo ſine culpa non amitten. c. unic. § fin. quo tempore miles inveſtitu. petere debeat, Roland. à Valle conſil. 1. num. 43. in 2. volum.
Hartman. Hartmanni in practic. obſervatio. 2
titu. de feudis, obſervatio. 24. ne quidem à ſummo principe cum tota ipſius majeſtate, Laudenſis in c. unic. § notandum eſt, num. 7. de his qui feuda dare poſſ. Tiberius Decianus reſponſ. 23. num. 1. in 1. volum. Idcirco 3
nunc diſpiciemus, ex quibus cauſis feuda rurſus amittantur. In primis verò monendum hic eſt, cauſas propter quas vaſallus feudum amittit, omnes enumerari, & ut Obertus de Orto loquitur, ſub aliqua certa regula aut definitione rotunda comprehendi non poſſe, c. unic. § 1. in quibus cauſis feud. amitt. Sic idem Obertus de Orto in c. unic. § ſed quia natura. quæ fuit prima cauſa beneficii

neficii amit. docet, multis modis contingere poſſe, ut præter cauſas in feudorum libris enumeratas, aliæ emergant, ex quibus feudum vaſallo adimi poſſit, ideoq; monet, ut judex, qui æquitatis miniſter eſt, cauſas hujuſmodi ſubtiliter diſcutiat & perpendat. Et quamvis Matthæ. de afflict. in c. unic, § item ſi quis feudum, quibus modis feudum amittatur 72. Franciſc. Curtius in quarta parte tractat. feuda. 41. Martinus de Silimanis in tractatu de feudis, in Rubr. quibus modis feudum amittatur, in 13. volumine tractatuum, 40. & Ferrarienſ. practic. in forma libelli ad revocationem feudi, 29. cauſas, propter quas vaſallus feudum amittit, enumerant: tamen nos illas duntaxat cauſas, quas Gerhardus Niger, Obertus de Orto & reliqui conſuetudinum feudalium compilatores hic nominatim
4 expreſſerunt, breviter explicabimus. Prima ergo cauſa amittendi beneficii eſt, ſi vaſallus, domino mortuo, ab herede ſive ſucceſſore domini, intra annum & diem, qui non niſi a tempore ſcientiæ currit, Roland. a Valle conſil. 40. num. 5. cum ſeqq. in 3. volum. Jacob. de Ardizo. in epitom. de feudis, c. 45. Hartman. Hartmanni in practic. obſervatio. titul. de feudis, obſervatio. 9. & rurſus obſervatio. 12. renovationem inveſtituræ non petierit.

tierit. Hanc primam amittendi feudi cauſam Obertus de Orto eſſe dicit, in c.unic.in princ. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. Prima cauſa eſt, hoc eſt, præcipua & principalis. Et ex hac cauſa feudum amitti debere, Imperator Fridericus probavit in c. Imperialem, § præterea, de prohibit.feudi alien. per Frider. Ait ibi Imperator Fridericus: Si quis infeudatus major quatuordecim annis, ſua incuria vel negligentia per annum & diem ſteterit, quòd feudi inveſtituram à proprio domino non petierit, tranſacto hoc ſpacio, feudum amittat, & feudum ad dominum redeat. Et
hæc in vaſallo non milite procedunt. Va- 5
ſallus miles annum & menſem habet ad petendam inveſtituram, ut in præcedenti capite, in loco de inveſtitura, eſt expoſitum, Mynſ.
in 5. cent. obſervat. 9. Quemadmodum ve- 6
rò vaſallus, domino mortuo, intra annum & diem inveſtituræ renovationem petere tenetur: ita quoque mortuo vaſallo, heres intra annum & diem inveſtituram rurſus petere debet, alias beneficium amittit, d. c. unic. in princ. quæ fuit prima cauſa beneficii, &c. Ro-
landus à Valle conſil. 40. num. 1. in 3. volum. 7
niſi fortè juſta aliqua cauſa intercedat, quæ vaſallum excuſare poſſit, quòd inveſtituram intra legitimũ tempus non petierit, c. uni. quo

tempore miles inveſtitu. petere debeat, ibi Gerhardus Niger juſtam excuſationis cauſam eſſe dicit mortem, capitales inimicitias,
8 infantiam & juſtam abſentiam. Mors excuſat vaſallum, qui inveſtituram intra annum & diem non petivit: mors, inquam, ipſius domini vel etiam vaſalli. Si enim dominus, cui præſtanda eſt fidelitas, intra annum & diem moriatur, & poſt mortem domini annus vivo domino cœptus, compleatur, itemq; dies, vaſallus ab herede vel ſucceſſore domini ob non petitam intra annum & diem inveſtituram, feudo privari non poteſt, ſed habet vaſallus, à tempore mortis domini, rurſus annum & diem ad petendam inveſtituram, & tempus fluxum ante mortem prioris domini non computatur. Idem dicimus, ſi vaſallus intra annum & diem deceſſerit. Nam annus vivo vaſallo cœptus, & eo mortuo completus, heredi ipſius non computatur, ſed datur heredi ex die mortis vaſalli novus annus & dies, ad petendam inveſtituram, Jacobinus de feudis ſuper verbis, qui quidem inveſtiti, num. 34. verſi. ſed iterum dubitatur, Sylvanus de feudi recogn. quęſt. 39. Hartman. Hartmanni in pract. obſervat. titu. de feudis, obſervatio. 12. Cephal. conſil. 4. numer. 45. libr. 1. Id tamen in feudo paterno procedit, non etiam in

in feudo novo, propterea quòd feudum paternum pertinet ad ſucceſſorem vaſalli, non ex perſona ipſius vaſalli mortui, ſed beneficio primi acquirentis, ut ſuprà ſæpius jam monui. Novum autem feudum tranſit ad filium & ſucceſſorem ex perſona patris defuncti. Ideoque filio, annus & dies de novo non con- 9
ceditur, ſed tempus quod vivo parente effluxerat, ipſi computatur in annum & diem, Jacobi. in loco proximè dicto, Sylvan. de feudi recogn. quæſt. 40. Franc. Curt. jun. in tract. feudali, in quarta parte, in 23. cauſa privationis feudi, verſicu. ſextò limitanda eſt præmiſſa concluſio. num. 51. Andreas Geill in pract. obſervat. libr. 20. obſervat. 50. num. 7. 8. & 9. Excuſatur deinde ſecundum Ger- 10
hardum Nigrum vaſallus, ſi ob capitales inimicitias intra annum & diem inveſtituram non petierit, d. c. unic. quo tempore miles inveſtit. pet. debeat, Jacobinus de feudis ſuper verbis, qui quidem inveſtiti, § nunc vidēdum eſt, verſic. tertia cauſa eſt, numer. 51. Sylvan. de feudi recognit. quæſtio. 42. Roland. à Valle conſil. 18. num. 20. in 1. volum. Et quam- 11
vis dominus vaſallo ſalvum conductum obtulerit, ut liberè venire poſſit, & ſalvus cōductus ad veniendū datus, etiam ad liberè recedendum datus cenſeatur: Paris de Puteo de redin-

redintegra.feud.c. 222.numer. 3. eleganter & prolixè Menoch.lib.2.de arbitra.judic.quæſt. caſu 336. tamen vaſallus hujuſmodi literis fidem habere non cogitur, ſed nihilominus excuſabitur, ſi non venerit & inveſtituram intra legitimum tempus non petierit, fragilis enim & infirma hujuſmodi cenſetur eſſe cautio, l.qui ita, § 1. ad Sctum Trebell. Roland. à Valle conſil. 68. num. 24. in 2. volum eique parum fidendum eſt, Menoch. conſil. 100. num.185. cum malevolum animum non mutet, gloſſ. in c. literas, de reſtitutio. ſpoliato. Sylvan de feudi recognitio. quæſtio.45. Menochius d.conſil.100. num. 188. Matthæ. de Afflict. in conſtitu. Neapolit. Rubr. 100. de privilegiis eorum num. 7. lib. 1. & ibi in ad-
12 ditionibus in verbo tutum. Capitalis verò inimicitia judicis arbitrio diſcutienda relinquitur, Grammat. conſil.57.incipiente: in cauſa mihi trāſmiſſa, num.9. Menoch.lib.2. de arbitra. judic. quæſtio. centur. 2. caſu 110. Sylva-
13 nus de feudi recognit. quæſtio. 43. Et judex illam inimicitiam capitalem eſſe judicare poteſt, quæ de ſtatu & capite movetur, vel etiam de omnibus bonis, aut majori ipſorum parte, Bald. in l. parentes C. de teſtibus, Anchora. conſil. 26. Barbatias conſil. 3. colum. 11. & conſil.16.colum.4.in fine libr. 2. Tiraquel. de

nobil.

nobil.c.31.num.380. Et ſic capitalem inimicitiam, ſatis ex eo probari, quòd de omnibus bonis lis eſt, affirmavit Cravet.cõſil.31.num.3.verſic. & in terminis, & conſil.75.numer.1. Thomas Grammat.deciſion.28.num.5.& quidem rectiſſimè. Pecuniæ enim ſunt alter 14
hominis ſanguis, gl. in l.advocati, C.de advo. diverſo. judic. Jaſon.in l.nec quicquam, § ubi decretum, num.2.de offic. proconſulis, Matthæ.de Afflict.deciſio.24.num.4. Menochius de arbitra.jud.quæſtio.libr.2.cent.2.caſu 110. Tiraquel de nobilit.c.31.num.364. cum ſeqq. Imò pecunia vita hominis eſſe exiſtimatur, ut in præcedenti capite latiùs dictum eſt. Ita de- 15
mum tamen inimicitiæ capitales inter vaſallum & dominum exiſtentes, vaſallo, qui intra annum & diem inveſtituram non petiit, excuſationem præbent, ſi inimicitiæ ſine culpa vaſalli extiterint, Jacobi.de feudis in loco proximè ſup. dicto; atq; ita omnes ſentiunt in d. c. unic. quo tempore miles inveſtituram petere debeat, quemadmodum affirmat Sylvanus de feudi recog.quæſt. 44. nu. 8. Si inimicitiis vaſallus cauſam præbuerit, feudo privari poterit, ſecundum illa quæ traduntur in c. unic.§ porrò, quæ fuit prima cauſa benefic. amit. Tertiò excuſatur vaſallus, ſi ob infantiã 16
intra annũ & diem inveſtituram non petiit, d.

c.uni.quo tempore miles &c. Infantia extenditur uſq; ad annum ſeptimum, l.ſi infanti, C. de jure deliberandi, l. 1.de adminiſt.& pericu. tutorum, quemadmodum expoſitum eſt ſuprà c. 5. Sed Gerhardus Niger infantem videtur accipere pro minore quatuordecim annis, de quo Obertus de Orto loquitur in c. unico. § ſi minori. ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dominum & agna. vaſalli. Si minori, inquit Obertus de Orto, datum fuerit feudum, fidelitatem facere non cogitur, donec venerit in majorem ætatem, in qua doli capax ſit. Si minori. i. pupillo qui minor eſt 14. annis, datum fuerit feudum, fidelitatem non faciet. i. non præſtabit juramentum, fidelitas enim juramentum fidelitatis ſignificat, ut & ſuprà c. 1. traditum eſt: donec venerit in majorem ætatem, id eſt, donec pervenerit ad annum 14. atque ita communiter Dd. hunc locum exponunt, quemadmodum Jul. Clar. teſtatur in § feudum, quæſtio. 49.
17 num. 4. Sed in dubium vocatur, an tempus 14. ann. in ſolo pupillo, an verò etiam in pupilla locum habeat. Et quidem Baldus cenſuit, hac in re inter pupillum pupillamq; diſtinguendum non eſſe. Pupillæ itaque tempus petendæ inveſtituræ ſtatim poſt pubertatem, hoc eſt, poſt annos duodecim nõ cedit, ſed

ſed ſolum poſt annum decimum quartum, ſicuti maſculo. Atq; ita ut duxi Baldus voluit in c. Imperialem, § præterea, de prohib. feud. alien. per Fridericum, per textum generaliter & indiſtinctè ibi loquentem de majori 14. annis, & Baldum ſecutus eſt Jacobinus, de feudis, ſuper verbis, qui quidem inveſtiti, num. 43. Julius Clarus in § feudum, quæſtio. 49. numer. 4. eamque ſententiam cæteri Dd. probant, ut Jacobinus & Julius Clarus in locis ſup. dictis teſtantur, quamvis ab ea diſcedat Sylvan. de feudi recognit. quæſtio. 16. Si igitur pupillus pupillaque ante annum decimum quartum inveſtituram non petierint, feudo privari non poſſunt, quia, ut dictum eſt, ante decimum quartum annum, tempus petendæ inveſtituræ annus & dies ipſis non cedit, poſt decimum quartum annum cedere incipit: & ſi poſt decimum quartum annum, per annum & diem ſteterint, quòd feudi inveſtituram a proprio domino non petierint, tranſacto anno & die feudum amittunt, & feudum ad dominum redit, ut dicitur in c. Imperialem, § præterea, de prohib. feud. alien. per Fridericum. Ibi tamen, quòd notandum 18 eſt, glo. in verbo, annis, notat, quòd majores quatuordecim annis, quamvis tempus petendæ inveſtituræ ipſis cedat, uſque ad viceſimum

 mum

mum nonum annum, reſtitutionem in integrum petere poſſunt, per l. ultim. C. de temporib. in integr. reſtitut. &c. Læſi enim ſatis ex eo videntur, quòd cùm poſſent intra annum & diem inveſtituram petere, hoc non fecerint, ut in ſimili Ulpianus loquitur in l. interdum, de minor. 25. annis: & dictam glo. Jacobus de Belviſo, Andr. de Iſernia, Bald. Alvarot. Præpoſitus & alii in d. § præterea, ſequuntur, Jacobinus de feudis, ſuper verbis, qui quidem inveſtiti. numer. 43. Sylvanus de feudi recognit. quæſtio. 53. Franc. Curt. in quarta parte in 23. cauſa privationis feudi, in prima fallentia, ubi glo. ſententiam refert, nihil tamen decidit: & denique hæc eſt communis Dd. opinio, Brunus conſil. 100. Molinæ, in conſuetud. Pariſio. § 1. glo. 7. numer. 2. Julius Clarus in § feudum, quæſt. 49. num. 5. Roland à Valle
19 conſil. 40. num. 12. in 3. volum. Quartò, excuſatur vaſallus, qui inveſtituram intra annum & diem non petiit, ſi abfuerit juſta aliqua de cauſa, d. c. unic. quo tempore miles &c. & ibi communiter Dd. notârunt: ut ſi vaſallus reipub. cauſa abfuit per annum & diem, & propter abſentiam à domino feudi inveſtituram non accepit, excuſabitur: gloſſ. in d. c. unic. quo tempore miles, & ibi Alvarott. numer.
20 1. Si cauſam juſtam abſentiæ vaſallus non

habuit,

habuit, feudo cadet: atq; ita inter juſtam & injuſtam abſentiæ cauſam diſtinguendum eſt, quæ tamen diſtinctio locum non habet, cùm de domini abſentia agitur. Nam ſive dominus juſtè ſive injuſtè abſuerit, vaſallus excuſabitur, ſi intra annum & diem inveſtituram non acceperit, quemadmodum notàrunt communiter DD. in c. uni. quo tempore miles, Sylvanus, de feudi recognit. quæſtio. 72. Jacobin. de feudis ſuper verbis, qui quidem inveſtiti, numer. 52. verſi. quarta cauſa eſt abſentia. Supra dictis cauſis, quæ vaſallum non 21
petentem inveſtitura intra annum & diem excuſant, adjicere poſſumus peſtem. Si enim vaſallus propter graſſantem peſtem intra annum & diem ſe inveſtiri non petierit, excuſabitur, atque ita Baldus voluit, ut prolixè refert Sylvanus in tractatu feudi recognitio. quæſtio. 62. Sic Scholaſticus, ob ingruentem peſtem domum in annum conductam relinquens, excuſatur à præſtatione penſionis totius anni, & tenetur tantum ad præſtationem illius temporis, quo domum inhabitavit. Rebuffus in 11. privilegio univerſitatum, Menoch. in 10. remed. recuperan. poſſeſſio. num. 100, Covarru. in practic. quæſtio. c. 30. num. 3. Roland. à Valle conſil. 81. num. 34. cum ſeqq. in 1. volum. Similiter vaſallus qui non pe- 22

tiit inveſtituram intra annum & diem, excuſatur, ſi non ipſe, ſed tertius aliquis feudum poſſideat, Henning. Gode conſil. 13. num. 19. conſ. 105. num. 23. ibi conſilium 13. de verbo ad verbum repetitur, idem Gode conſil. 16. num. 6. Et hæc eſt recepta Dd. ſententia, Roland. à Valle conſ. 18. num. 17. in 1. volu. Paris de Puteo de redin. feudo. c. 42. numer. 1. quæ tamen ita procedit, ſi vaſallus à tertio poſſeſſore feudum avocet, idem Roland. à Valle d. conſ. 18. num. ult. in 1. volum. Si vaſallus feudum non avocet, tunc contra eum currit tempus, perinde ac ſi poſſideret, Hart. Hartmanni
23 in pract. obſerva. tit. de feudis, obſerva. 12. Sed & quælibet alia juſta cauſa vaſallum, qui inveſtituram intra annum & diem non petiit, excuſare poteſt: atque ita generaliter definiendum eſt per textum in c. unic. § fin. de prohib. feud. aliena. per Lotharium, ibi Lotharius Imperator conſtituit, ne aliter vaſallus, qui intra annum & diem inveſtituram non petiit, feudum amittat, quàm ſi dolosè petere inveſtituram neglexerit. Ubicunq; igitur vaſalli dolus non intercedit, excuſabitur vaſallus, ſi per annum & diem inveſtiturã non petierit, d. c. unic. § fin. de prohib. feud. alien. per Lothar. A dolo verò facilè quævis cauſa injuſta, fatua, inſulſa, inepta, imò & beſtialis excuſat, ut

ut Dd. loquuntur, quemadmodum prolixiſſimè videre licet apud Tiraquel. de pœnis, cauſa 43. num. 1. 2. & ſeqq. Julium Clar. lib. 5. ſententia. c. 60. nu. 22. Antonium Gabr. Roman. lib. 7. cõcluſio. titu. de maleficiis, concluſione 8. Nec his adverſatur textus in d. c. unic. quo tempore miles inveſtituram petere debeat, ubi Gerhardus Niger, ut expoſitum eſt, quatuor duntaxat cauſas recenſet, propter quas vaſallus, qui inveſtituram intra annum & diem non petiit, excuſatur. Nam cauſæ à Gerhardo Nigro ibi expreſſæ, exempli duntaxat cauſa, expreſſæ ſunt: & exempla non reſtringunt regulam generalem, l. damni infecti. 2. § fin. de damno infecto, l. quæſitum, § ſi quis fundum, de fund. inſtruct. &c. Sylva. de feud. recog. quæſt. 83. Sed quæſtionis eſt, utrum dominus, qui poſt annum & diem ſervitia à vaſallo, qui inveſtituram non petiit, receperit, vaſallo ingratitudinem commiſſam remiſiſſe videatur. Et ita gl. voluit in d. c. unic. in verbo, & menſem, quo tempore miles inveſtituram petere &c. eamq; glo. communiter Dd. ſequuntur, ut atteſtatur Alvarottus ibi, & Alexand. in conſil. 14. poſt num. 10. verſi. ergo quæſtionem, libr. 2. Jul. Clarus in § feudum, quæſtio. 49. num. 10. Jacobinus de feudis ſuper verbis, qui quidẽ inveſtiti, num. 38. Sylvan. de

feudi recognit. quæſtio. 80. Et hæc concluſio
abſq; dubitatione tunc procedit, cùm domi-
nus ſciens vaſallum intra annum & diem in-
veſtituram non petiiſſe, ſervitia à vaſallo re-
25 cipit. Si dominus juſta ignorantia lapſus, ſer-
vitia à vaſallo exegerit, ſibi non præjudicat,
quia nemo juri quod ignorat renunciare vi-
detur, l. mater decedens, de inoffic. teſtam. l.
nec ignorans, C. de donationib. l. ex malefi-
ciis, § longè, de actionib. & obligationib. l. qui
Romæ, § duo fratres, & ibi plenè notatur, de
verborum obligatio. ita Jacobinus de feu-
dis tradidit ſup. dictis verbis, qui quidem in-
veſtiti numer. 38. Sylvanus de feudi recogni-
tio. quæſtio. 82. hæc eſt communis Dd. ſen-
tentia, Julius Clar. in § feudum, quæſt. 63. Imò
& ſi dominus dubitaverit utrum annus &
dies lapſus ſit, & ſub hoc dubio vaſallum poſt
annum & diem inveſtiverit, vel ſervitia ab eo
tanquam vaſallo receperit, nullum ſibi præ-
judicium generat, & renunciatio ſive remiſ-
ſio ſicut non trahitur ad incognita, ita etiam
non trahitur ad ea de quibus quis dubitat, an
ſibi competant nec ne, per textum, in l. ultim.
§ ſin autem neſcius, C. de furtis, quem ad
hoc notat Bartol. ibi, multumque commen-
dat, ſicuti & Angelus qui ad hoc allegat, l.
ult. C. de condict. indebit. ubi dubitanti ſicut
igno-

ignoranti datur repetitio indebiti, & per d. l. ult. ita definit in ſpecie Jacobin. de feudis in loco proximè dicto, Bald. in l. leges ſacratiſſimæ, C. de ll. idque in tantum verum eſt, ut procedat, etiamſi conſtet quòd quis remiſſurus fuiſſet ingratitudinem, ſi eam ſciviſſet, gloſſ. in l. Pomponius ſcribit, in verbo, probavero, in fin. de negot. geſt. Tiraquel. in præfat. l. ſi unquam, num. 99. C. de revoc. donat.
Sanè ſi dominus caducitatem ſciens & nihilo- 27
minus ſervitia poſt annum & diem à vaſallo recipiens, proteſtatus fuerit de jure ſuo, proteſtatio domino jus ſuum non conſervabit, quia facto contraria eſt, & proteſtatio facto contraria nihil proteſtanti prodeſt, ut ſup. c. 3. in quinta quæſt. dictum eſt: atque ita contra Bartolum, Bald. Jacobin. & alios concludit Sylvanus de feudi recognit. quæſtio. 81. & quidem rectiſſimè, ut ex iis quæ ſupra c. 3. in 5. quæſtione dicta ſunt, videre licet. Secundò a- 28
mittit vaſallus feudum, ſi totum feudum, vel etiam ejus partem ſine domini conſenſu alienaverit. Sed hoc perpetuò nõ obtinuit, quemadmodum intelligitur ex c. uni. in prin. in illis verbis: multæ & diverſæ ſententiæ dabantur in ſingulis civitatibus, qualiter olim poterat feudum alienari. Mediolanenſes enim alienationem totius feudi ſine domini voluntate

admiſerunt, ut à Gerhardo Nigro traditum eſt in c. unic. § Mediolanenſes, de alienatio. feudi, quod tamen reliqui improbarunt, & Gerhardus Niger illam Mediolanenſium cõſuetudinem, irrationabilem appellat in d. c. unic. de alienat. feudi, Obertus de Orto pravam in c. unic. qualiter olim poterat feud. alienari. Alii cenſuerunt, feudum abſque domini conſenſu, per libellum vel pignoris dationem, pro parte in privatum transferri poſſe, c. unic. § aut ſi libellario, quibus modis feudum amit. & d. c. unic. in princ. de alienatione feudi. Et hanc conſuetudinem Gerhardus Niger commendat, eamq́; juſtam eſſe dicit in d. c. unic. de alien. feudi, & Obertus de Orto bonam appellat in d.c.uni. § porrò, qualiter olim poterat feudum alienari. Soli autem privato, ut dixi, vaſallus partem dimidiam feudi per libellum vendere potuit, non etiam Eccleſiæ, idcirco quod feudo vendito privato, ad dominum nihilominus feudum poteſt redire, vaſallo ſine heredibus mortuo: at Eccleſia nunquam moritur, d.c.uni. de alienat. feudi, & ideo Eccleſiæ non potuit feu-
29 dum vendi. Duobus ergo modis alienatio feudi pro parte dimidia vaſallo conceſſa fuit. Primum per libellum medietatem potuit alienare. Deinde medietatem pignori potuit

tuit dare, ita ſcilicet, ut creditori diſtractionem pignoris permitteret. Ita legendum eſt in d. c. unic. § aut ſi libellario. quibus modis feud. amittatur, vulgò legitur, ita ut tranſactum permittat, ſed malè, quemadmodum Jacob. Cujacius notavit. Et pignus, cujus diſtractio a debitore creditori permittitur, pignus conſultum appellatur ab Oberto de Orto in c. uni. § fin. de inveſti. de re aliena facta, quòd ſcilicet eo genere pignoris creditori maximè conſulatur. Medietate verò feudi, duob. ſup. dictis modis alienata, dominus feudi facultatem & poteſtatem habuit, partem alienatam redimendi. Et quidem ſi ſciebat alienationem, intra annum medietatem feudi alienatam redimere poterat: ſi ignorabat, intra annos triginta, æquali tamen refuſo pretio, ut dicitur in d. c. uni. § porrò, qualiter olim poterat feudum alienari, atq; ita dominus feudi jus προτιμήσεως, de quo c. 3. ſup. dictũ eſt, ſciens intra annũ habuit, ignorans intra annos triginta. Si vaſallus ex feudo plus medietate alienaſſet, amiſſione feudi mulctabatur, d. c. uni. § aut ſi libellario, quib. modis feudum amittatur. Et hoc ita uſq; ad tempora Lotharii Imperatoris obſervatum fuit, c. unic. ibi, huic conſuetudini de alienat. feudi. Lotharius poſtea novam edidit cõſtitutionem, 3

tionem,

tionem, ut Obertus de Orto loquitur in d. c. unic. qualiter olim poterat feudum alienari, eaque ſub amiſsione feudi vetuit, ne vaſalli ullam partem feudi ſine domini voluntate alienarent, c. Imperialem, de prohibit. feudi alien. per Lothar. quod poſt Lotharium Fridericus Imperator probavit in c. Imperia-
31 lem, de prohibit. feudi alien. per Frider. Sed Lotharius prohibuit duntaxat alienationes feudorum in futurum, alienationes jam ante factas non revocavit. Et ſic leges & conſtitutiones futuris ſolent dare formam negociis, & non ad facta præterita revocari, niſi nominatim de præterito tempore & adhuc pendentibus negotiis cautum ſit, l. leges & conſtitutiones, C. de ll. Ac Cicer. in 3. Verrina: Verrem ridens, ait, neque ulla lege præteritum tempus reprehenditur, niſi ejus rei, quæ ſua ſponte ſcelerata ac nefaria eſt, ut etiamſi lex non eſſet, magnopere vitanda fuerit. Fridericus autem Imperator, alienationes feudorum etiam jam antè factas ſine domini conſenſu, ſuſtulit, & irritas eſſe pronunciavit, nullius temporis præſcriptione obſtante, d. c. Imperialem, § unde Lotharius de prohib. feudi aliena. per Frideric. Hinc Guntherus lib. 8. inquit:

Hæc magnus fieri vetuit Lutherius, at nos
Facta retractari volumus facienda caueri.

Ait Imperator: nullius temporis præſcriptione obſtante, hoc eſt, non obſtante præſcriptione decem vel viginti annorum. Nam præſcriptione triginta annorum, alienatio confirmari poteſt, ut ſupr. circa finem capitis proximè præcedentis dictum eſt. Et in hoc primùm differt conſtitutio Friderici Imperatoris, à conſtitutione Lotharij. Deinde & in illo eſt differentia, quòd Lotharius Imperator pœnam infamiæ irrogat notario, qui ſuper alienatione feudorum, ſine domini voluntate facta, inſtrumentum conficit: Fridericus Imperator non tantùm infamia afficit huiuſmodi notarium, verùm etiam manũ ipſi præſcidi conſtituit. Et ſic Imperatores ſæpius delinquentes, qua parte corporis peccaſſent, eadem etiam mulctarunt, Matthæ. de afflict. in conſtitu. Neapoli Rubric. 12. num. 1. & ultimo, lib. 1. ut; Conſtantinus Imperator, ſervos fugitivos, pedum amputatione coërcuit, l. tertia, C. de ſervis fugitivis. Alexander falſario digitorum nervos, ita ut nunquam poſſet ſcribere, incidit, Lampridius in Alexandro: Claudius verò manus ipſi amputavit. Suetonius in Claudio. Galba quoque numulario non ex fide pecunias tractanti manus amputavit;

eiusq;

eiuſq; menſæ affixit, Sueto. in Galba. Ex Novella Iuſtiniani 17. exactori non ex legis præſcripto apocham conficienti manus ſimiliter abſcinditur: eadem pœna ſcriptori librorum hæreticorum indicitur. Novell. 42. Conſtantius, lenoni & perſuaſori, liquido plumbo meatus oris claudi iuſſit, l. 1. C. Theod. de rapto. virg. Ex Novell. 142. caſtrans puerum, rurſus caſtratur, Cuiac. lib. 7. obſervationum c. 13. & ex conſtitutione Friderici. ei qui, intra pacis edictum, alium vulnerat, manus amputatur, c. vni. § ſi quis alium, de pace tenen. & eius violato. Lotharius itaque & Fridericus Imperatores, ut ad propoſitum redeamus, feudorum alienationes prohibuerunt. Et ſi vaſallus contra prohibitionem Lotharij & Friderici, feudum ſine conſenſu domini alienaverit, feudum amittit, quamvis in continenti feudum recuperet c. vni. in prin. quid juris ſi vaſallus &c. Zaſius part. 10. poſt num. 2. Curtius 4. parte nu. 103. Alberic. in l. quidam in teſtamento, de fideiuſ. liberta. Alexand. l. ſi à me, ad l. Falcid. Præpoſit. c. 1. § hoc quoq; colum. 3. verſi. quæro cum gloſſa de ſucceſſ. feudi, Iaſon in l. vlt. quæſtio. 20. C. de iure emphyteu. Feudũ enim inſcio domino alienatum, ipſo iure amittitur, & domino applicatur, ut circa finem huius capitis dicemus & propterea domino in-

vito,

vito, auferri nequit, l. id q[illegible] noſtrum, de regu. iuris, licet contrarium ſentiat Andr. de Iſern. Alvarot. & Matthæ. de Afflict. in c. vnic. quid iuris, ſi poſt &c. Curtius 4. parte, num. 14. verſic. 2. limitatur, Zaſius parte 10. nume. 4. Ac quidem vaſallus, totum 32
feudum amittit, ſi totum alienaverit, ſi partem, ea duntaxat parte privatur, non etiam toto feudo, c. vnico, in princip. de vaſallo qui contra conſtitutionem Lotharij beneficium alienavit gloſſ. in c. vnic. § callidis, in verbo, amittant, de prohib. feudi alien. per Fridericum, Molinæus in conſuetudin. Pariſio. §. 13. gloſſ. 5. num. 7. Corneus conſil. 67. lib. 2. Julius Clarus in § feudum, quæſtio. 31. num. 7. Petrus Duenas in regula juris 40. in 5. ampliatio. modo partem alienaverit ſub commemoratione quòd eſſet feudalis, Si partem alienaverit ſine com- 33
memoratione quod eſſet feudalis, totum feudum amittit, ut poſt alios conſulendo decidit Rolandus à Valle conſil. 17. in 2. volum. Laurentius Kirchovius in 2. centur. opinion. commun. concluſio. 33. Ideo autem vaſallus feu- 34
dum alienans feudo privatur, quia dominum cõtemnit, c. vnico, §. final. quæ fuit prima cauſa beneficii amitt. Rolandus à Valle conſil. 2 num. 136, in 1. volum. eique vaſallum
quem

quem habere nollet, obtrudit, Menochius conſil. 1. num. 134. atq; ita domini conditionem deteriorem reddit, c. Imperialem, & ibi Matthæus de afflictis num. 1. & 2. de prohibit. feudi alien. per Fridericum. Alienationis verò verbum, quandoq; ſtrictè, quandoq; latiſſimè ſumitur, Rebuffus in l. alienationis verbum, de verborum ſignificatio. quemadmodum quoq; ſup. c. 3. in 10. quæſtione expoſi-
35 tum eſt. Hic latiſsimè alienationis verbum accipimus. Inde multa ſequuntur: primùm quòd vaſallus non tantum feudum ſine domini conſenſu vendere, d. c. unic. de prohibit. feud. alien. per Lothar. & d. c. un. de pro-
36 hib. feudi alien. per Fridericum, verum etiam alteri ad longum tempus, hoc eſt, ad decennium, Covarr. lib. 2. variar. reſolut. c. 16 locare prohibetur, Baldus in c. unic. §. aut ſi libellario, quibus modis feud. amitt. Paris de Puteo de redintegrat. feudor. c. 255. num. 2. Petrus Duenas in regula juris 40. in 12. ampliat. Iulius Clar. in §. feudum, quæſt. 33. ubi poſt alios teſtatur ita omnes ſentire, Zaſius in epitom. feudali parte 9. de feudi alienat. n. 12. Locatio enim quæ fit ad longum tempus, alienatio eſt, & per eam dominium transfertur, ut per Iaſonem traditum eſt, in l. manumiſſiones num. 6. de juſti. & jur. Decian. re-

ſponſ.

ſponſ.123.num.15. in 3. volum. quamvis glo. ſentiat prohibitum alienare, non videri prohibitum locare etiam ad centum annos, in l. codicillis, § inſtituto filio, de legat.2. Bald. in l. jubemus, n.2. ibi adminiſtratores Eccleſiæ poſſunt locare, & ibi in additionibus, in verbo, locare, C. de SS. Eccl. Sed gl. illa communiter rejicitur, Menoch. de arbitra. jud. quæſt. lib.2. centu. 1. caſu 5. num. 7. Covarr. d. lib. 2. variar. reſolutio. c. 16. Locatio igitur rei feudalis ad modicum tempus prohibita non eſt, c. vni. §. donare, ibi, licet poſſet locare, qualiter olim poterat feudum alienari, Franciſc. Curt. in quarta parte, in vltima cauſa priuationis feudi, in 1. regula, tertia principali quæſtione. Deinde vaſallus non poteſt feudum in em- 37
phyteuſin dare, gloſſ. in d. c. Imperialem, in princ. in verbo, alienare, circa finem, & ibi Baldus & Aluarottus num.7. Laudenſ. nu. 17. notarunt: eaq; communis eſt opinio, ut poſt Franciſc. Curtium in loco proximè dicto, in 2. Principali quæſtio. Julius clarus in § feudũ, quæſt. 33. nu. 3. tradidit. In emphyteuſin, inquam, perpetuam vel ad longum tempus. Nam feudum in emphyteuſin ad modicum tempus concedi poteſt. Tertiò non poteſt va- 38
ſallus feudum in dotem dare, c. unico, § donare, qualiter olim poterat feud. alien. Paris de

Puteo, de redintegrat. feudor. c. 91. num. 4. unde ſi vaſallus habeat filiam, ei feudum ſuum totum vel etiam partem in dotem aſsignare non poteſt: & hanc ſententiam aſſeſſores ſupremæ curiæ probârunt, Mynſing. in obſer-
39 vatio. cent. 4. obſervatio. 86. Mulier tamen quæ feudum tenet, poteſt de hujuſmodi feudo ſeipſam dotare, c. unico de inveſtitu. quam Titius accepit à Sempron. Julius Clarus in § feudum, quæſtio. 36. Roman. conſil. 457. incipiente: circa propoſitam conſulationem, num. 4. & ibi Mandoſius ſuper verbis, dare poteſt, Wurmſerus in practic. obſervatio. titul. de feud. obſervation. 22. Loffred. conſil.
40 9. num. 22. Quartò, vaſallus prædium feudale ſine conſenſu domini alteri oppignorare non poteſt, d. c. unic. ibi, vel pignorare, de prohibit. feudi alienat. per Frider. Henning. Gode conſil. 27. num. 8. Olim quidem mediam partem feudi oppignorare rectè potuit, ut ſuprà expoſitum eſt: verùm hodie, ex Lotharii & Friderici Imperatorum conſtitutionibus, oppignoratio vaſallo interdicta eſt, Baldus Alvarott. & alii in d. c. unic. de prohib. feudi aliena. per Frideric. eaque communis eſt Dd. ſententia, Alvarott. in c. uni. in prin. numer. 2. de aliena. feudi paterni, Julius Clarus in § feudum, quæſt. 35. Wurmſerus in pract. obſerva.

titu.

titu. de feudis, obſervatio. 21. Hartmannus Hartmanni in pract. obſervat. titu. de feudis, obſervatio. 21. Petrus Duenas in regu. juris 320. ex qua conſequenter intelligimus, legem commiſſoriam, quæ in emptione & venditione locum habet, toto titulo de lege cõmiſſ. in ff. & in pignoribus improbatur, l. final. C. de pactis pignor. in feudis prorſus ceſſare: quod in tantum verum eſſe Gerhardus Niger tradidit, ut non valeat conventio, ut creditor fundum non feudalem pignori datum, pecunia non ſoluta, jure feudi retineat, c. unico de feudo dato in vicem legis commiſſo. reproban. quamvis alias hujuſmodi conventio, ut ad diem non ſoluta pecunia, creditor ſolutionis jure, l. quamvis, de ſolutio. l. 1. C. de diſtractio. pignor. vel etiam jure emptionis juſto pretio rem ſibi oppignoratam habeat, l. ſi fundus, § ult. de pignor. l. Titius, de pignor. actio. non improbetur, propterea quod his caſibus debitori hiperochæ, ut ſcriptum eſt Florentiæ in l. quærebatur, qui potiores in pigno. habeantur, hoc eſt, ejus quod excedit, ut loquitur JCtus in l. & quæ nondum ſunt, § fina. de pignor. repetitio datur. Sanè quæ de pignoratione diximus, de illa pignoratione per quam poſſeſſio rei feudalis in creditorem transfertur, Roland. à Valle con- 41

ſil.51.num.11.in 2.volum. itemq́; de ipſo prædio feudali accipienda ſunt, non etiam de hypotheca, vel de fructibus & commoditatibus feudi. Feudum namque hypothecari poteſt: fructus quoque & commoditates feudi alie-
42 nari poſſunt, ut paulò pòſt dicemus. Quintò, non poteſt vaſallus feudum alteri legare, nec etiam donare, c.uni.§ donare, qualiter olim poterat feudum alienari, Roman. conſil. 1. num.5. Julius Clarus in § feudum, quæſt. 40. num.4.inter vivos vel cauſa mortis, Roland. à Valle conſil. 2. num. 104. cum aliquot ſequentibus, in 1. volumin. quia in teſtamento de feudo nulla ordinatio fieri poteſt, c. unic. de ſucceſſio. feudi, quemadmodum ſupr. c. proximè præcedenti, in loco de ſucceſſione expoſitum, & traditum eſt à Romano conſil. 476.num.3.& ibi Mandoſius ſuper verbo, vo-
43 luntatis, prolixè notavit. Sextò, nec pro ſalute animæ ſuæ vaſallus feudum Eccleſiæ concedere poteſt, Rolandus à Valle conſil. 41. num.30.in 2.volum. Et hoc eſt quod Obertus de Orto & Fridericus Imperator dicunt, vaſallum judicare feudum pro anima non poſſe, in d.c.uni. § donare qualiter olim poterat feudum alien. c. Imperialem, § habito. de prohib. feudi aliena. per Fridericum, ſed nec æſtimatio feudi hoc caſu debetur. Rolandus à

Val-

Valle conſil. 41. numer. 31. cum ſequenti, & conſil. 79. num. 6. in 2. volum. Septimò, non 44
poteſt vaſallus ſuper feudo ita tranſigere ſine conſenſu domini, ut prædium feudale, quod ipſe poſſidet, in alium transferat, Bald. in c. unic. num. 6. de controverſ. inter vaſallum & alium de beneficio; & hæc eſt cõmunis ſententia Dd. Tiraq. de utroque retractu tit. 1. § 1. glo. 14. num. 66. Julius Clar. in § feudum, quæſt. 38. Tranſactio enim alienatio quædam eſt, Roland. à Valle conſil. 15. num. 3. in 1. volum. Romanus conſil. 166. num. 1. & traditum eſt prolixè à Tiraquel. in loco proximè dicto num. 65. ibi, ſed & alienationis quoq; ſpecies eſt. Nec obſtat huic communi ſententiæ textus in c. unic. § ſi vaſallus, ſi de feudo defuncti content. ſit inter domin. & agnat. & textus in d. c. unico de controverſ. inter vaſallum & alium de beneficio qui affirmant, vaſallum de feudo rectè tranſigere poſſe. Nam textus illi tunc procedunt, cùm vaſallus ſuper feudo tranſigit decidendi non alienandi aut diminuendi cauſa, Jacob. Cujacius in d. c. unic. § ſi vaſallus de beneficio ſuo agat, ſi de feudo defunct. content. &c. Octavò, non poteſt 45
vaſallus ſine conſenſu domini compromittere, neque in arbitrum, neque etiam in arbitratorem, Petrus Duenas in regula ju-

ris 36.in 4. limitatio. Arbiter dicitur, qui electus eſt à partibus judex, ut finem ſua ſententia controverſiis imponat, l. Pomponius ait, § recepiſſe, de receptis, aliàs compromiſſarius judex appellatur, l. cum lege Julia. ſ de receptis, l. 4. de tutor. & curat. datis ab his &c. quòd ex compromiſſo partium ſit ſumptus, l. penult. de judiciis, nonnunquam judex abſolutè, l. 5. in fin. de verbor. obligation. & ibi Corraſius notavit, à Conſtantino Harmenop. lib. 1. epitom. tt. 4. αἱρετὸς δικαστὴς dicitur. Arbitratorem Dd. noſtri amicabilem compoſitorem appellant, atque Juſtinian. loquitur in Novell. 119. lites, inquit, dirimuntur aut δικαστῇ ψήφῳ aut φιλικῇ συμβάσει, hoc eſt, vel judiciaria ſententia, aut amicabili compoſitione, & quidem quod in arbitratorem vaſallus non rectè compromittat, in eo omnes conveniunt, ut Jul. Clar. affirmat in § feudum. quæſt. 39. num. 1. Rolandus à Valle conſ. 22. num. 1. in 4. volum. Sed in arbitro eſt quidam DD. diſſenſus. Nam aliqui tradiderunt, in arbitrum compromiſſum fieri poſſe, per textum, in c. unico, § ſi autem, in illis verbis, coram judice vel arbitro de lege Conradi. & per textum, in c. unic. in princ. in illis verbis, coram judice vel arbitro, an apud judicem vel curiam domini quæſtio feudi debeat terminari;

nari : & denique per textum in c.uni. § 1. ibi, apud judicem ordinarium vel arbitrum, de inveſtitura in maritum facta : & hanc ſententiam, communi interpp. calculo receptam eſſe tradit Franciſc. Curt.jun.in 4. parte, in ulti. cauſa privationis feudi,in 1.regul.quæſt.8. Alii contra cenſuerunt, in arbitrum vaſallum non rectè compromittere, eamque ſententiam magis cõmunem eſſe ex Socino refert Jul. Clar. in d. § feudum, quæſt. 39. Rolandus à Valle d.conſil.22.num.10.circa finem in 4. volum. & illam tenendo, non obſtant textus ſuprà in contrarium adducti: nam eos per conſtitutionem Friderici Imperatoris, quæ alienationem quocunque modo factam prohibet, ſublatos & correctos eſſe dicemus.
Nonò, vaſallus feudum ſine domini conſen- 46
ſu permutare non poteſt, Alvarottus in c.Imperialem,in princip.num.16. verſicul. quæro an vaſallus poſſit permutare feudum, de prohibit. feudi aliena. per Fridericum. Permutatio enim, quam Gerhardus Niger Cambium appellat,c.uni.§ cùm autem,ſi de inveſtit.feudi controverſ. fue. & in c. unic. § 1. quo tempore miles inveſtit. pete. debe. à cambire, quod eſt permutare, Alciatus libr. 2. parer. c. 45. Tiraquel. de retract. municipali § 30. gloſſ.1.num. 1. vicina eſt emptioni & venditioni,

tioni, ut Paulus inquit in l. 2. de rerum permutatione, & ideo Sabiniani ſive Chaſſiani permutatione rerum, emptionem & venditionem contrahi voluerunt, quod tamen Proculiani, quorum ſententia obtinuit, improbârunt l. 1. de contrah. empt. & docet Juſtinia-
47 nus in inſtitu. tit. de empt. & vendit. Denique vaſallus feudum ſine domini conſenſu in ſolutum dare non poteſt. Datio enim in ſolutum, per quam dominium transfertur, alienatio eſt, l. 1. C. de fundo dotali, Barnab. Briſſo.
48 lib. ſingular. ad l. Juliam de adult. Dominus tamen feudi, propter æs alienum vaſalli, in ſubſidium, in ipſum feudum executionem facere poteſt, Hartman. Piſtor. in quæſtio. juris, quæſtio. 15. quod in fructibus & commoditatibus feudi, ex recepta interpretum ſententia, dubitationem nullam habet, Bartol. in l. ſi finita, § ſi de vectigalib. num. 5. de damno infect. Camerarius in c. Imperialem, in 3. principali conclu. mihi folio 132. de prohib. feudi alien. per Frideric. cùm vaſallus quoque ſine domini conſenſu fructus feudi alienare poſſit, ut infr. dicetur. Ex his igitur relinquitur, quòd alienationis verbo non ſolùm venditio, ſed etiam locatio, in emphyteuſin, dotem & ſolutum datio, pignoris obligatio, legatum, donatio, tranſactio, compromiſſum,

&

& permutatio, comprehenduntur. De ſubin- 49
feudatione quæritur, an & illa alienationis verbo contineatur: pone, vaſallus poſsidet centum jugera terræ, quinquaginta jugera alii in feudum conceſsit ſine domini voluntate; quæſtionis eſt, an hujuſmodi conceſsio ſive infeudatio valeat: & quidem pluribus in locis traditum eſt, eam valere, c. uni. § ſi verò, qualiter olim poterat feud. alienari. Ibi Obertus de Orto inquit; etiam hodie licere vaſallo feudum ſuum totum, vel etiam partem alteri ſubinfeudare. Idem voluit Obertus de Orto in c. unic. ſed etiam res, ibi, per feudum cuilibet dare poteſt, per quos fiat inveſtitura, & ſunt ſimiles textus expreſsi, in c. unic. § beneficium, ſi de feudo defuncti content. ſit inter dom. & agna. & in c. uni. § ſimiliter, de lege Conradi. & hanc ſententiam, glo. & Dd. ſequuntur, in c. unic. § præterea, de capitulis Conradi. & in c. Imperialem, § illud, de prohibit. feudi alien. per Fridericum, Molynæus in conſuetudin. Pariſi. § 35. num. 16. Hartmannus Hartmanni lib. 2. practic. obſervat. tt. de feudis, obſervat. 38. Jacob. de Ardizo. in epitom. c. 15. eaq; cõmunis eſt, Fran. Curt. in tractatu de feudis, in ultima cauſa privatio. feud. in 1. regul. quæſt. 1. Julius Clarus in § feudum quæſt. 32. nu. 1. & in vaſallo quoq; eccle-

Digitized by Google

ſiæ procedit, Jacobus de Belviſo in c. unic. in princ. de his qui feud. dare poſſunt, Matthæus de afflict. in c. unico, § ſimiliter, num. 3. de lege Conradi. quamvis multi de eo dubitent, Johan. Baptiſta. Ferret. conſ. 40. num. 3. Julius Clarus in d. § feudum, quæſtio 32. num. 2. Subinfeudatio igitur alienatio non eſt, nec ea à Lothario & Friderico Imperatoribus eſt prohibita : ratio eſſe videtur, quia ſubinfeudatio eſt donatio quædam, ad quam homines non tam facilè accedunt, quàm faciles exiſtunt ad vendendum, Baldus in c. quæ in eccleſiarum, in quarta columna, verſic. ſed quare permittitur, extra de conſtitutio. Jaſon in c. unico, in princ. num. 32. de his qui feud. dare poſſ. Cotta in memorab. in verbis, feudum
50 Eccleſiaſticum. Ita demum tamen ſubinfeudatio procedit, ſi tria copulativè concurrant: Primum, quòd vaſallus feudum totum vel ejus partem alteri conceſſerit ſine fraude, d. c. unico, qualiter olim poterat feudum aliena. & d. c. uni. per quos fiat inveſtitu. hoc eſt, non permiſcendo occultam venditionem vel aliud in fraudem domini, ut Molinæus interpretatur in conſuetudinibus Pariſio. d. § 35. num. 16. Deinde, quòd infeudaverit ei qui ſit ſimilis conditionis & qualitatis, vel etia melioris, ut inquit Baldus in authent. niſi rogati,

ti,num.14. C.ad Trebellian.d.c.unico,§ ſimiliter,de lege Conradi, & d.c.unico, § beneficium, ſi de feudo defuncti contentio ſit &c. Tertiò, quòd ſubinfeudaverit ſub iiſdem pactis & conditionibus, quibus ipſe feudum tenebat,d.c.unico,§ profecto, de lege Conradi. gloſſ.in d.c.unico,§ præterea,de capitulis Cõradi. Molinæus in conſuetudin. Pariſio. d. § 35. numer. 18. Hartman. Hartmanni d. obſervatio.38. Frrranciſcus Curtius d. quæſtion.1. Julius Clarus in d. § feudum,quæſtio. 32. nu. 4.Mynſingerus in 1.centuria, obſervatio.62. Petrus Jacobi in pract.in forma libelli de cõdict.ex lege,num.4. Et his tribus concurrentibus valet ſubinfeudatio, non modò reſpectu ſubinfeudantis, verùm etiam reſpectu heredum & quorumcunque ſucceſſorum, ſi feudum fuerit novum, Molinæus in conſuetud. Pariſio.d.§35. num.19. De novo enim feudo vaſallus diſponere poteſt, ut ſup. aliquoties monui. Aliud dicendum eſt in feudo antiquo ſive paterno. Nam ſi vaſallus feudum 51
antiquum ſive paternum alteri ſubinfeudaverit,tenet quidem infeudatio, quamdiu ipſe ſubinfeudans vivit, eo autem mortuo, feudũ ad proximiorem agnatum,reſoluta ſubinfeudatione, devolvitur, quia de feudo antiquo ſive paterno vaſallus nihil diſponere poteſt,

teſt, ut ſuprà aliquoties dictum eſt, atque ita Andr. de Iſer. in term. dicidit in c. vnic. num. 3. per quos fiat inveſtitura: valet, inquit, ibi infeudatio in vita tantùm infeudantis agnati, poſt mortem eius agnatus proximior revocat iure ſuo, etſi ſine fraude ſubinfeudatio fuerit facta: & hanc Andreæ de Iſernia deciſionem Alvarot. in d. c. unico, §. ſed etiam res, num. 8. & Præpoſitus num. 1. ibi, nam mortuo infeudante, per quos fiat inveſtitura, ſecuti ſunt, Roland a Valle conſ. 67. num. 17. in 1. volum. Molinæus d. § 35. num. 22. Cephal. conſ. 41. num. 7. lib. 1. Iohan Baptiſta Ferret. conſ. 40. nume. 7. & 8. eamq; communiter interpp. receperunt, Alexand. conſil. 15. num. 9. lib. 5. Ruinus conſi. 37. incipiente. viſo & mature penſato nume. 18. & rurſus conſil. 213. incipiente: in quæſtione propoſita, nume. 2. lib. 1. Iul. Clar. in §. feudum, quæſtio. 32. nu. 5. Franciſc. Curt. in vlt. cauſa privationis feudi, in 1. regul. quæſtio. 1. in 6. declarat. Dicta tamen ſententia non procedit vaſallus ſubinfeudatus, paratus ſit, domino fidelitatis ſacramentum & ſervitia præſtare. Tunc dominus ei feudum auferre non poteſt, c. vnico. § ſi verò, qualiter olim poter. feudum alien. & ibi Laudenſ. num. 9. & Præpoſit. num. 1. circa medium, Alvarot. num. 4. Hartman. Piſto.

lib. 2.

lib. 2. quæſt. 44. ubi ipſe tamen contrariam ſententiam probat. Quòd ſi ſubinfeudatus 52
feudum rurſus alienare voluerit, adhibere debet conſenſum domini cujus eſt proprietas, non ejus qui feudum ipſi ſubinfeudavit, gl. in c. Imperialem, § illud, in verbis, niſi requiſitus, de prohib. feud. alien. per Frideric. & ibi præpoſit. & Alvarott. Hartman. Hartman. libr. 2. practicarum obſervatio. tt. de feud. obſerva. 40. Paris de Puteo de redintegrat. feudor. c. 90. numer. 4. & c. 261. num. 9. & hæc eſt communis opinio, Jacobin. de feudis, in verbis, & cum pacto de non alienando, num. 21. Apud vaſallum enim, qui feudum ſuum alteri conceſsit, neque proprietas, neque uſusfructus ſive utile dominium remanet, Julius Clar. in d. § feudum, quæſtio. 32. n. 6. Hart. Hartman. in pract. obſerv. tt. de feudis, obſ. 39. Non obſtat quòd Sonsbekius in parte 12. num. 92. tradit, eum qui feudum ſubinfeudavit, dominum remanere, propterea quòd duo pluresue in ſolidum domini eſſe poſſunt, ſecundum ſententiam Fabri in § adeò, inſtitut. de locat. & conduct. Fabri enim ſententia nondum ſatis legibus probata eſt, imò legibus adverſatur, ut ex iis, quæ c. 1. ſuprà dicta ſunt, videre licet, ideoque ſuper ea fundamentum certum poni non poteſt, Mynſing.
in

in 5.centur.obſervat. 66. Illud notandum eſt, quod ſubinfeudatio locum non habet, quando in inveſtitura dictum eſt, feudum alienare non debere, Baldus, Alvarot. Præpoſitus & Afflict.in c.unic. § præterea, de capitu. Cõradi. Zaſius parte 9. numer. 17. Felin. in c. quæ in Eccleſiarum, numer. 69. & ibi Decius num.31.extra, de conſtitu. Jaſon in c. unic. in princ.num. 34.de his qui feud.dare poſſ. Cur-
53 tius in quarta parte, num. 84. Quemadmodum autem alienationis verbo, non comprehenditur ſubinfeudatio, & vaſallus qui alteri feudum ſeu partem ejus ſubinfeudat, feudo non privatur: ita quoque alienationis verbo, non venit refutatio feudi. Etenim vaſallus feudum vel ejus partem, invito domino, refutare poteſt, c. unic. de vaſall. qui contra conſtitut. Lothar. Et quamvis gloſſ. in c. unic. de capit. qui curiam vendi. exiſtimat, dictum c. unicum, de vaſall. qui contra conſtitu. Lotha. tunc procedere, cùm feudũ ſimpliciter ad ſervitium incertum cõceſſum eſt, non cùm datum eſt ad ſervitiũ certum, eamque gloſſam communiter Dd. approbant: Julius Clarus in § feudum, quæſtio. 34. Petrus Jacobi in practic. de cauſis ex quibus feudum amittitur, numer. 8. Jacobin. de feudis, ſuper verbis, & unus ex dictis vaſallis refuta-

vit

vit feudum, num. 1, Molinæus in conſuetu-
din. Pariſio, titu. 1, § 1. gl. 5. nu. 3. tamen Zaſius
in epitom. de feud, part. 12. num, 14. Frideric.
Schenck à Tautenb. in d. c. unic. num. 2. de va-
ſall. qui contra conſtitut. Lothar. Sonsbekius
de feudis, parte 12, num. 116. & ibi Mynſin-
ger. d. centur. 5. obſervatio. 65. tradiderunt,
textum in d. c. uni. de vaſallo qui contra con-
ſtit. Lotharii, indiſtinctè loquentem, indi-
ſtinctè etiam tam de feudo conditionato
quàm de recto feudo accipiendum eſſe, quod
& mihi placet. Sive igitur ad certum ſervi-
tium feudum fuerit datum, ſive indetermina-
tè fuerit conceſſum, vaſallus domino invito,
feudum refutare poteſt. Non autem omni- 54
bus vaſallus feudum rectè refutat, ſed pri-
mùm domino ſuo feudum refutare poteſt; &
tunc ſi feudum novum eſt, deſcendentibus
præjudicatur, ſi antiquum ſive paternum, no-
cet refutatio filiis & agnatis tantiſper, donec
refutans vivit. Mortuo refutante, feudum ad
liberos vel agnatos ipſius rurſus devolvitur:
reſoluto enim jure dantis, reſolvitur jus acci-
pientis, Zaſius in epitom. de feudis, part. 10.
n. 88. Sonsbeck. parte 12. numer. 122. Frider.
Schenck à Tautenb. in d. c. unico, circa finem,
de vaſallo qui contra conſtitution. Lothar.
Deinde vaſallus feudum rectè refutat de- 55
ſcen-

Digitized by Google

ſcendentibus & filiis ſuis, & tunc eos dominus inveſtire tenetur, ſive novum, ſive antiquum feudum fuerit: filii enim in feudo novo & antiquo ſuccedunt c.unic. de vaſall.decrepitæ ætat. qui feudum refutavit, ut filiJ in-
56 veſtirentur. Deniq; vaſallus feudum antiquum rectè refutat agnato proximiori, qui deſcendit ab eo qui primus feudum acquiſivit, & cogitur dominus agnatum inveſtire. Loquor verò de agnato proximiori, & qui deſcendit ab eo qui primus feudum acquiſivit, propter ea quòd refutatio nō permittitur, niſi in eos qui ex primi inveſtiti ſtirpe & progenie ſunt, & ordine ſucceſsivo ad feudi hereditatem vocantur, ut eleganter traditum eſt ab Hotomanno conſil.4. in 1. volumine. In-
57 de conſequenter ſequitur, feudum novum agnato refutari non poſſe, & ſi vaſallus feudum novum agnato refutaverit, feudum domino aperitur: refutatio enim quæ ei fit, qui jus ſuccedendi nō habet, pro alienatione habetur, Hotoman. d. conſil.4. in 1. volumine, aliàs autem refutatio. alienationis verbo nō
58 comprehenditur, ut ſuprà dictum eſt. Sic ſi vaſallus fructus rerum feudalium ſine licentia domini vendiderit ad certos annos, vel etiam ad tempus vitæ ſuæ, vel ſi fructus feudi pignoraverit, feudo non privatur: venditio

enim

enim & pignoratio fructuum, alienatio non eſt, Alvarottus in c. Imperialem, in princip. num. 13. de prohibit. feudi alien. per Fridericum, Bald. in c. unic. § aut ſi libellario, num. 5. verſic. ſed commoditates, quibus modis feud. amitta. Johan. Faber in § item Serviana. inſtit. de actionib. Franc. Curt. de feudis, in 4. parte, in ultima cauſa privat. feud. in 1. regu. quæſtio. 6. & 15. Hartman. Hartmanni in pract. obſervationib. titu. de feudis, obſervatio. 41. verſic. ſicut etiam vaſallus poteſt, Julius Clarus in § feudum, quæſtio. 31. num. 9. Roland. à Valle conſ. 80. numer. 35. in 1. volum. Paris de Puteo de redintegrat. feudo. c. 20. numer. 20. Similiter impoſito ſervitutis, alienatio non eſt, & ideo vaſallus qui prædio feudali ſervitutem urbanam vel ruſticam imponit, feudo non privatur c. unic. § 1. de inveſtit. de re alien. fact. & ibi Andr. de Iſern. Bald. Alvarott. Laudenſis & alii notârunt. Franciſc. Curt. de feud. in 4. parte, in ult. cauſa privat. feud. in 1. regul. quæſtio. 14. Hart. Hartman. in pract. obſervat. tit. de feud. obſervat. 29. & rurſus obſervat. 36. Ferrarienſ. pract. in forma libelli quo agitur ad feudi revocationem ſuper verbis hoc ſuperſtitibus, nu. 17. Petrus Duenas in regul. juris 40. in 10. limitatio. Paris de Puteo de redintegrat. feud. c. 40. 59

60 num.10.Hypothecatio quoq; feudi ad alienationem non ſpectat, Bald. d. c. Imperialem, num.1.de prohib. feudi alien.per Fridericum, Alvarot.in c.unico,§ præterea,numer.2.in fine,de capitulis Conradi. Franc. Curt.de feud. in 4. parte, num. 95. Frideric. Schenck in c. unic. § aut ſi libellario, quibus modis feud. amit. Harma. Hartmanni in pract. obſervat. tit.de feudis, obſerva.21. Wurmſer. in pract. obſer. tit. de feudis, obſervat. 21. Et quamvis Jacob.de Ardizo.in epito.c.116.etiam hypothecam in feudis prohibitam eſſe tradit, idq́; Petrus Jacobi in pract, in forma libelli de cōdict.ex moribus pro feudo aperto, ſub capite, de cauſis ex quibus feud. amitt.nu.3. & Sonsbekius parte 12. numer. 100. & Hotoman. conſil. 3.in 1.volum. probant: tamen ſuperior ſententia verior eſſe videtur, propterea quòd per hypothecam non tranſit poſſeſſio ad creditorem, ſicut per pignus, l.ſi rem, § propriè, de pignor.actio. Et cùm venditio feudi abſque domini conſenſu facta, nulla ſubſecuta traditione, pro alienatione non habeatur, ut infrà dicemus, multò minus hypothecario feudi, quæ tranſlationem poſſeſſionis ſecum non trahit, ſpecies alienationis erit dicenda.

61 Nec obſtat quòd hypotheca à pignore ſolo nominis ſono differt, l. 5. § fin. de pigno. Id enim

enim ad formulam ſive actionem hypothecariam duntaxat referendum eſt, ut inſcriptio ejus legis indicat, & docet Juſtinianus in § item Serviana. inſtitut. de actio. Similiter non obſtat, quod in c. Imperialem, de prohib. feudi alien. per Frider. dicitur, vaſallos feuda quæ retinebant ſine dominorum licentia, pignori obligaſſe. Verbum namque retinebant, idem ſignificat quod habebant ſive poſſidebant: & vaſalli qui feuda à principibus retinebant; id eſt, habebant vel poſſidebant, feuda pignori aliis obligaverunt. Deinde verbum tenere, non ſemper naturalem poſſeſsionem, ſed quandoque etiam civilem ſignificat, l. juſto. § fin. de uſurpa. & uſucap. Cujacius in l. ſtipulatio iſta habere licere, de verb. oblig. Deniq; non obſtat quod creditores ex conventione hypothecas non minus quàm pignora diſtrahere, & jus dominii impetrare poſſunt: nec enim diſtractionem, ſed ſolum alienationem inſpicimus, & feudum pignori datum, quamvis nulla diſtractio ſubſecuta fuerit, nihilominus tamen alienatum dicitur, quia in pignore poſſeſsio ad creditorem tranſit, non in hypotheca d. l. ſi rem, de pignor. actio. 62
Relinquitur igitur feudum oppignorari non poſſe, hypothecæ autem dari poſſe.

Digitized by Google

Sed vaſallo mortuo, venditio & oppignoratio fructuum, itemque impoſitio ſervitutis & hypothecatio, quando feudum antiquum ſive paternum eſt, extinguuntur, nec agnati ex hujuſmodi venditione, oppignoratione, impoſitione ſervitutis aut hypothecatione damnum aliquod ſentiunt: Ipſi enim non beneficio vaſalli fructus vendentis aut oppignorantis, vel ſervitutem fundo imponentis, aut fundum hypothecantis, ſed beneficio primi acquirentis, in feudo ſuccedunt, Jul. Clarus in § feudum, quæſt. 31. num. 9. & quæſt. 37. num. 1. Et habet hic locum regula: Reſoluto jure concedentis, reſolvitur jus accipientis. Si tamen ſervitus prædio feudali ſententia judicis impoſita fuerit, nocebit impoſitio ſervitutis agnatis vaſalli, ſi de jure agnatorum, ipſis agnatis ſcientibus, diſceptatū fuerit, Præpoſit. in c. unic. *ſi* vaſallus, verſicu. quæro ab ext. ſi de feud. defunct. conten. ſit, Paris de Puteo de redint. feud. c. 40. num. 15.

63 Et hæc de ſervitutib. realib. dicimus. Quod ad ſervitutes perſonales, quæ etiam hominum ſervitutes vocantur, l. quoties, de ſervitu. l. ſi mihi, § fin. de ſervit. ruſti. attinet, ſentiunt communiter DD. vaſallum in prædio feudali, uſumfructum alii conſtituere non poſſe, unde ſequitur, vaſallum qui abſque domini

con-

conſenſu, alicui in prædio feudali uſumfructum conſtituit, feudum vel ejus partem contra conſtitutionem Lotharii & Frideric. Imperatorum alienaſſe, & ob id feudo privari poſſe, Alvarot. in d. c. Imperialem, in princ. num. 13. & ibi Raynaud. in § habito, num. 34. verſ. quæro nunquid vaſallus, Julius Clar. in § feudum, quæſt. 37. numer. 2. Cujac. in c. unic. quib. mod. feud. amit. Rolandus à Valle conſil. 59. num. 5. 6. & 7. in 2. volum. Uſusfructus enim pars eſt dominii, l. 4. de uſufruct. & qui uſumfructum fundi ſtipulatur, deinde fundũ, ſimil[illegible] eſt ei qui partem fundi ſtipulatur, deinde totum & è contrario, l. qui uſumfruct. de verbor. oblig. Is etiam, cui fundus & ejuſdem fundi uſusfructus legatus eſt, ſi fundum eligat, neceſſariò plenam proprietatem habet, licet uſumfructũ à ſe repulerit, l. ſi Titio fundus, de uſu & uſufruct. per legat. &c. Et deniq; qui fundum habet, uſumfructum vindicare non poteſt, l. ſi cùm argentum, § pen. de exceptio. rei judicatæ. Et quamvis hæc cõmunis, 64
ut dixi, DD. ſententia eſt; tamen cum ſuprà dicta jura, quæ uſumfructum partem dominii eſſe volunt, de uſufructu, qui proprietatem comitatur, loquantur, l. ſi ita ſtipulatus, § 1. de verbor. obligatio. quem interpp. uſitatè uſumfructum cauſalem appellant, & ni-

hil aliud eſt quàm commoditas quam quili-
bet habet in re ſua utenda fruenda, nos verò
hic de uſufructu qui ſervitus eſt in perſonam
agamus, quem interpp. uſitatè uſumfructum
formalem nominant, & hic uſusfructus pars
dominii non ſit, l. Mœvius, § fund. legat. de le-
ga. 2. l. ſi à reo, § ſi reo in fundum, de fidejuſſo.
l. rectè dicimus, de verbor. ſignificat. l. & per
jusjurandum, § illud certum eſt, de accepti-
lat. tentari fortè poſſet, vaſallum, uſumfru-
ctum non minus quàm aliam quamcunque
ſervitutem realem, in prædio ſuo feudali, ali-
cui, quoad ipſe vivit, concedere poſſe: atq; ita
conſulendo voluit Rolandus à Valle d. cõſil.
59. in 2. volumin. pro cujus ſententia facit,
quòd vaſallus, qui alteri uſumfructum prædii
ſui concedit, per uſufructuarium poſſeſsio-
65 nem prædii retinet. Nec enim is, qui ſimpli-
cem uſumfructum habet, poſsidet, l. ſcien-
dum, ff eum verò, qui ſatisdare cogantur, l.
certè, § is qui rogavit, de precario. leg. 5.
ff Julian. ad exhibendum, § idem placet, de eo,
& inſtit. per quas perſonas nobis acquiritur,
l. 1. § per eum, ibi, ipſum non poſsidemus, de
acquir. poſſeſſ. l. neq;, C. de uſufruct. ſed in poſ-
ſeſsione eſſe dicitur, l. cujuſcunq;, § 1. de uſu-
fruct. & c. d. ff is qui rogavit, de precario. Et a-
liud eſt poſsidere, longè aliud in poſſeſsione
eſſe,

eſſe, l. 3. § fin. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. l. ſi quis ante, ibi, aliud eſt enim, eodem. Et quòd dicitur uſufructuarium naturaliter poſsidere, l. naturaliter, de acquir. poſſeſſ. l. poſſeſsio. eod. id ita explicandum eſt, ut potius in poſſeſsione ſit, quàm poſsideat, ut alibi JCti loquuntur. Sic quod uſufructuario interdicta poſſeſſoria, quæ poſsidentibus, non iis qui in poſſeſsione duntaxat ſunt, competunt, l. pen. uti poſsidetis, dantur, l. ult. uti poſsidetis, l. 3. § unde vi, de vi & vi armata, hoc ſingulari hac ratione receptum eſt, quòd ad uſufructuarium emolumentum rei pertinet, quæ res efficit, ut in pleriſq; juris partibus, etiam pro domino habeatur, & ideo interdicta poſſeſſoria ipſi accommodantur, quæ cæteris qui in poſſeſsione ſunt, non accommodantur, Cujacius libr. 9. obſervatio. c. 33. Et ex his intelligitur, quid Imperatores Lotharius & Fridericus alienationis verbo ſignificare aut non ſignificare voluerint. Nunc notandum eſt, alienationes feudorum adeò prohibitas eſſe, ut vaſallus etiam propter neceſsitatem aliquam magnam, feudum abſque domini conſenſu alienare non poſsit, c. unic. § neceſsitate, & ibi Baldus, Alvarott. Andreas de Iſer. qualiter feudum olim alienari poterat, c. Imperialem, § 1. de prohibit. feud. alien. per 66

67 Frideric. Magna neceſſitas eſt fames, qua nihil eſt miſerius, Cic. libr. 5. epiſtol. ad Atticum, eaque rerum omnium clades ſive acerbitates ſuperat, Joſephus lib. 6. belli Judeici c. 14. & animi tormentum eſt, corporis labes, magiſtra peccandi, diriſſima neceſſitatum, deformiſſima malorũ, ut Quintil. ait, Tiraquel. de utroque retract. gloſſ. 1. § 26. numer. 24. Hinc ab Imperatoribus eſt permiſſum, ut ob neceſſitatem famis, pater poſſit vendere filium, l. 2. C. de patribus qui filios diſtraxerunt, filium, inquam ſanguinolentum, ut dicitur in d. l. 2. hoc eſt, recens natum, l. 1. C. Theodoſiano. de expoſitis, & adhuc à matre rubentem, ut Juvenalis ſaty. 7. loquitur, Menoch. in 10. remed. recuperan. poſſeſſi. num. 98. Covarru.
68 lib. 3. variar. reſolut. c. 14. num. 4. Magna etiam neceſsitas dicitur, ſi vaſallus in latrones fortuitò incidit, Menoch. lib. 2. de arbitra. iudi. quæſtio. centur. 2. caſu 18. 2 nume. 23. Sic magna eſt neceſsitas. ſi vaſallus non habeat vnde ſe veſtire, domum ruinoſam reparare & agros colere poſsit, Crauetta in reſponſo pro genero. numero 94. His & ſimilibus caſibus, vaſallus inſcio & inconſulto domino, feudum, vt dictum eſt, alienare nõ poteſt: & hæc eſt communis Dd. ſententia, Franciſc. Curt. in tractatu de feudis, in quarta parte, in

vltim.

vltim. cauſa privationis feudi, in 1. regul. quæſtio. 16. Julius Clarus in § feudum, quæſt. 31. num. 11. Schurff. conſil. 30. nu. 5. in 1. centuria, Paris de Putuo de redintegratio. feudo. c. 6. 69
num. 12. Petrus Duenas in regula juris 40. in 14. ampliat. quamvis aliàs alienatione prohibita, non cenſeatur prohibita alienatio quæ fit ex neceſsitate, l. divus, de petit. heredi. l. peto. §. prædium, & ibi Albericus, de legat. 2. Cephalus conſ. 13. nume. 25. Tiraquel. de utroq; retractu, § 1. gloſſ. 14. num. 11. quod latè extendit Roland. à Valle conſil. 21. nume. 13. cum aliquot ſeqq. in 1. volu. Neceſsitas enim legem non habet, ejuſq; cauſa multa contra communes regulas conceduntur, Roland. à Valle conſ. 81. num. 30. in 1. volu. & conſil. 80. per totum in 3. volu. & conſil. 56. num. 2. cum ſequent. in 4. volum. Tiraq. de pœnis, cauſa 33. num. 3. cum aliquot ſequentib. Roland. à Valle conſil. 1. num. 69. & conſ. 43. num. 30. cum ſequent. in 2. volum. & conſil. 30. num. 13. cum multis ſequentib. in 3. volum. Decian. reſpon. 20. num. 14. cum ſequent. in 1. volum.
Sanè ſi vaſallus fame, aut aliqua alia neceſsitate magna prematur & à domino petat, ut ſibi facultatem alienandi feudi concedat, & dominus feudum non emat, nec in alienationem conſentiat, tunc vaſallus feudum alteri, 70

qui ejuſdem conditionis vel etiam melioris ſit, vendere poteſt: & ſi is, cui feudum venditũ eſt, ſe offerat domino ad omne onus quod prior vaſallus præſtitit, feudo privari non poterit, Bartol. in l. murileguli, C. de murilegulis, lib. 11. Decius in c. quæ in Eccleſiarum, num. 30. verſicul. & hoc intelligendum videtur, de conſtitution. Wurmſerus in pract. obſervatio. titu. de feudis, obſervatio. 18. & 19. ubi refert ſe in facti contingentia ita conſuluiſſe, Menochius libro 2. de arbitra. jud. quæſtio. centur. 2. caſu 182. Roland. à Valle conſil. 56. num. 16. in 4. volum. ibi affirmat DD. ita communiter tenere, & traditum eſt in obſervationibus practic. feudorum, obſervat. 18.
71 & 19. Et hæc ſententia confirmatur ex eo, quòd mulier, quæ ex ſtatuto ſine conſenſu conſanguineorum contrahere non poteſt, rectè contrahit, ſi conſanguinei requiſiti, recuſent ſine cauſa conſentire, Bart. in l. ſi cùm dotem, § eo autem tempore, ſoluto matrimo. Jaſ. in l. 1. num. 20. C. qui admitti. Tiraq. de ll. connub. in gloſſ. 6. num. 125. Sic ſuprà c. 3. dictum eſt, emphyteutam prædium emphyteuticum invito domino alienare poſſe, ſi domino prius denunciaverit ſe venditurum & dominus non emat, l. 3. C. de jure emphyt. Domini igitur conſenſus in alienationibus feudorum

dorum ſive ex neceſsitate magna feuda alienentur, ſive non, neceſſarius eſt. Sed in du- 72
bium vocatur, utrum conſenſus expreſſus eſſe debeat, an verò tacitus ſufficiat. Et quamvis Frideric. Imp. in d.c. Imperialem, in princ. de prohib. feudi alien. per Frideric. utitur verbo licentia, idque expreſſum conſenſum ſignificare videtur, gloſſ. in Clement. 1. in verbo, obtenta. ade teſtament. Bald. in l. obſervare, § proficiſci de off. procon. Roman. in l. 2. § voluntatem, & ibi quoque Alexand. colum. 2. verſ. juxta prædicta. ſolut. matrimon. Roland. à Valle conſil. 67. num. 66. in 3. volu. Tiraq. de ll. connnbialib. gloſſ. 7. ſup. verbo, *expreſſ* num. 8. unde quoq; Bartholom. Camerar. tradidit in alienationibus feudorũ, dominum feudi expreſsis verbis conſenſum ſuum declarare debere in d. c. Imperialem, de prohib. feudi alien. per Frideric. mihi fol. 530. ubi hanc ſententiam aliis quoq; rationib. munit: tamen crebriori interpretum calculo receptum eſt, dominum feudi etiam tacitè vaſallo feudum alienanti, conſentire poſſe gloſſ. in c. unic. ſuper verbis, ipſorũ permiſſu. de prohib. feud. alien. per Lothar. & ibi Jacob. de Belviſo, Baldus & Laudenſis notarunt, Alvarot. in c. uni. § præterea, quib. modis feud. amittatur, Chaſſan. in conſuetudinibus Burgund.

in

in Rubr. 3. *des fieds*. § 8. ſuper verbis, *ſans conſentement*. numer. 8. ubi alios ita ſentientes refert, Paris de Puteo de redintegrat. feudorum c. 187. nu. 4. Schurff. conſ. 41. num. 3. in 1. centur. & rurſus conſ. 88. num. 4. in 2. centur. Weſenb. conſ. 4. nu. 74. Julius Clar. in § feudum, quæſt. 31. Fran. n. 13. Curt. in 4. parte feudo. in ult. cauſa privatio feudi, in 2. princip. canone. Mynſing. in 4. centur. obſervat. 87. Tiraq. de utroque retractu, § 1. gloſſ. 9. num. 117. & verbum licentia ſumitur in d. c. *Imperialem*, pro conſenſu, quemadmodum & aliàs ſæpè, Paris de puteo de redintegra. feudo. c. 271.
73 num. 6. Hanc tamen communem concluſionem Dd. ita reſtringunt, ut tunc demum procedat, ſi dominus eo tempore, quo alienatio fiebat, præſens fuerit, & alienationi non contradixerit. Sed hæc reſtrictio vix ſubſiſtere poteſt, & gl. in c. uni. de prohib. feudi alien. per Lothar. & in c. uni. de feudo dato in vicem legis commiſſo. exiſtimat, præſentiam domini neceſſariam non eſſe, ſed taciturnitatem cum ſcientia ſufficere, ipſique domino præjudicare: & hanc glo. Alvarot. ſequitur in c. unic. § fin. in 42. concluſ. num. 31. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. eamq; veram eſſe exiſtimo, propterea quòd Dd. extra pugnam eſſe tradunt, quòd dominus ex poſt facto alienatio-

nem

nem ratam habere poteſt, Zaſius in epitom. feudali, parte 9. num. 31. Mynſinger. dicta obſervat. 87. in 4. cent. Hanneto. c. 7. circa fin. Menoch. conſil. 38. num. 32. Rolandus à Valle conſ. 2. num. 37. & rurſum num. 146. & conſil. 97. num. 14. cum ſequentib. & num. 33. ubi hanc opinionem multis Dd. authoritatibus confirmat, & magis communem eſſe aſſerit, in 1. volum. Roland. à Valle conſ. 22. circa fin. in 3. volum. quod dominus facere non poſſet, ſi ſcientia & taciturnitas domini in alienationib. feudorum non ſufficerent, ſed præterea ipſius domini præſentia deſideraretur. Nec enim ratihabitio ſufficit, ubi præſentia opus eſt, ſed corporalis ſive perſonalis præſentia eſt neceſſaria, ut prolixè traditum eſt à Tiraquel. in ll. connub. glo. 6. ſub. verbo, *conſentement*. num. 31. Quòd ſi vaſallus feudum abſq; domini expreſſo vel tacito conſenſu alienaverit, tunc feudi amiſsione plectitur, ut ſupra dictum eſt, quod tamen certis caſibus, quos breviter referemus, non procedit. Ac primùm 74
vaſallus feudo non privatur, etſi ſine conſenſu domini feudum alienaverit, ſi feudum in agnatum proximiorem, & qui omninò poſt mortem alienantis ſucceſſurus erat tranſtulerit, c. unic. § ſed etiam res; & ibi gloſſ. in verbo, proximiori. per quos fiat inveſtitu.

& ibi Andr. de Iſernia, Bald. Alvarottus, Laudenſis & alii notârunt c. unic. & ibi gl. in verbo, concederetur, de alienat. feudi. pater. Raynaud. in c. Imperialem, § habito, in 2. nota. de prohib. feudi alien. per Fridericum, Jacobin. de feudis, ſuper verbis, & cum pacto, de non alienando, num. 17. Tiraq. in præfat. de utroq; retractu, num. 52. Paris de Puteo de redintegratio. feudo, c. 235. num. 2. & c. 260. num. 1. cum ſequentib. Petrus Jacobi in practica in forma libelli de condictio. ex lege Imperiali, num. 4. Simon Schardius in addition. ad Laudenſem, c. unico, in princ. num. 5. de his qui feud. dare poſſunt, Julius Clarus in § feudum, quæſt. 42. num. 4. Rolandus à Valle conſil. 60. numer. 17. in 1. volum. ibi docet, quòd etiam feudum novum, jure feudi antiqui conceſſum, in agnatos proximiores alienari poteſt, Johan. Baptiſta Ferret. conſil. 119. nume. 14. Henningus Gode conſil. 83. num. 8. & conſil. 84. num. 9. Hujuſmodi enim alienatio, quæ fit in proximiores refutatio quædam potius eſt, quam alienatio, Rolandus à Valle conſil. 60. num. 52. in 1. volum. & conſil. 41. num. 18. & 19. & conſil. 64. num. 19. cum ſequentibns, in 2. volum. Hotoman. in conſil. 5. in 1. volu. Paris de Puteo de redintegrat. feudor. c. 91. num. 13. & c. 141. num. 11. Et ſi vaſallus

plus

plures agnatos ejuſdem gradus habeat, in unum ex eis feudum conferre poteſt,& hoc caſu cæteri agnati feudum revocare non poſſunt,ex ſententia Bar.de Salvian.contra quam tamen plurima faciunt,ut apud Ferrarienſem practicum in forma libelli ad revocationem feudi, ſuper verbis, nec ſuperſtitibus, numero 23. prolixè videre licet, Henningus Gode conſil. 15. num. 2. Deinde vaſallus feudo 75
non privatur, propter alienationem abſque domini conſenſu factam, ſi talis conſuetudo ſit, ut feuda poſsint alienari irrequiſito domino: hujusmodi conſuetudo valet. Raynaudi in d.c.Imperialem, § habito igitur, numero 39. de prohib. feudi alienat. per Fridericum, Jacobinus de feudis,ſuper verbis, & cum pacto, de non alienando. verſic. ſed hic cadit pulcra dubitatio,num.16.Cravet.conſil.241. num.5.Rolan.à Valle conſ.2.num.18.& conſil.42.num.21.in 1. volum.Ruin.conſil.72.nu. 7.in 5.volum.& hæc eſt receptior Dd.ſententia, Franciſc.Curt.conſ.158.num.8. Julius Clarus in § feudũ quæſt.31. num.12. à qua tamen conſulendo recedit Henningus Gode conſ. 16.num.57. propterea quòd conſuetudo alienandi feuda reprobata & damnata videtur. in c. Imperialem. de prohibit. feudi alienat. per Fridericum, & damnata con-

ſue-

ſuetudine præterita, cenſetur quoque futura damnata, Tiraquel. in præſatio. de utroq; re-
96 tractu, numer. 18. cum ſequenti. Tertiò, vaſallus feudo non privatur, ſi ea lege feudum ipſi conceſſum fuerit, ut ipſe, ejus heredes, & cui ipſe feudum dederit, feudum haberent, c. unic. de feudo non habente propriam naturam feudi: & in hoc omnes Dd. conſentiunt, Franciſc. Curt. in 4. parte tractatus feudalis in ultima cauſa privati feudi, in 2. regul. quæſt. 5. Rolandus à Valle conſil. 2. num. 137. & cōſil. 3. numer. 60. & conſil. 42. numer. 7. in 1. volu. & conſil. 55. num. 33. in 3. volum. Paris de Puteo de redintegrat. feudo. c. 49. nume. 8. Rolandus à Valle conſil. 42. num. 8. in 4. volum. Ferrar. pract. in forma libelli ad revocat. feud. ſuper verbis, ac nomine recti & nobilis feudi, num. 8. Cravett. conſil. 84. num. 11. Dominus enim feudi, qui feudum modo ſupra dicto vaſallo contulit, ſtatim in ipſa feudi conceſsione, in alienationem, quæ poſtea fieret, conſenſiſſe videtur, Jul. Clarus in § feudum, quæſtio. 31. numer. 8. Et quamvis Speculator in tr. de locatione, § nunc aliqua, tradiderit, hoc quoque caſu, quando dominus vaſallo conceſſit facultatem alienandi & diſponendi de feudo, domini conſenſum neceſſariò requirendum eſſe, propterea quòd facultas a-

lienan-

lienandi videtur data ſecundum formam legis, idque ſecutus ſit Alexand. conſi. 106. num. 4. in 4. volum. tamen verius eſt feudum nullo domini conſenſu impetrato, poſſe alienari, Roland. à Valle conſil. 79. numer. 25. in 2. volum. Et quæ de feudo, quod vaſallo, ipſius heredibus, & quibus ipſe dederit, datum eſt, diximus, eadem quoque intelligenda ſunt de feudo, quod vaſallo & heredibus quibuſcunque conceſſum eſt, Rolandus à Valle conſil. 55. numer. 35. in 3. volum. & conſi. 84. numer. 22. in 4. volumine. Hæ enim clauſulæ in conceſſione feudali poſitæ, concedo tibi feudum pro te, heredibus tuis, & quibus dederis, vel pro te & heredibus quibuſcunque, æquiparantur, ut prolixè traditum eſt à Rolando a Valle conſ. 79. num. 20. volum. 2. & verbum, quibuſcunq;, naturam ipſius feudi mutat, eaq; vera & communis eſt concluſio, ut Curtius junior affirmat. conſ. 1. ex quo id refert Rolandus à Valle d. conſil. 79. num. 29. in 2. volumine, & conſil. 1. num. 46. in 3. volumine. Quartò, vaſallus feudo non priva- 77
tur ob alienationem inſcio domino factam, quando domini & ſuam conditionem meliorem reddit. Finge: vaſallus habet feudum parvum & ſterile, Sempronius contrà prædià ampla & pinguia, permutat vaſall9 prædia ſua

feudalia, cum Sempronii prædiis: ob hujuſmodi alienationem ſive permutationem ſine domini conſenſu factam, vaſallus feudo non privatur. Ita voluit ſummus feudiſta Andreas de Iſern. in c. unic. § præterea, in prima additione, de capit. Conradi, & in c. Imperialem, in pr. in prima additione, num. 13. verſic. item ſecus ſi conditionem domini faceret meliorem, & ibi Matthæus de Afflict. in 16. quæſtio, num. 13. & 14. de prohib. feud. alien. per Fridericum, Menoch. conſ. 1. num. 135. Thomas Grammat. conſ. civili 10, num. 6. 7. & 8. & rurſus conſ. 149. num. 3. & 4. Paris de Puteo de redintegrat. feudo. c. 149. num. 5. cum ſequent. & c. 270. num. 7. Petrus Duenas in re-
78 gula juris 40, in 8. limitat. Sed hanc ſententiam Bartholo. Camerarius in d. c. Imperialem, de prohib. feudi alienat. per Fridericum, mihi fol. 15. improbat, & meo quidem judicio rectè. Licet enim in ſuprà dicta alienatione ſive permutatione una cauſa, propter quã feuda alienari prohibentur, ceſſat, & ex permutatione iſta domini conditio deterior non redditur: tamen reliquæ cauſæ, ob quas alienationes feudorum interdictæ ſunt, manent. Quinimò ex alienatione ſive permutatione propoſita, domidus feudi damno quoque afficitur, propterea quòd vaſallus ipſum deſpexit,

ſpexit, & contra ipſius voluntatem prædia a-
lienavit: & damnum non patitur tantùm, 79
qui de rebus ſuis aliquid amittit, verum etiam
qui ſuæ voluntatis & voti ſui compos non fit,
glo. in l. Paulus 1. poſt princ. de ſolutio. l. fin.
& ibi textus eſt elegans, de uſu & habitat. Bar-
tolus in l. 2. colum. 3. verſic. ſecundò oppono.
ſolut. matrimon. Albericus de Roſat. in l. in
creditore, num. 2. de evict. & ubicunque quid
fit nobis invitis, etſi ex eo lucrum ſentiamus:
tamen damnum dicimur accepiſſe, Barto-
lus in l. ſi filius, colum. ult. verſic. eſt & terti-
us. de vulga. & pupilla. Ac operationes da-
mno non afficiunt, non ſolùm quæ tendunt
in diminutionem rerum, verùm etjam quæ
tendunt in diminutionem voluntatis, ut ele-
ganter Bartholomæus Camerarius loquitur
in d. c. Imperialem, de prohib. feudi alienat.
per Fridericum, Tiraquell. in præfatio. de
utroque retractu numer. 25. Menochius in 1.
remedio recuperandæ poſſeſſ. num. 422. De-
nique dominus feudi non poteſt feudum, in-
vitis vaſallis, in dominum etiam meliorem
transferre, Fernandus Vaſquius libr. 1. con-
troverſiarum illuſtr. c. 5. ſicuti ſub finem hu-
jus capitis dicemus. Inde igitur ſequitur,
vaſallos quoque, etſi videantur domini con-
ditionem meliorare, abſq; conſenſu domini

feuda non poſſe alienare; dominus enim & vaſallus ad paria iudicantur, vt infra dicetur.
80 Quintò, non priuatur vaſallus feudo, ſi alienatio ſine domini conſenſu facta, ob omiſſam ſolennitatem, vel aliam quamcunque cauſam, nulla fuerit, Aluarot. in c. vni. de prohib. feud. alien. per Frideric. Menoch. qui complures alios citat conſil 38. num. 24. Molinæus in conſetud. Pariſio §. 22 num. 23. Quod enim nullum eſt, regulariter non producit aliquem effectum, l. 4. §. condemnatum, de re iudic. l. non putauit, §. non quæuis, de bon. poſſ. contra tab. l. 2. in fin. quemadmodum teſtamen aperian. Grauet. conſil. 216. nu. 12. Cotta in memorab. in verbo actus, Tiraquel. in l. boues, § hoc ſermone, limit. 1. numero. 9. idem de vtroque retractu, §. 1. ſuper verbis, *à vendu.* gloſſ. 2. num. 5. cum ſequent. Reugulariter dixi, quia etiam aliquando data nullitate actus, quis incidit in pœnam, Roland. à Val-
81 le conſ. 18. nu. 50, in 2 volum. Sextò, non priuatur vaſallus feudo, quamuis ſine domini conſenſu feudum alienauerit, ſi rem ipſam feudalem venditam, vel alio modo alienatam non tradiderit. Alienatio enim cum traditione nocet, non illa quæ facta eſt, nulla traditione ſubſecuta, d. c. Imperialem. §. callidis, ibi & in alios transferunt, & ibi And.

de

de Iſernia & reliqui, de prohib. feudi alienat. per Fridericum, Bald. & Aluarott in c. vnic. quib. mod. feud. amittatur, Aluarott. in c. vni. §. fi. concluſ. 44. quæ fuit prima cauſa beneficii amitt. And. de Iſernia, & Aluarott. in c. vnic. quid iuris ſit, ſi vaſallus poſt alienatio. Molinæ. in conſuetud. Pariſ. §. 13. num. 2. Iulius Clar. in §. feudum, quæſtio. 31. num. 3. Roland à Valle conſ. 51. nume. 4. in 2. volum. Tiraq. de vtroque retract. §. 1. gloſſ. 2. num. 47. Petrus Duenas in reg. iuris 40. in 3. limitatio. Paris de Puteo de redintegra. feudo c. 43. num. 1. cum. ſeq. Petrus Iacobi. in pract. in forma libelli, de condictione ex lege Imperialem, nume. 2. VVurmſer. in pract. obſeruat. titulo de feudis, obſeruat. 39. Sic emphyteuta excuſatur qui prædium alienatum emptori non tradidit, vt c. 3. in 10. queſtio. ſupra expoſitum eſt. Tradidiſſe autem vaſallus rem feudalem tunc dicitur, cum poſſeſsionem ei, cui feudum vendidit, dedit, l. 3. de actio. emti, l. ſi rem tradi, de verbor. obligatio. Cuiac. lib. 11. obſeruatio. c. 19. quod non ſolum tunc feciſſe videtur, cùm emptorem in poſſeſsionem ipſius rei feudalis duxit, verùm etiam cùm conſtituit ſe emptoris nomine poſsidere: per conſtitutum enim poſſeſsio transfertur in conſtitutarium, l. quædã mulier, & ibi gloſſ. Barto. &

alii, de rei vind. Roland. à Valle conſ. 4. num. 7. & conſ. 51. numer. 22. & 26. & conſ. 61. num. 45. in 2. volu. Roland. à Valle conſ. 45. num. 2. in 3. volum. Tiraq. in tracta. de jure conſtit. poſſeſſo. parte 1. num. 2. non minus, quàm per veram traditionem, ut idem Tiraquel. prolixè tradidit in 2. parte, de jure conſtitu. poſſeſſo. in 1. ampliat. num. 2. modò conſtitutarius præſens ſit, Roland. à Valle conſ. 19. num. 7. in 1. volum. Atque ita, quòd vaſallus, qui poſt alienationem conſtituit ſe poſſidere nomine ejus, cui feudum vendidit, dicatur tradidiſſe rem alienatam, & propterea feudo privari poſſit, in ſpecie voluit Paulus de Caſtro in l. 1. § ſi rem depoſitam, depoſiti, Laudenſis in c. Imperialem, in princ. de prohib. feud. alien. per Fridericum, Jacobin. de feudis, ſuper verbis, & cum pacto de non alienando, Zaſius in epitom. feuda. part. 10. Et hæc opinio eſt cõmunis, Molinæ. in conſuetud. Pariſio. § 13. gloſſ. 5. num. 4. circa medium, Julius Clarus in § feudum, quæſt. 31. num. 4. Paris de Puteo de redintegr. feud. d. c. 43. num. 6. Et quamvis vaſallus in traditione rei feudalis dixerit, ſe rem feudalem tradere ſalvo conſenſu domini: tamen illa proteſtatio non relevat vaſallum à caducitate, propterea quod facto contraria eſt: & proteſtatio quæ facto contra-

ria

ria eſt, niſi proteſtans geminatis verbis uſus fuerit, ut jam jam dicam, proteſtanti non prodeſt, ut ſup. expoſitum eſt. Septimò, non privatur vaſallus feudo, ſi feudum alienans geminatis verbis proteſtatus fuerit, ſi alienare feudum ſalvo jure domini, & non aliter, nec alio modo, tunc hujuſmodi geminata proteſtatio ipſi proficit, nec feudum perdit, etiamſi traditio ſubſecuta fuerit, Bald. c. unic. § fin. numer. 5. verſic. ſed pone, quæ fuit prima cauſa beneficii amit. Alvarot. c. unic. in princ. verſicul. quæro quid ſi vaſallus vendidit, de prohib. feud. alien. per Frider. idque pro ſingulari approbat & ſequitur Jaſon in l. ultima in 25. quæſtio. C. de jure emphyt. Cotta in memorabilib. in verbo, vaſallus, Menoch. conſ. 38. num. 21. Thomas Grammat. in deciſio. Neapol. deciſi. 49. Paris de Puteo de redintegrat. feudo. c. 278. num. 5. Jul. Clar. in § feudum, quæſtio. 31. Roland. à Valle conſ. 51. num. 30. in 2. volum. Felin. in c. quæ in eccleſiarum, num. 85. extra de conſtitu. Guido Papa in deciſio. quæſtio. 163. Hæc enim verba, non aliter nec alio modo, conditionem & per cõſequens formam oſtendunt, Menoch. de arbitra. jud. quæſt. lib. 2. centur. 3. caſu 237. num. ult. idem d. conſ. 38. num. 22. Roland. à Valle conſ. 43. num. 12. in 2. volum. & conſ. 63. num. 82

29.cum multis ſequentib.in 4.volum. & forma non impleta actus fit irritus & reſolvitur, ut ſupr.c.3.expoſitum eſt. Quinimò dicta verba, non aliter nec alio modo, naturam habent præciſam, nec modificationem aut interpretationem ullam à verbis ſeparatam admittunt, Roland. à Valle conſ. 61. num. 17.
83 in 2. volum. Octavò, non privatur vaſallus feudo propter alienationem ſine domini conſenſu factam, ſi feudum fuerit francum, hoc eſt, ea lege datum, ut vaſallus nulla ejus feudi nomine ſervitia domino exhiberet: hoc enim feudum francum vocatur, ut ſuprà in feudorum diviſionibus dictum eſt, Bald.in l. 1.in 2. colum.C.ſi à non competen. judice. Hoſtien. in c. fin. extra de rebus Eccleſiæ non alienan. Ruin.conſ. 18. incipien. primò & principaliter eſt videndum, num.15.in 1. volum.& hanc ſententiam probat Franciſc. Curt. de feudis in 1.parte, quæſtio.8. num.31. ſed contrariam ſententiam defendit And. de Iſern. in c. unic. circa fin. in quib. cauſis feud.amitt. Bald. ſibi contrarius in diviſionibus feudorum in 8. diviſ. Alexand. conſ. 30. quoniam omne datum optimum, num.20. lib. 1. Caſtrenſ. conſ. 179. incip.in cauſa qua magnificus dominus, num. 2.in 1.parte, ibi inquit: licet feudum francum differt à non franco, in hoc, quod pro franco feudo

feudo non præſtatur ullum ſervitium: tamen quò ad poteſtatem alienandi, non eſt diſcrimen aliquod inter francum & non francum feudum, quia ſicut non francum non poteſt alienari ſine voluntate domini, ita quoq; frãcum feudum non alienatur abſq; domini voluntate, ne dominus invitus vaſallum habeat quem nolit. Et in hanc ſententiam videtur etiam Franciſc. Curt. deſcendere in tracta. de feudis, 4. parte, num. 117. verſ. 26. quæro, eaque communis eſt, Roland. à Valle conſ. 2. num. 134. in 1. volum. & de jure verior, propterea quòd cõmuni interpretum calculo traditum eſt, feudi natura mutata, feudum non habere propriam naturam feudi, in eo, in quo ipſius natura mutata & alterata eſt, in reliquis verò capitibus non alteratis, feudum in ſua recta & ſimplici natura manere, ut c. 4. ſupra dictum eſt. Inde ſequitur, feudum francum, etſi in eo degenerat à natura feudorum, quòd vaſallus pro eo nulla ſervitia domino præſtat; tamen in aliis omnibus naturam veri feudi retinere, atque ita inſtar aliorum feudorum ſine domini conſenſu alienari non poſſe. Nonò, non privatur vaſallus feudo, 84
ſi inſcio domino, feudum alicui ad longum tempus, expreſſa hac pactione, ne ullum dominium, ne utile quidem, ſive uſusfructus,

Digitized by Google

in accipientem transferatur locaverit, Baldus in c. quæ in Eccleſiarum, extra de conſtitu. Bald. in l. ſi domus, § fin. de legat. 1. Felin. in d. c. quæ in Eccleſiarum, colum. 30, verſic. ſexta declaratio. de conſtitut. Curt. junior de feudis, in 4. parte, verſi. tertiò principaliter, Tiraquel. de utroq; retractu, § 1. gl. 2. num. 36. Roland. à Valle conſ. 60. num. 16. in 2. volum.
85 Ruin. conſ. 150. num. 14. in 3. volum. Deniq; non privatur vaſallus feudo, ſi omnibus bonis alienatis, nullam in alienatione ſpecialem feudorum mentionem fecerit: in generali enim bonorum alienatione feudum non continetur, c. unic. in princ. de capita. qui curiam vendid. Franc. Curt. de feudis, in quarta parte, mihi folio 299. Jul. Clar. in § feudum, quæſt. 31. num. 10. Fabian. de monte, in tracta. de emptione in 6. quæſt. principa. num. 50. verſic. circa undecimum, quamvis contrarium cenſuerit And. de Iſern. in d. c. unic. de capita. qui curiam vendi. Cotta in memorabili. in verbo, emphyteoſis, cujus ſententiam probare non poſſum: nec enim in generalem alienationem veniunt, quorum alienatio pœnam alienanti infligeret, Barto. in l. codicillis, § inſtituto, de legat. 2. Roma. conſ. 166. incipiente: viſo diligenter, num. 5. Hippol. de Marſil. ſingula. 313. diligenter advertat, circa medium.

Sic

Sic feudum non comprehenditur ſub generali renunciatione, Bald.in auth. in ſucceſſione, ad finem c.de ſuis & legitimis, Wurmſer. in practicis obſerva.titul. de feudis, obſervat. 22, nec donatione Guido Papa conſ. 214. circa materiam, colum. 4. verſ. ſed in caſu, Bald. in c.unic. de prohib. feud. aliena. per Fridericum, nec ſub generali obligatione bonorum, Matth. de Afflict. in deciſio. Neapol. 26. in princ. nec ſub quavis alia generali diſpoſitione, Tiraquel.in tractatu. *le mort ſaiſit.* in 5. declaratione quartæ partis. Idem de utroque retractu § 1. glo.4.ſuper verbis, bona quæpiã. Roland.à Valle cõſil. 64.num.1. 2.& ſequent. in 2. volum. & conſ. 29. num. 8. cum aliquot ſequentib.in 3. volum.quamvis alias generalia verba generaliter intelliguntur & operantur, l.regula, § ult. de juris & facti ignoran. & omnia comprehendunt, l. Julianus, de legat.3. etiam ſi ſit major ratio in uno quàm in alio, l. 1.§ quod autem, de aleato. prolixè Tiraqu. in præfatione l.ſi unquam, num. 117. cum ſeqq. C.de revocan. donat. & in tractatu de utroque retractu, § 1.gloſſ.14. numer. 96. & rurſus num.101.& 102. Et tantum de ſecunda cauſa, ex qua vaſallus feudo privatur. Tertiò 86
privatur vaſallus feudo, ſi dominum in prædio dimiſerit, c. uni. in princ. quib. mod. feud.

amit-

amittatur, c. unic. § fin. de feudo ſine culpa non amit. c. unic. § item qui dominum, quæ fuit prima cauſa benef. amitt. & hæc cauſa amiſſionis feudi juſtiſſima eſt. Dantur enim feuda vaſallis, ut ſervitia militaria domino exhibeant, ut ſupr. in definitione feudi expoſitum eſt, quæ tunc maximè domino neceſſaria ſunt, cùm in acie adverſus hoſtem conſtitutus eſt. Si ergo vaſallus ex acie fugiat, & dominum ſuum relinquat, meritò feudo privatur, quamvis Demoſthenes turpe non exiſtimaverit eſſe, fugere. Cū enim illi objiceretur, quòd ex acie fugiſſet, crimen hac reſponſione diluit, ἀνὴρ φεύγων, πάλιν μαχήσεται, hoc eſt, vir fugiens, iterum pugnabit. Sed aliter Lacæna cenſuit, quæ filium ex acie fugientem interfecit, inquiens: non eſt meum hoc germen. Et Damatria mater, filium in bello timidum, & ipſa indignum, ex bello redeuntem necavit, inſcribique ſepulchro hoc diſtichon juſſit:

Hunc timidum mater Damatrion ipſa peremit,
Nec dignum matre, nec Lacedæmonium.

Rebuffus in l. liberorum, § etenim de verbo-
87 rum ſignificatione. Privatur autem vaſallus feudo etiam tunc, cùm frater ipſius dominum defendit, Laudenſ. in d. c. unic. in princ. & ibi Matthæus de Afflict. num. 50. quib. mod. feud.

feud.amittatur, Cotta in memorabilib. in verbo, vaſallus, Franc. Curtius in 4. parte tracta. feuda in 1. cauſa privatio, feudi, quæſtio, 13. quamvis Baldus exiſtimaverit eum qui dominũ deſeruit propter fratrem, qui dominum in acie defendit, excuſari poſſe, in d. c. unic. in princip. idque Alvarott. ibi, numer. 12. ſequitur, quibus mod. feud. amittat. Jaſon in l. 1. numer. 2. C. de tranſact. & in l. ſi emancipati, numer. 10. C. de colla. Jacobi. ſuper verbis, & promiſerunt, num. 20. Alexan. conſil. 122. numer. 18. libr. 4. Felin. in c. cum ſuper, numer. 8. extra de offic. delegat. Ita 88
demum tamen vaſallus feudum amittit, ſi dominum non mortuum, nec mortiferè aut lethaliter vulneratum dimiſerit. Hoc nominatim additum eſt in d. c. unico, quibus modis feud. amittat. ſi jam mortuum dimiſit, excuſatur. Idem eſt, ſi dimiſerit mortiferè aut lethaliter vulneratum. Lethaliter enim vulneratus hoc loco pro mortuo habetur, & potentia proxima actui, habetur pro facta, Bald. in l. penult. de milit. teſtam. Roland. à Valle cõſil. 89. num. 37. cum ſeq. in 1. volum. Hoc loco, dixi, quia aliàs lethaliter vulneratus, mortuo non comparatur. Et ob id Celſus reſpondit, ſi alius mortifero vulnere percuſſerit aliquem, alius poſtea percuſſum exanimaverit,

verit,

Digitized by Google

verit, priorem non teneri quaſi occiderit, ſed quaſi vulneraverit, quia ex alio vulnere periit, poſteriorem teneri, quia occidit, l. item
89 Mela ſcribit, § Celſ. ſcribit, ad l. Aquil. Et lethaliter dominum vulneratum fuiſſe, ex multis ſignis colligimus, Matthæ. de Afflict. in conſtit. Neapol. Rubr. 13. de homicidiis puniendis, num. 12. cum ſequen. lib. 1. Ac primùm quidem ex eo, ſi, poſt acceptum vulnus, intra modicum tempus mortuus ſit. Per modicum tempus nonnulli triduum, alii quinq; dies, alii octo, alii quadraginta dies intelligunt, Boer. quæſtio. 323. ubi ipſe tandem concludit, judicis arbitrio hoc relinquendum eſſe, qui ſecundum conſilium medicorum hoc dijudicare debet. Secũdò, ſi frequẽtes habuerit vomitus, & febri ſtatim ab initio fuerit correptus, Boer. d. quæſt. 323. num. 13. Tertiò, ſi vulnus ſit magnum & profundum, Bald. conſ. 328. an vulnus, verſic. item vulneris magnitudo, lib. 2. Boerius d. quæſt. 323. Quartò ſi vulneratus, contionis doloribus fuerit excruciatus, ut quia percuſſus eſt in nervis, vunde provenit ſpaſmus & mors. Quintò, conſideratur etiam armorum qualitas, quibus ulnus illatum eſt, Felinus in c. ſignificaſti, de homicidio. Baldus conſil. 136. proponitur, colum. 2. verſic. item qualitas, Boerius d. quæſtio. 323.

Meno-

Menochius de arbitr. judic. quæſtio. lib. 2. centur. 3. caſu 275. Ex his ſignis & conjecturis tanquam effectibus colligitur, vulnus lethale fuiſſe. Effectus enim oſtendunt cauſam, & ſigna quaſi ad oculum cauſam demonſtrant, Boerius dicta quæſtio. 323. num. 13. per l. 1. de ventre inſpiciend. ac exitus acta probat, Bartol. in tractat. de percuſſo. Sic è contrario 90
multæ adferuntur conjecturæ, vulneratum ex vulnere non eſſe mortuum: & primùm quidem hoc colligitur ex eo, ſi vulneratus poſt lõgum tempus à die illati vulneris mortuus ſit, Boërius d. quæſtion. 323. numer. 18. quod tamen Baldus tunc verum eſſe exiſtimat, cum apertè non apparet, vulneratum ex vulnere mortuum eſſe, vt: ſi ſagitta malo veneno tincta quis ita vulneratus fuerit, vt ſanitati reſtitui non potuerit, ex vulnere eum mortuum dicemus, etſi poſt longum tempus mortuus ſit, Bald. d. conſ. 328. colum. 1. verſicul. ſi verò quis, lib. 2. Secundò, non dicitur vulneratus ex vulnere mortuus, ſi vulneris accidentia ceſsârunt, ut: ſi febris ex vulnere contracta receſſit, ita ut non amplius impediantur operationes naturales, Boerius d. quæſtio. 323. Menochius loco proximè dicto, numer. 9. Tertiò, ſi vulneratus poſt vulnus inordinatè vixit, ut ſi vulnere in capite accepto,

bibit

bibit vinum, aut ſi medicum imperitum adhibuit, Grammat. voto 24. num. 11. cum 2. ſequentib. Quarto, ſi medici iudicauerint vulnus non eſſe lethale, Boërius d. quæſtio. 323. num. 21. peritis enim in arte credendum eſt, l. §. fin. & ibi Bartol. de ventre inſpicien. l. ſeptimo menſe, de ſtatu homi. & medici cum iuramento referre debent, vtrùm vulnus lethale fuerit an non, Menochius de arbitra. iudic. quæſtion. libr. 1. quæſtio. 28. nume. 4. Quinta denique conjectura ſumitur ex qualitate loci, in quo quis vulneratus eſt, Bald. conſil. 135. libr. 2. Socin. conſil. 178. colum. 1. verſicu. ſecundò adde, libr. 2. Et quod notandum eſt, in dubio debet pronunciare iudex, vulneratum nō eſſe mortuum ex vulnere, Baldus d. conſil. 328. in fin. libr. 2. Decius conſil. 415. Grammat. conſil. criminali. 2. num. 9. idque
91 Menochius probat d. caſu. 275. nu. 13. Quartò, feudum amittit vaſallus ſi cucurbitauerit dominum, d. c. vnic. quibus mod. feud. amittatur hoc eſt, ſi vxorem domini ſui corruperit. Paris de Puteo de redintegratio. feud. c. 252. num. 1. cum ſequenti. Sed etſi non corrupit, concumbere tamen ſe exercuit, hoc eſt, conatus eſt eam corrumpere, feudo priuatur: ſolus enim conatus facit, vt vaſallo feudum eripi
92 poſſit, d. c. vnico, quibus mod. feud. amitta. Sic
jure

Digitized by Google

iure ciuili ſæpius conatus ſolus punitur: ut qui alterius vxorē ſolicitauit, etſi effectu ſceleris potitus nō ſit, extra ordinem coercetur, l. 1. de extraord. crimin. Paulus in 5. ſententia titu. 4. In crimine etiam læſæ maieſtatis ſolus conatus punitur, l. quiſquis, in princip. C. ad l. Iuliam maieſtat. Et qui cum telo hominis occidendi cauſa inceſsit, etſi neminem occidit, lege Cornelia de ſicariis tenetur, l. is qui cum telo C. ad l. Cornel. de ſicariis. Similiter qui attentauit ſacratiſsimas virgines rapere, æquè punitur ac ſi rapuiſſet, l. ſi quis non dicam rapere, Cod. de epiſcop. & cleric. Et qui pueri pudicitiam attentat, plectitur, d. l. 1. § ult. de extraord. crimin. Et denique punitur qui nuda ſaltem cogitatione atq; tractatu auſus fuit fugientes ad Eccleſias extrahere l. ultim. in prin. C. de iis qui ad Eccleſ. confuge.
Sed hæ & ſimiles leges, pœnam capitalem in conatum ſtatuentes per generalem conſuetudinem abrogatæ ſunt, Specul. in titul. de accuſatore, § 1. Bald. d. l. is qui cum telo, C. ad l. Corneliam, de ſicar. idem Bald. conſil. 361. quidam rumor. verſi. præterea, de conſuetud. libr. 1. Alexand. conſil. 15. viſo proceſſu, num. 2. circa finem, & ibi Anton. Natta in verbo, ſtatutorum, libr. 1. Caſtren. l. 1. § ult. & Ibi Iaſon, num. 17. quod quiſq; juris, Grammat. de-

 ciſio.

ciſio. Neapol. 2. num. 8. Tiraquel. de pœnis à cauſa 38. Julius Clarus libr. 5. ſententia. § fin. quæſtio. 92. Hieronym. Francus in l. non vult heres eſſe, num. 14. de regulis juris. Et quamvis Bartolus in l. 1. § divus, ad l. Cornel. de ſicariis, Menochius de arbitra. jud. quæſt. lib. 2. centur. 4. caſu 360. numer. 93. & nonnulli alii cenſuerint, ita demum leges capitaliter conatum punientes ſublatas eſſe, ſi ſtatuta in cōtrarium extent: tamen etiam abſq; ſtatutis, de generali totius mundi conſuetudine idem dicendum eſſe Angel. tradidit in d. l. 1. § fin. num. 3. & conſil. 14. num. 3. Jul. Clarus d. quæſt. 92. verſ. & licet aliqui ex prædictis, Grammat. d.
94 deciſione 2. nu. 8. Hæc tamen ſententia in delictis atrociſſimis locum non habet: nam in illis punitur conatus, etiamſi effectus ſecutus non fuerit, glo. in d. l. 1. § hæc autem verba, in verbo, putamus quod quiſque juris, & hæc eſt communis opinio. Felinus in c. 1. poſt num. 9. verſic. limita ſecundò, de offic. de legat. Et ideo in crimine læſæ majeſtatis, oppugnatæ patriæ, & in volente aliquem perimere veneno, punitur conatus, etſi effectum non habuerit, Julius Clarus d. quæſtio. 92. num. 2. In reliquis criminibus, pro conatu ſolo pœna, quam jus commune in illis caſibus ſanxit, nō imponitur, ſed judex conatum pro arbi-

arbitrio punit, Julius Clarus d. quæſt. 92. num. 2. circa finem, Menoch. d. caſu 360. numer. 95. Covar. in repetitio. Clementinæ, ſi furioſus, parte 2. in initio, nu. 6. verſic. tertiò eſt omninò. Porrò quod de uxore domini diximus, ad 95
filiam, neptem, nurum & ſororem domini, quæ in domo domini eſt, extendimus. Nam ſi vaſallus filiam, neptem, nurum aut ſororem domini quæ in domo domini eſt, corruperit, feudo privatur d. c. unic. § 1. quib. modis feud. amit. In domo domini eſſe dicitur, quæ cum domino vaſalli habitat, & adhuc in capillo eſt, c. unico, § rurſus, quæ fuit prima cauſa benefic. amitten. Hoc amplius, vaſallus 96
qui ſtuprum committit, cum relicta domini ſui, feudo privatur, Præpoſitus in c. unic. § item ſi fidelis, num. 1. & ibi Matthæus de Afflictis in 1. not. quib. mod. feud. amittatur, Jacobinus de feudis, ſuper verbis, dictiq; vaſalli promiſerunt non committere feloniam, num. 29. Zaſius in epito. feudo. part. 10. num. 27. Vidua enim, quæ imago eſt viri defuncti, Rolandus à Valle conſil. 14. num. 54. & conſil. 15. num. 13. in 3. volum. quamdiu vidua manet, in primo matrimonio eſſe cenſetur, l. fin. C. de bonis mater. l. quotiens, ibi, in viduitate permanens. C. de privileg. ſcholaſt. libr. 12. & eſt de familia defuncti, Bartol. in l. fin. C. de

Digitized by Google

verbo ſignificatio. unde etiam gaudet privilegiis primi viri, d.l. quotiens, gloſſ. & Bartol. in l. filii, § vidua ad municipa. ejus dignitatem retinet, Capicius deciſio. Neapolita. 129. num. 9. item domicilium, d.l. filii, § vidua, ad municipalem, Rolandus à Valle conſil. 14. numer. 46. cum ſeq. & conſil. 15. num. 11. cum ſeq. in 3. volum. Tiraquel. de nobilitate c. 18. num. 5.
97 & 6. Et hæc tunc procedunt, quando vaſallus viduam domini ſui intra tempora luctus ſtupravit, ſecus eſt, ſi poſt, Rolandus à Valle conſil. 86. numer. 40. cum ſeq. in 2. volum. Luctus autem tempora olim decem menſibus concludebantur, Ovid. in 1. Faſtorum:

Per totidem menſes à funere conjugis, uxor
Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.

Poſtea Theodoſius Imperator duos menſes adjecit, ſic quòd lugendi tempus annum factum eſt, l. 2. C. de ſecun. nupt. Seneca libr. 8. epiſtolarum, epiſt. ult. Annum fœminis ad lugendum conſtituerunt, non ut tam diu lugerent, ſed ne diutius. Viris nullum legitimum
98 eſt, quia nullum honeſtum. Quintò, vaſallus feudum amittit, ſi cum uxore domini ſui turpiter luſerit. Turpiter vaſallus dicitur ludere cum uxore domini, ſi uxorem domini ſui turpiter oſculatus fuerit, Menochius de arbitra. judic. quæſtion. lib. 2. centur. 3. caſu 267.

Oſcu-

Oſculo enim pudicitiam mulierum delibari 99
veteres crediderunt: eſt namq; oſculum proximum a coitu, & inter quinque lineas amoris quarto loco conſtituitur, ut Donatus ad illum Terentii locum, certè extrema linea amare haud nihil eſt, adnotavit. Et Antonius Mancinellus apud Horatium libr. 1. carminum, oda 13. oſculum ad quartam partem Veneris refert hoc verſiculo:

Viſus & alloquium, tactus, poſt oſcula, factum.

Hunc verſum refert quoque gloſſa in l. quod ait, in princ. de adulte. Matthæ. de Afflict. in conſtitut. Neapol. Rubr. 21. num. 13. libr. 1. Ovidius in l. de arte amandi:

Oſcula qui ſumſit, ſi non & cætera ſumpſit,
Hæc quoq; quæ data ſunt, perdere dignus (erat.

Hinc à Conſtantino Imperatore conſtitutum eſt, quòd mortuo ſponſo, ſponſa dimidiam partem ejus quod ſibi donatum eſt, retinere poteſt, ſi ſponſus eam oſculatus fuerit, l. ſi à ſponſo, C. de donationibus ante nupt.
Hinc quoque traditum eſt, maſculum pœna 100
judicis arbitraria puniendum eſſe, ſi fœminam turpiter fuerit deoſculatus, & ita deciſum fuit in conſilio Neapolitano, Matthæus de Afflictis deciſion. 276. Grammat. conſil. 48. incipiente: in cauſa Chriſtophori, Jacobus

Digitized by Google

tamen Trimulcius, vicedominus regis Gallorum, in ducatu Mediolanenſi, Gallum quendam Suſannam Trimultiam deoſculantem, ſecuri percuti juſſit, Ægidius Boſſ. in tit. de extraord. crimin. num. 3. Et Publius Mævius in libertum, gratum admodum ſibi animadvertit, quòd nubilis jam ætatis filiæ ſuæ oſculum dediſſet. Valerius Maxim. lib. 6. c. 1. de pudicitia. Andr. de Iſernia in c. unic. in verbis, turpiter luſerit, numer. 9. quib. mod. feud. amit. Plutarchus in vita Catonis Cenſorii refert, illum è ſenatu Manilium virum clariſſimum moviſſe, quod uxorem præſente filia deoſculatus fuiſſet, tanquam turpe eſſet, præſentibus aliis, ſe invicem ſuaviari. Sic Clemens Alexandrinus jus non facit maritis, uxores ſuas coram famulis oſculari: Tiraqu. in 15. connu-
301 biali num. 157. Sanè ſi juvenis præ nimio amore puellæ oſculum dederit, mitius puniri debet, amor enim furoris ſpecies eſt, Plato in Phædro. Ariſt. in 7. ethico. c. 7. & ut Juſtinianus inquit, nihil furore amoris eſt vehementius, quem retinere perfectæ philoſophiæ eſt, § illud, in authen. quibus modis naturales efficiantur ſui. Sic Tiberius Imperator Mundum juvenem, qui Paulinam Romanam in templo Iſidis, fraude ſacerdotũ Iſiacorũ, præ amoris vehementia corruperat, in exilium damna-

damnavit, ſacerdotibus in crucem adactis, Joſeph. libr. 18. antiquita. c. 6. Et Piſiſtratus Athenienſium tyrannus, cùm adoleſcens quidam, amore filiæ ejus virginis accenſus, in publico obviam ſibi factam oſculatus eſſet, hortante uxore, ut ab eo capitale ſupplicium ſumeret, reſpondit, ſi eos qui nos amant, interficiemus, quid iis faciemus, quibus odio ſumus, Valerius Maximus libr. 5. cap. 1. Deniq; conſentientibus doctorum votis traditum eſt, mulierem quæ ſe deoſculari paſſa eſt, propter oſculum dotem perdère, quemadmodum propter commiſſum adulterium dote privatur, quia ex hujuſmodi præparatoriis arguitur præparatum & infertur adulterium, Cagnolus in Rubr. C. de edendo, num. 28. & ibi Bellonus num. 59. cum multis ſequentib. Covarru. in tract. de matrimo. in 2. parte, c. 7. § ſexto, num. 3. quamvis contrarium teneat Marcus Mantua in Rubr. de judiciis. Sexto, amittit vaſallus feudum, ſi fratrem ſuum 102
occiderit, vel nepotem ex fratre, d. c. unic. § item ſi fratrem, quib. modis feud. amittat. c. unic. § penult. ibi, ſicut ille qui fratrem ſuum interfecit, quæ fuit prima cauſa beneficii amit. c. unico, an ille qui interfecit fratrem domini, &c. Si fratrem domini ſui interfe- 103
cerit, feudum non amittit, d. c. unic. an ille

Digitized by Google

qui interſecit fratrem domini. Ratio diffe-
rentiæ hæc eſſe videtur, quòd priori caſu par-
ricidium committit vaſallus l. 1. ad l. Pompe.
de parricidiis, poſteriori homicidium dunta-
xat, & parricidium homicidio gravius eſt,
quod etiam ex diverſitate ſuppliciorum con-
104 ſtat: homicida enim capite plectitur, l. 3. § pe-
nult. ad l. Cornel. de ſicar. parricida inſuitur
culeo cum cane, gallo gallinaceo, vipera &
ſimia, & in mare vel amnem projicitur, ut o-
mnium elementorum uſu vivus carere inci-
piat, & cœlum ei ſuperſtiti & terra mortuo
auferatur, § alia deinde lex, inſtit. de publ. ju-
diciis, d. l. 1. ad l. Pompejam de parricid. l. unic.
C. de his qui parentes vel liberos occiderunt:
& hoc ſingulare parricidarum ſupplicium
Cicero appellat in orat. pro Roſcio Ameri-
no, ubi inter cætera ita eleganter inquit: No-
luerunt feris corpus objicere, ne beſtiis quo-
que, quæ tantum ſcelus attigiſſent, immanio-
ribus uteremur, non ſic nudos in flumen deji-
cere, ne cum delati eſſent in mare, ipſum pol-
luerent, quo cætera, quæ violata ſunt, expiari
putantur. Denique nihil tam vile, neque tam
vulgare eſt, cujus partem ullam reliquerint:
etenim quid tam eſt commune, quam ſpiri-
tus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus,
littus ejectis? id eſt, ita vivunt dum poſſunt,
ut

ut ducere animam de cœlo non queant: ita moriuntur, ut eorum oſſa terra non tangat: ita jactantur fluctibus, ut nunquam abluantur: ita poſtremò ejiciuntur, ut ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant. hactenus Cicero. Primùm autem Publicius Malleolus, matre interemta, inſutus culeo in mare præcipitatus eſt, Livius libr. 48. Cum itaq; vaſallus fratrem ſuum vel fratris filium interficiens parricidii reus fiat, æquum eſt, ne tanto ſcelere pollutus, in curia domini amplius verſetur. d. c. unic. an ille qui interfecit fratrem domini ſui &c. Sic vaſallus, qui inceſtum committit, 105
ut qui ſororem ſuam vitiat, feudo privatur, Bald. in d. c. unic. § 1. quib. mod. feud. amittatur, Zaſius in epitom. feudali, parte decima, de feudi amiſſione num. 29. Jacob. Cujac. in d. c. unic. quib. mod. feud. amitt. At vaſallus, qui ſororem domini vitiat, feudo non privatur, niſi ſoror in domo domini & in capillo fuerit, ut ſuprà eſt expoſitum. Diverſitatis ratio eadem hic eſt, quæ in ſuperiori caſu, quia inceſtus gravior eſt ſtupro. Septimò, feudum 106
amittit vaſallus, ſi eos qui contra dominum cõſpiraverunt, non indicaverit, c. unic. § præterea ſi vaſallus, quæ fuit prima cauſa benef. amitt. Barto. in l. utrum, in fi. numer. 6. ad l. Pompejam, de parricid. Brunus conſ. 28.
 num.

107 num. 2. Aliàs & regulariter quidem, qui ſcit crimen aliquod, non tenetur illud detegere, nec propterea ulla pœna plectitur, gl. in l. culpa caret, de reg. jur. & ibi Decius n. 4. & Cagnol. nu. 10. Bart. in l. 1. § ſed in eo. ad Syllani. & in l. metum. § ſed licet, quod metus cauſa, idem in l. ut vim, n. 12. & ibi Jaſ. n. 32. Decius n. 33. de juſt. & jur. Regulariter dixi, propterea quòd etiam jure civili, certis caſibus, qui ſcit crimen, prodere illud tenetur, aliàs punitur: ut in crimine læſæ majeſtatis, qui ſcit aliquos contra principem conſpiraſſe, eos indicare debet, l. quiſquis, § id quod, in illis verbis, de ſatellitib. conſciis, ad l. Juliam majeſtatis, Bar. in l. 1. § occiſorum, ad Syllani. & in d. l. utrum. in fin. ad l. Pompejam, de parricid. Decius in d. l. culpa caret, num. 9. & ibi Cagnol. num. 10. de regu. jur. Et filius qui ſcit aliquos contra patrem conſpirationem iniuiſſe, conſpirationem debet detegere, d. l. utrum, ad l. Pompeiam, de parricid. Decius in d. l. culpa caret. num. 8. verſicu. & prædicta. de reg. jur. Menoch. de arbitrar. jud. quæſt. d. lib. 4. caſu 335. num. 15. modò crimen probare poteſt: ſi crimen probare non poteſt, non tenetur etiam dictis caſibus & ſimilibus crimen prodere, & ſe in periculum aliquod conjicere, Angel. in tractatu maleficio. ſuper verbis. *che*

hai

hai tradito. num. 10. Decius in d. l. culpa caret, num. 9. Capicius deciſio. 155. num. 10. Anton. Gab. Roman. lib. 7. concluſio. tt. de maleficiis, concluſio. 37. Mynſing. cent. 5. obſerva. 40. & hoc Matth. de Afflict. mente tenendum eſſe monet, in conſtitut. Neapolitan. Rubr. 21. nu. 1. lib. 1. & hæc eſt magis communis & humanior ſententia, Rolandus à Valle conſil. 88. num. 10. cum ſequent. in 2. volum. quamvis a- 102
liter Bartolo viſum fuerit, in d. l. utrum, ad l. Pompeiam, de parri. ubi indiſtinctè tenet, cõſcium criminis, crimen detegere, ſive probare illud poſſit, ſive non. Sed illam Bartoli opinionem, licet eam complures ſequuntur, probare neutiquam poſſum, eamque rectè rejicit Menochius de arbitra. jud. quæſtio. libr. 2. centur. 4. caſu 355. numer. 10. & Gigas illam nimis rigeroſam eſſe tradit, in tractatu de crimine læſæ majeſta. in Rubr. de plurib. & variis quæſtionib. quæſtion. 2. num. 10. & anima Bartoli ſepulta eſt in inferno propter illud dictum, ut poſt Baldum Hippolyt. de Marſiliis tradidit ſingulari 164. & omnes ſunt homicidæ qui Bartolum ſequuntur & homines occidunt, ob id ſolummodò quòd non revelant ſecretum non probabile, Angel. Aretin. in tracta. de maleficiis in verbis, *che hai tradito la tuam patria*, Marſilius d. ſingul. 146. Roland.
à Val-

Digitized by Google

109 à Valle d. conſil. 88. num. 20. Octavò, feudum amittit vaſallus, ſi domino ſuo juſtitiam facere noluerit, & hoc latere non debet, ut Obertus de Orto inquit in d. c. unico, ſi illud tamen non lateat, quæ fuit prima cauſa beneficii amitt. Juſtitiam noluiſſe facere vaſallus dicitur, ſi feudi ratione à domino in judicium vocatus, edictis non obtemperaverit. Nam etſi feudi amittendi nulla alia cauſa fuerit: tamen propter contumaciam feudo plectetur; atque ita Alvarottus & alii hæc verba, juſtitiam facere noluerit, intelligunt. Nonnulli ea ita exponunt, ut dicant vaſallum feudo privari, ſi incuria ſua domino jus reddere noluerit. Sed & alii exiſtimant, Obertum de Orto hoc velle, quod vaſallus feudo plectatur, ſi electus inter pares curiæ, ut in cauſa feudali judicet, judex eſſe recuſaverit, vel ex bono & æquo non judicaverit, Jacob. Cujacius in d. c. unic. quæ fuit prima cauſa benefi. amitt. ſed prima expoſitio fortè textui magis congruit, propterea quòd Obertus de Orto refert, ſe hanc ipſam cauſam, ſi vaſallus domino juſtitiam facere noluerit, alio libro expoſuiſſe. Extat autem hæc ſententia Oberti de Orto, libro ſecundo feudorum, titul. de milite vaſallo qui contumax eſt: in illo titul. Obertus docet, dominum feudi,

Digitized by Google

di,feudo mulctari,ſi vaſallo juſticiam facere noluerit,hoc eſt,ſi ter citatus in judicium non venerit. Nonò,feudo privatur vaſallus,ſi do- 110
minum injuria affecerit, vel ſi vitæ ipſius palam vel etiam clam inſidiatus fuerit, ut ſi fortè venenum malum domino præbuerit, d. c. unic. §. porrò, quæ fuit prima cauſa beneficij amitt. Venenum dico malum, quia venenũ, nomen medium eſt,& tam id quod ad ſanandum, quàm id quod ad occidendum paratum eſt, continet l. 3. §. 1. ad l. Cornel. de ſicar. Ob id Caius ICtus monet, eum qui venenum dicit, adjicere debere, utrum de malo an de bono veneno ſentiat in l. qui venenum de verbor. ſignificat. Et quod de injuria dictum eſt, nõ tantum de reali, ſed etiam verbali intelligendum eſſe, Jacobus de Ardizo. tradit in ſumma feudali, in 2. parte, primæ partis princip. tit. quib.mod.feud.amittatur, eumq; ſequitur Matth. de afflict. deciſio. 265. n.61.
Decimò, feudum amittit vaſallus, ſi ſervitium, propter quod beneficium datum fuerit, 111
facere recuſaverit, nec alia juſtior cauſa eſt beneficij auferendi, ut dicitur in d. c. unico, §. ſed non eſt alia, quæ fuit prima cauſa benefic. amit. Ait Obertus, propter quod beneficium datum fuerit; poteſt enim feudum ad certum ſervitium concedi, & hoc ſi factũ

fuerit,

fuerit, ad illud tantùm ſervitium præſtandũ vaſallus obſtrictus eſt, non etiam ad alia ſervitia, ut ſuprà c. 1. expoſitum eſt. Et ſi vaſallus ſervitium, ad quod nominatim ſe obligavit, non præſtiterit, feudo privabitur: qui enim fidem conventionis non ſervat, privandus eſt eius emolumento, Bald. in d. c. uni. §. porrò, quæ fuit prima cauſa benefi. amit. & qui fidem non præſtat, eam ſperare non debet, Bald. in d. c. unic. §. ult. in fine, de forma fidelitatis, nec debet recipere quod oportet, qui non facit quod debet, Bald. in c. uni. qua-
112 liter domin. proprie. feudi privetur. Vndecimò, feudo privatur vaſallus, ſi delator domini ſui extiterit, & per iſtam delationem dominus grave diſpendium fuerit paſſus, d. c. unico, §. item ſi delator, quæ fuit prima cauſa benefic. amitt. Delator propriè dicitur, qui rem ad fiſcum pertinentem, fiſco præmii cauſa denunciat, toto. tt. de delatorib. lib. 10. C. & ibi Cuiac. & de delatorib. ac rebus ad fiſcum pertinentib. in c. unico, quæ ſunt regalia, dicemus. Nonnunquam delator pro accuſatore ſumitur, ut in l. Senatus, l. deferre, §. iidem decreverunt, de jure fiſci. Hic utroque modo delatoris nomẽ nõ incommodè accipiemus: Franciſc. Curtius in 4. parte tractat. feudalis in 29. cauſa privatio. feud. Et vaſallus, qui

delator domini ſui exiſtit, hoc eſt, qui fiſco nunciat dominum feudi delictum ſive crimẽ aliquod commiſiſſe, vel qui dominum ſuum accuſat, feudo privatur, ſi modo dominus per huiuſmodi delationẽ grave diſpendium ſuſtinuerit, ut Obertus de Orto adjicit in d. c. unico, §. item ſi delator. quæ fuit prima cauſa benefi. amitt. Duodecimò, vaſallus feudo 113
privatur, ſi dominum carcere incluſum cùm potuerit, non liberaverit, d. c. unic. verſicu. vel ſi cognoverit, quæ fuit prima cauſa benefic. amit. Carcer mala manſio dicitur, in l. item apud Labeonem, §. quæſtionis verbo, de injuri is, & atrocem injuriam infert, Bald. in c. un. §. denique, in verbo, parricidij, quæ fuit prima cauſa benefic. amit. ac torturæ ſpecies cenſetur, Baldus in l. 2. colum. 2. verſ. quæritur, C. de Epiſcop. audien. Thom. Grammat. conſ. 60. n. 4. Rolandus à Valle conſ. 17. num. 21. in 3. volu. & denique libertatem, quæ res eſt inæſtimabilis, l. libertas, de regu. juris, §. fin. inſt. quibus ex cauſis manumit. non licet, & quam nemo ſanę mentis cum regno Perſarum commutaret, ut Buris & Spartis Lacedæmonij apud Plutarchum in apophthegma cẽſuerunt, aufert, Roland. à Valle conſ. 2. n. 48. in 1. vol. idem conſil. 57. n. 40. in 3. volum. Tiraquell. de pœnis, cauſa 41. n. 2.

Indè

114 Inde traditum eſt, non valere conventionem per quam debitor pro debito ad carcerem ſe obligat, Bartolus & alij in l. Titio centum, §. 2. de conditio. & demonſtratio. Tiraqu. de pœnis, d. cauſa 41. Henning. Gode conſil. 34. n. 33. & latius conſil. 103. n. 8. Cum itaq; vaſallus injuriam à domino ſuo propulſare debeat, & ad hoc nominatim jurejurando ſe adſtrinxerit, c. unico, de nova forma fidelit. & dominus in carcerē compactus atroci, ut dictum eſt, injuria afficiatur, ſequitur vaſallum rectè feudo privari, ſi contra præſtitum juramentum venerit, & dominum è carcere cùm potuerit, non liberaverit. Hoc tamen ita demum procedit, ſi dominus iniuſtè fuerit incarceratus: ſi juſtè in carcerem coniectus ſit, non tenetur vaſallus eius liberationem procurare. Et ita limitanda eſt diſpoſitio dicti verſiculi, vel ſi cognoverit, ſecundum Andr. de Iſer. ibi, quem reliqui Dd. ſequuntur, ut dicit Jacobin. de feudis ſuper verbis, dictiq; vaſalli. n. 37. Julius Clar. in §. feudum, quæſt.
115 24. n. 2. Decimo tertiò, vaſallus feudo privatur, ſi feudum vel feudi partem aut feudi conditionem ſciens inficiatus fuerit, c. unic. §. vaſallus ſi feudum, & rurſus §. vaſallus feudum, ſi de feudo defuncti &c. c. unic. §. fin. de lege Conradi, Bald. l. 2. n. 7. C. quomodo & quando

quando judex. Laudenſ. c. unic. § ſi verò Caſtaldi, num. 15. de feudo Guardiæ, Paris de Puteo de redintegra. feud. c. 52. nu. 4. cũ ſequenti. Petrus Duenas in regula juris 325. Per cõditionem, ſervitium feudo impoſitum intelligitur, ut Cujac. notavit in d. c. uni. § vaſallus ſi feudum, ſi de feudo defuncti conten. ſit &c. Et vaſallus qui ſervitium, quod feudi nomine præſtare tenetur, ſciens inficiatur, feudũ amittit: hæc inficiationis pœna eſt. Sic leges quoq; 116
civiles ſæpius inficiationem puniunt. Fidejuſſor qui inficiatur ſe fidejuſſiſſe, auxilium diviſionis ſive epiſtolæ D. Hadriani perdit, l. ſi dubites, § ita demum, de fidejuſſoribus: ſicut & beneficium excuſſionis, Jaſon in l. quod te, num. 30. ſi certum petatur, Roland. à Valle conſil. 88. num. 2. cum ſequent. in 4. volum. Et qui negat ſcripturam ſuam, amittit beneficium exceptionis non numeratæ pecuniæ in authent. contra qui propriam, & ibi Baldus & Salicetus, Cod. de non num. pecun. Heres qui negat rem eſſe hereditariam, & de mendacio convincitur, perdit beneficium Falcidiæ, Jaſon in l. 1. num. 11. C. de tranſact. Sic qui negat ſe damnum dediſſe, in duplum tenetur, cum alias actio legis Aquiliæ in confitentem in ſimplum competat, l. inde Neratius, § hæc actio. ad l. Aquil. Qui item inficia-

tur depoſitum tumultus, incendii, ruinæ & naufragii cauſa, in duplum condemnatur, l. 1. depoſiti: & denique in duplum condemnatur, qui legatum piis cauſis relictum abnegat, § fin. inſtitut. de obligat. quæ quaſi ex contractu naſcuntur, Molin. in conſuetud. Pariſio. tt. 1. § 30. num. 5. Antonius Gabr. Roman. lib. 5. concluſi. tt. de acquir. vel amit. poſſeſſ. concluſi. 5. Ita demum tamen vaſallus propter inficiationem feudo privatur, ſi inficiationem antequam de mendacio convinceretur, non revocaverit. Revocanti inficiationem refuſis expenſis & damno quod dominus propter inficiationem perpeſſus eſt, reſarcito, venia datur, Baldus c. unic. § vaſallus 1. num. 7. & ibi Alvarottus num. 6. Præpoſit. num. 2. Matthæ. de Afflict. num. 1. & 2. ſi de feudo defuncti cōtent. &c. ſive ante ſive poſt litis conteſtationem revocaverit, Jacobus de Belviſ. Bald. & Matthæ. de Afflict. in d. § vaſallus, quamvis nonnulli adfirment inficiationem poſt litis conteſtationem fruſtrà revocari, ſi dominus vaſallum de mendacio convicerit aut convincere paratus ſit, Alva-
117 rott. Præpoſit. & alii d. § vaſallus. Videamus porrò, utrū vaſallus feudo privari etiam poſſit, ſi inficietur inſtrumentū feudi: pone dominus petit à vaſallo, ut inſtrumentū feudi &

titu-

titulum ſuæ poſſeſſionis edat: Vaſallus negat ſe inſtrumentum aliquod habere, poſtea de mendacio convincitur: quæritur an propter hujuſmodi inficiationem feudo privari poſſit. Atque ita quidem videtur dicendum; nam vaſallus tenetur edere inſtrumentum feudi, Bald. in l. inſtrumenta, num. 7. C. de fideicom. idem Baldus in l. 2. numer. 7. C. quomodo & quando judex ſententiam proferre debeat, idem Bald. in c. unico, num. 2. ibi, titulum poſſeſſionis cogitur dicere, de vaſallo qui contra conſtitu. Lotharii beneficium alienavit, Andr. de Iſernia in c. unic. § illud quoque præcipimus, verſi. ſed an vaſallus debeat oſtendere, de prohib. feudi alien. per Frider. & ibi latè Matthæ. de Afflict. nu. 29. idem Matthæ. de Afflict. in deciſio. Neapolita. 265. incipiente: illuſtriſſime domine dux, num. 87. ibi inquit: etſi nemo tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, ut in l. cogi. Cod. de petit. heredi. tamen hoc fallit in feudalibus, ſi dominus hoc requirat, & ille qui eſt requiſitus, fatetur ſe vaſallum ejus eſſe, Molinæ. in cõſuetud. Pariſio. tt. 1. § 5. nu. 6. circa finem, ubi ſimiliter tradit, id quod dicitur, neminem cogi dicere titulũ ſuæ poſſeſſionis, in vaſallo locum non habere: & latè proſecutus eſt Roland. à Valle in conſil. 89. in 2. volu. Johan. Saiſon in conſue-

tud. Turonen: tt. 1. articu. 2. Et hæc ſententia probatur per ea, quæ in ſimili de clerico traduntur, qui titulum ſuæ poſſeſſionis oſtendere cogitur per text. in c. ordinarii, de officio ordinarii 6. ubi Philippus Francus ex illo
118 textu ad vaſallum arguit. Sic è contrario dominus feudi tenetur vaſallo fines & limites feudi oſtendere, glo. in c. unico, § illud quoque de prohib. feud. alien. per Fridericum, & ibi Baldus, Johan. Saiſon in conſuet. Turo. tt.
119 1. art. 2. Et hæc in vaſallo procedunt, qui recenter poſſeſſionem feudi nactus eſt, hic domino petenti titulum ſuæ poſſeſſionis edere cogitur: ſecus eſt in vaſallo qui longo tempore vel ab antiquo feudum poſſedit: is ad editionem tituli compelli non poteſt, Andreas de Iſernia in d. c. uni. § illud quoque præcipimus, nu. 66. de prohib. feud. alien. per Frideric. & ibi Matthæus de Afflictis num. 33. qui adducit textum in c. unic. § ſi quis per 30. annos, ſi de feudo defuncti cõtentio ſit: qui vult eum qui per triginta annos rem aliquam ut feudum poſſedit, & ſervitium domino exhibuit, præſcriptione triginta annorum ſe tueri poſſe, & illa diſpoſitio redderetur eluſoria, ſi ultra temporis poſſeſſionem vaſallus titulum ſuæ poſſeſſionis edere teneretur. Et de vaſallo qui per triginta annos feudum poſſedit, exiſti-

exiſtimo, exaudiendum eſſe Bartolum in l. unic. C. de conductorib. prædiorum fiſcalium libr. 11. ubi vult, ipſo jure nullam eſſe citationem, ſi dominus citet vaſallum, ut oſtendat jura ſua feudalia, ſub comminatione, quòd aliàs feudum ipſi eripiet: quod dictum Bartoli refert Roland. à Valle conſil. 66. num. 21. in 3. volum. idq; diligenter notandum eſſe monet Jaſon. in § actionum, inſtit. de actionib. quamvis alii aliter id intelligunt, ut apud Roland. à Valle d. con. 89. num. 27. in 2. volum. videre licet. Sic clericus qui per triginta an- 120
nos rem aliquam poſſedit, ad edendum titulum ſuæ poſſeſſionis non cõpellitur, Bald. in l. ſive poſſidetis, num. 1. verſ. quartò oppono, ibi, & iſtud eſt verum in poſſeſſione recenti, C. de probationib. Johan. Andreæ, & cõmuniter Canoniſtæ in c. illud, de præſumtionibus, ubi Felinus hanc ſententiam pluribus firmat, Philip. Franc. in c. ordinarii, de officio ordinarii, Jaſon in l. qui in aliena, n. 38. de acquir. hered. & in l. ſciendum, nu. 17. de verbo. obligat. Et cùm exemplo clerici, ut ſupra dictum eſt, receptum ſit, ut vaſallus titulum ſuæ poſſeſſionis edat, clericus autem ad editionem tituli non teneatur, ubi per triginta annos fundum poſſedit, æquum certè eſt, ut quo caſu clericus onere illo relevatur, eodem caſu etiam

iam vaſallus onere illo relevari debeat, idq; multo magis tunc procedit, cùm vaſallus feudum per tempus immemoriale poſſedit: tempus enim immemoriale habet vim privilegii à principe legitimè obtenti, ut dicemus in c.
121 unico, quæ ſunt regalia, infrà. Decimo quartò, vaſallus feudo privatur, ſi cum inimicis domini ſui amicitiam contraxerit, c. unic. quot teſtes ſunt neceſſarii ad probandam feudi ingratitudinem, glo. in c. uni. § porrò, quibus mod. feud. amittat, l. 1. § cùm patronus, de officio præfecti urbi, ubi Baldus ſcribit, quòd qui confœderat ſe cum inimico domini ſui, debet feudo privari., Menochius conſil. 102. num. 9. Thomas Grammat. conſil. civili 24.
122 num. 7. Contrahendo enim amicitiam cum inimicis, præſumitur & ipſe inimicus factus, l. liberi, in illis verbis: vel inimicis ſuis ſuas amicitias copulavit, C. de inoffic. teſtament. & ibi Jaſon, Baldus, Paulus de Caſtro & Salicetus notârunt, Baldus in l. ſi quis teſtibus, C. de teſtibus, Bartol. in l. ſciendum, de legat. 1. Baldus in l. 1. Cod. ſi quacunque præditus poteſtate, Fernandus Vaſquius in d. l. liberi, numero 8. C. de in offic. teſtament. Menochius conſil. 102. num. 10. Grammat. d. conſil. 24. num. 6. Et paria videntur, eſſe inimicum, & amicum inimici, Loffredus conſil. 5. num. 21.
pro-

propterea quòd ſimilis quis eſſe præſumitur illis, cum quibus illi eſt amicitia, conſuetudo & familiaritas, l. eum qui, C. de epiſcop. & clericis, & ibi Baldus notat, quòd ratione malæ ſocietatis præſumitur aliquis malus, c. clericus 81. diſtinct. c. pervenit 2. quæſt. 7. & in illis locis dicit gloſſa, præſumi pro aliquo vel cōtra aliquem ex ſocietate: & qui mala utitur ſocietate, malos acquirit mores, Bald. in l. ædiles, § hoc autem, de ædil. edict. per textum ibi, in illis verbis: imitatione ſervorum factus eſt aleator fortè, vel vinarius vel erro, & ibi Accurſius monet, ut cum bonis ambulemus, mores enim inquit à conjuncto formantur: 123
ac malorum conſortia bonos corrumpunt, c. ſæpe, 28. quæſt. 1. quod veteres hoc proverbio ſignificare voluerunt, ἂν χωλῷ παροικήσῃς, ὑποσκάζειν μαθήσῃς, id eſt, ſi juxta claudum habitaveris, diſces & tu claudicare, Plut. in lib. de liberis educ. Hinc & Pythagoras præcepit μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων, hoc eſt, ne guſtemus ex his quibus nigra cauda eſt, volens ſignificare cum illis conſuetudinē non eſſe habēdā, quos morū depravatio denigrat: tantā enim vim aſſidua cōſuetudo habet, ut imprudentes etiam imitemur eorū vitia, cum quib. vivimus. Sic Platonis familiares

liares expreſſerunt contractos illius hume-
ros: & Ariſtotelis amici ejuſdem balbutiem
imitati ſunt : & Alexandri familiares ejus
cervicem inflexam, & in dicendo vocis aſpe-
ritatem repræſentârunt, Plutarchus in libro
de ratione dignoſcendi verum amicum ab
adulatore. Et ideo Seneca in libro de tran-
quillitate vitæ monet, ut amicos vacuos à
cupiditatibus eligamus. Serpunt enim vi-
tia, & in proximum quenque tranſiliunt &
contactu nocent. Itaq; quod in peſtilentia
curandum eſt, ne corruptis jam corporibus
& morbo flagrantibus aſſideamus, quia peri-
cula trahimus: ita in amicorum legendis in-
geniis,dabimus operam, ut quàm minimè in-
quinatos aſſumamus. Vaſallus itaque inſinu-
ans ſe in amicitiam ejus, qui inimicus domini
ſui eſt, inimicus quoq;,ut dictum eſt,fieri vi-
124 detur, & quaſi alter inimicus eſt. Ut enim a-
micus veteri proverbio dicitur alter ipſe, Ari-
ſtotel.lib.9.ethico. c. 9. ſicuti frater quaſi ferè
alter: Gellius libr.13.c. 10. ita qui amicus eſt
inimico, alter inimicus cenſetur eſſe, & ideo
vaſallus propter hujuſmodi amicitiam cum
inimicis domini contractam, feudo priva-
tur, ſi modò dominus feudi aliquid damni
& detrimenti inde perceperit: alias ſola ami-
citia cum inimico domini contracta, non eſt
cauſa

cauſa ſufficiens privationis feudi, gloſſ. in c. unic. § porrò, & ibi Alvarot. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. Laudens. in c. unic. § item fidelis, quib. mod. feud. amit. Franciſc. Curt. in 4. parte tractatus feudalis in 15. cauſa privationis feudi, Grammat. in deciſionib. Neapolita. deciſi. 18. num. 6. Roland. à Valle conſ. 1. num. 83. cum ſequent. in 3. volum. ibi num. 87. tradit, dominum debere probare, vaſallum in ipſius perniciem, amicitiam cum inimicis ſuis contraxiſſe. Amicitiam autem contraxiſſe vaſallus cum inimico domini videtur, quando cum inimico domini, in ipſius domo verſatur, Felinus in c. repellantur, numer. 1. de accuſationib. aut quando ipſe & inimicus domini communi victu utuntur, Bald. in c. accedens, num. 1. ut lite non conteſtata, Curt. ſenior in tractat. de teſtibus, concluſ. 30. Menoch. conſ. 99. num. 87.

Decimo quintò, vaſallus feudo privatur, ſi 125
proditionem aliquam commiſerit, ſive dominum ipſium prodiderit, Gigas in tracta. de crimine læſæ majeſtat. lib. 3. quæſt. 5. ſive alium quemcunq; c. uni. ibi hominem tradendo, an ille qui interfecit fratrem domini ſui feudum amittat. Proditionis maximum crimen eſt, idque ex multis intelligitur: primùm ex eo, quòd quamvis puniri non poſſit, qui banni-

tum ſtatuto cõcedente occidit, Baldus in l. pactum, Cod. de tranſact. Paris de Puteo in tractatu ſyndicatus: tamen punitur, qui proditoriè bannitum interemit, Menochius de arbitra. jud. quæſtio. lib. 1. quæſt. 90. num. 49. Secũdò ex illo, quòd jure canonico proditorius homicida ab Eccleſia invitus abducitur, c. 1. de homicidio, & ibi Felinus, Guido Papa in deciſionib. deciſio. 121. Boerius deciſion. 109. quamvis alias homicida jure canonico immunitate Eccleſiarum gaudeat, Didacus Covarruias lib. 2. variar. reſolutio. c. 20. Jure canonico dixi, quia ſecus eſt jure civili, Novella. 17. in qua Juſtinianus ita inquit: homicidis adulteris & virginum raptoribus, & omnibus talia delinquentibus, in locis ſacris ſecuritatem non ſervabis, ſed inde eos abſtrahes & ſupplicium illis irrogabis, quia ſacrorum locorum immunitas non ἀδικοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀδικουμένοις, hoc eſt, non injuriantibus, ſed affectis injuria datur. Tertiò hujus delicti enormitas inde etiã cõſpicitur, quòd proditorum inſignia delentur, Bartolus in l. eorum, de pœnis, Romanus ſingula. 474. eorum arma, & rurſus ſingulari 666. an arma, Tiraquel. de nobilita. c. 20. num. 120. Menochius de arbitra jud. quæſtio. libr. 2. centuria 3. caſu 281. Gigas in tractatu de crimine læſæ maje-

ſta.

ſta.lib. 3. quæſt. 8. Proditionis igitur crimen, atrox crimen eſt, & ob id conſuetudinibus feudalibus receptum eſt, ut vaſallus proditor feudo privetur. Decimoſextò, vaſallus feu- 126
do privatur, ſi ſecreta domini ſui revelaverit, c. uni. quib. mod. feud. amitt. c. uni. ibi, ne ſit ei damno, de ſecreto ſuo, de forma fidelitatis, c. unico, ibi, ſi aliquid mihi de ſecreto manifeſtaveris, de nova forma fidelitatis, & ibi Andreas de Iſernia & Matthæus de Afflictis notârunt. Revelatores ſecretorum odio ſemper fuerunt, & ideo vetuſtas, ut homines ab hoc ſcelere deterreret, finxit: Siſyphum, quòd deorum ſecreta hominibus patefeciſſet, ea apud inferos pœna affectum fuiſſe, ut ingens ſaxum ad montis acumen deferret, quod inde relapſum ſtatim repeteret. Valerius quoque Maximus libr. 1. titulo de cultu deorum refert, Tarquinium regem, M. Tullium Duumvirum, quòd librum ſecreta civilium ſacrorum continentem cuſtodiæ ſuæ commiſſum, corruptus Petronio Sabino deſcribendum dediſſet, culeo inſutum, in mare abjici juſſiſſe. Et Paulus JCtus ſcribit, transfugas ad hoſtes vel conſiliorum renunciatores aut vivos exuri, aut furca ſuſpendi debere, l. ſi quis aliquid, § 1. de pœnis. In vaſallo autem idcircò hoc crimen deteſtabilius eſt, quòd

quòd vaſallus tempore inveſtituræ nominatim & expreſſis verbis jurat, ſe ſecreta ſibi à domino commiſſa nemini manifeſtaturum, ut ex formula juramenti videre licet, d.c.uni. de nova forma fidelitatis. Perjurus itaque fit vaſallus, cùm ſecreta domini ſui prodit, & ob id inter cauſas, propter quas vaſallus feudo privatur, meritò & hæc cauſa, ſi ſecreta domini manifeſtaverit, conſuetudinibus feudalibus eſt recepta. Et per ſecreta intelligimus dicta & facta ſecreta, Matthæ. de Afflictis, c.unic.numer.8. de forma fidelita. quia conſuetudines feudales generaliter loquuntur, & propterea generaliter ſunt intelligendæ, l. 1.§ cum urbem, de offic. præfect.urbis, l.1.de lega.præſt. Et nihil refert damnum ex revelatione dominus acceperit an non. Nam & cum damnum nullum dominus ex revelatione accepit, vaſallus feudo privatur, Zaſius 10. parte numer. 35. Gigas de crimine læſæ majeſtatis, Rub. qualiter & quibus quæſtio.
127 21. numer. 8. Si modò eo animo ſecreta manifeſtaverit, ut domino feudi noceret, textus eſt in d.c.uni.quibus mod.feud.amittat. quod tunc feciſſe videtur, ſi probatum fuerit, vaſallum alias dominum odio habuiſſe, aut damnum domino ex aliqua alia cauſa intuliſſe, Capicius deciſio. 130. incipient. primum dubium

bium eſt, nu. 13. Rolandus à Valle conſil. 1. nu. 39. in 3. volu. Andreas de Iſern. in d. c. uni. quib. mod. feud. amittat. Sed & eo non probato, præſumptio eſt contra vaſallũ quod ſecreta domini revelaverit, ut domino noceret, & propterea vaſallus contrarium quod non animo nocendi domino ſecreta manifeſtaverit docere cogitur; Aluarot. Præpoſit. Matth. de Afflict. c. uni. §. porrò, quæ fuit prima cauſa; Iacob. ſuper verbis, dictiq; vaſalli, n. 28. Si vaſallus ſecreta domini prodidit non eo animo, ut dominum læderet, feudum non amittit: Andr. de Iſern. in d. c. un. verſi. item nota quod dicit gl. & ibi Bald. & Matth. de Afflict. colu. 3. & Præpoſit. in Rubr. colu. 1. verſi. prima eſt; & idem colu. 2. verſi. extra gloſſam, quib. mod. feud. amitt. Si ergo vaſallus Sempronio indicavit, ut ſibi à domino ſuo caveret, qui ipſum interficere conaretur, feudo non privatur; Andreas de Iſernia in d. c. uni. de nova forma fidelitat. Gigas in tract. de crimin. læſæ maieſt. lib. 1. quæſt. 21. Decimo ſeptimò; privatur vaſallus feudo, ſi teſtimonium contra dominum ſuum perhibuit, gl. in c. un. §. item ſi delator; quæ fuit prima cauſa benefic. amitt. quod Alvarott. in d. §. item ſi delator, n. 4. verſic. quod autem dixit gl. ita exaudiendum eſſe tradit; ſi vaſallus 128

ſponte

ſponte contra dominum teſtimonium dixerit, ſi vaſallus à judice coactus fuerit ad teſtificandum, excuſabitur. Debet igitur vaſallus ad teſtimonium contra dominum perhibendum vocatus, reſiſtere, & ſe, quòd contra dominum ſuum teſtari non poſsit, modeſtè excuſare, dicendo, conſuetudinibus feudalibus receptum eſſe, ut feudi amiſsione plectatur vaſallus, qui contra dominum teſtimonium perhibet: & ſi judex hujuſmodi excuſatione non obſtante, nihilominus inſtet, & vaſallum etiam ſub comminatione pœnæ urgeat, ut contra dominum teſtificetur, poteſt vaſallus abſque periculo contra dominum teſtimonium perhibere, quemadmodum eleganter ab Alvarotto in loco ſuprà dicto traditum eſt, ex quo id de verbo ad verbũ retulit Fran. Curt. in 4. parte tracta. feuda. in 32. cauſa privatio. feudi, nu. 7. atq; ita in facti contingentia aliquoties vidi obſervari. Etſi vaſallus in teſtem contra dominum productus, & de ſecretis domini interrogatus, ea revelaverit, nõ propterea poterit feudo privari, argumento eorum quæ traduntur per Abbatem in c. ſacerdos, extra de offic. ordi. Abbas & Felin. c. intimavit extra de teſtibus, Innocent. & Abbas c. qualiter & quando el. 1. extra de accuſat.
129 Decimo octavò, vaſallus feudo privatur, ſi

tur, ſi feudo abuſus fuerit, c. Fridericus, parag. quicunque advocatiam, de pace tenenda. Jacobin. de feud. in verbis, dictique vaſalli promiſerunt non committere feloniam, in 12 cauſa, Matth. de Afflict. in deciſio. Neapolita. 265. verſic. undecimo, Zaſius in epitome, parte 10. concluſio 8. Molinæus in conſuetudin. Pariſio. titu. 1. §. 30. n. 166. Abutitur vaſallus feudo, ſi malè tractet ſubditos, ſi deſtruat & diſsipet bona feudalia, ſi arbores fructiferas incidat, Matthæus de Afflict. d. deciſione 265. nu. 72. cum ſequenti, Rolandus à Valle conſil. 18. num. 11. cum ſequent. in 3. volum. Paris de Puteo de redinteg. feud. c. 47. & 105. nu. 5. Ideo verò vaſallus propter abuſum feudo privatur, quia uſufructuario ſimilis eſt, & uſumfructũ in feudo habet, c. un. §. fin. in quibus cauſis feud. amittat. & expoſitum eſt c. 1. ſuprà, & uſufructuarius, propter notabilem rei deteriorationem, uſumfructũ amittit, Paulus de Caſtro in authent. qui rem, & ibi quoque Jaſon. C. de ſacroſanct. eccle. Roland. à Valle d. conſil. 18. n. 13. in 3. volum. Et licet Jacobinus in tracta. *de roydis*, n. 46. & Gramma. deciſ. 104. tradiderint, nõ neceſſe eſſe hoc caſu, quòd monitio ſuperioris præceſſerit: tamen communiter Dd. ſentiunt ſuperiora nõ aliter procedere, nec vaſal- 130

lum

lum propter abuſum aliter feudum amittere, quàm ſi monitus à ſuperiori fuerit, ut deſiſteret, nec tamen vaſallus ab abuſu deſtiterit, Rolandus à Valle d. conſ. 18. n. 79. Crauetta conſ. 6. n. 108. Ægid. Boſſ. in tractatu crimin. titu. de princip. & privileg. ejus n. 56. ubi affirmat hanc eſſe veram & communẽ opinionem, Hartmannus Hartmanni in practicis obſervatio. titu. de feudis, obſervatio. 37. Nec obſtat quòd in factis negativis monitio eſt neceſſaria, ut quis in pœnam incidat, non in factis affirmativis, quale eſt, ut vaſallus feudum amittat, ſi malè tractaverit ſubditos, Innocentius in c. extirpandæ, extra de præbend. Nam hæc regula ſecundum Boſſium in loco proximè dicto, in feudis locum non habet, idq; Rolandus à Valle d. conſil. 18. nu. 30.
131 ſequitur. Poſtremò circa cauſas propter quas vaſallus feudo privatur notandum eſt, quòd vaſallus privari etiam feudo poteſt ex omnibus cauſis, propter quas filius à patre poteſt exheredari, d. c. un. §. prædictis modis, quæ fuit prima cauſa benefi. amitt. Olim exheredationum cauſæ certæ non erant: hodie certæ ſunt ex Juſtiniani conſtitut. hoc eſt, ex No-
132 vella. 115. ut cum de appella. cognoſ. In illa conſtitutione Juſtinianus 14. enumerat cauſas, propter quas parentes liberos exheredare poſ-

re poſſunt, & nominatim cõſtituit, ne præterea ullæ aliæ ingratitudinis cauſæ admittantur, Viglius in § fin. inſtit. de exhered. libero Sonsbek. de feud. parte 12. num. 51. Sed tamen interpretibus cõmuniter placuit, etiam alias cauſas ultra 14. ibi enumeratas conſiderari poſſe, quod in ſpecie affirmârunt, Alexand. conſil. 203. num. 6. lib. 2. Jaſon in authent. non licet, num. 7. C. de libe. præteri. Ruinus conſil. 74. num. 3. libr. 1. Felinus in c. paſtoralis, in prin. de reſcriptis, Decius in c. cum ſpeciali. num. 5. de appellatio. Marſil. in ſingul. ſingulari 28. Molinæ. in conſuetud. Pariſio. tt. 1. § 30. nu. 138. Johan. Saiſon in cõſuetud. Turonen. titu. 27. articu. 9. Bellonus in repetitione Rubricæ de edendo in C. nu. 81. Et ideo Menochius arbitrio judicis cauſas exheredationis relinquendas eſſe cenſuit libr. 2. de arbitra. jud. quæſtio. centur. 3. caſu 267. circa finem. Illud nunc monendum eſt, quòd 133
ſicuti vaſallus ex ſuprà memoratis cauſis feudo privatur; ita dominus quoque ex iiſdem cauſis proprietate privari poſſit. Ita traditum eſt in c. unic. § domino, ſi de feudo defuncti content. ſit: Dominus, inquit textus, ſi committat feloniam, per quam vaſallus feudum amitteret, proprietate feudi mulctatur. Sic in c. unic. qualiter dominus proprietate feudi

Nn privc-

privetur, dicitur, ex facto quæſitum ſcio, & ego à pluribus quæſivi, ſi dominus contra vaſallum apertam feloniam fecerit, an ſicut vaſallus feudum debet amittere, ita dominus proprietate privetur. Et quidam dicunt, quòd ex omni felonia qua vaſallus feudo privatur, & dominus proprietate privetur, Gloſſa quoque in c. de forma. 22. quæſtion. 5. in verbo, vicem, inquit: eadem fide tenetur dominus ſubdito, qua ſubditus tenetur domino, & ſi dominus non fuerit fidelis ſubdito, privatur domino ſuo: dominus enim in omnibus vicem fideli ſuo reddere debet, quod ſi non fecerit, meritò cenſebitur malefidus, c. unic. § fin. de forma fidelitat. d. c. de forma. 22. quæſt. 5. & ibi d. c. unicum, de forma fidelitatis, de
134 verbo ad verbum refertur. Sunt quippe dominus & vaſallus relativa & correlativa, & ſtatutum in uno correlativorum extenditur ad aliud, l. fin. C. de indicta viduita. toll. atq; ita per hanc regulam correlativorum, idem in domino dicendum eſſe, quod in vaſallo diximus, ut nimirum dominus ex iiſdem cauſis proprietate privetur, ex quibus vaſallus privatur feudo, Hippol. tradidit in l. ſi quis viduam, col. 5. verſic. & dixit, de quæſtio. Jaſon in conſ. 136. col. 7. verſ. non obſtat. Dec. conſil. 185. colu. fin. & alii quos refert Ant.

Gabr.

Gabr. Roman.lib.6.concluſio.tt.de ll.& conſtitutionib. concluſio.3.num.34. Ex his conſequenter dicendum eſt, quod ſicuti vaſallus feudum amittit, qui inveſtituram intra annum & diem non petit: ita dominus quoque proprietatem feudi amittat, ſi vaſallum inveſtituram petentem, intra annum & diem non inveſtiverit, gloſſ. in c. unic. §. fin. per quos fiat inveſtitur. & ibi Bald. Jacob. de Belviſo, Alvarot.& alii, Bald.in c.uni.§.porrò, colum. 1.quæ ſit prima cauſa benefi. amitt. Præpoſitus in c. uni. quo tempore miles inveſtituram petere debeat, Jacobin. de feudis, in verbis, qui quidem inveſtiti præſtiterunt juramentum fidelitatis, colum.10. in fin. Sylvanus de feudi recognit. quæſtio. 30. Wurmſerus in practi.obſervatio. tt. de feudis, obſervat. 30. Hartman.Hartmanni in pract. obſervat.tt.de feudis, obſerva. 9. circa medium, Roland. à Valle conſil.18. num. 22. in 1. volum. Petrus Jacobi in pract.de cauſis, ex quibus dominus debet amitt. proprietatem. Similiter quemadmodum vaſallus non poteſt alienare feudum ſine conſenſu domini, ut ſuprà expoſitum eſt, ita quoq; dominus vaſallos ſine voluntate ipſorũ in alios transferre nõ poteſt, c. Imperialem, p§.ræterea ducatus, in fin. de prohib.feud.alienat.per Frider.c. uni. §.ex eadem

135 136

lege deſcendit, de lege Conradi. Menoch. in 10. remedio recuperandæ poſſeſſionis nume. 81. Matthæ. de Afflict. in deciſio. Neapoli. 265. num. 69. Rolandus à Valle conſil. 1. num. 34. in 1. volum. Cravet. conſil. 241. num. 6. Cotta in memorabilib. in verbo, vaſallus, Henning. Gode conſ. 2. mihi fol. 16. Roma. con. 26. incipiente pro deciſ. n. 11. & ibi prolixiſſimè Mandoſi. in verbo, alienari, quod ſi fecerit, proprietatem feudi amittit, ſicuti vaſallus feudo privatur, Wurmſer. in pract. obſervat. tt. de feud. obſer. 29. Curt. jun. conſil. 174. colu. 4. & colu. pen. in fin. Et hæc eſt communis opinio, Jul. Clarus in § feudũ, quæſt. 28. nu. 3. quamvis in dominum æquè bonum, vel meliorem quoq; & potentiorem vaſallus tranſtulerit, Fernand. Vaſq. lib. 1. controverſia. illuſtr. c. 5. quod tamen poſt And. de Iſern. Matthæ. de Afflict. in d. deciſio. Neapolitan. 265. num. 33. & aliis nõ placuit, Anto. Gabr. Rom. lib. 3. cõcluſio. tit. de jure quæſito non tollendo, concluſio. 8. nu. 15. Sed hæc ſententia ita procedit, ſi dominus unum vel certos vaſallos invitos
137 alienare vellet, id utiq; facere nõ poteſt. Secus eſt ſi dominus territorium totum abalienaret cum vaſallis, hoc caſu valet alienatio etiam ipſis vaſallis invitis, Bald. in l. 2. ſoluto matrim. idem in l. 1. colu. 5. in fin. verſic. vaſalli tamen,

men, C. de ſervis fugiti. & in d. c. Imperialem, § præterea ducatus, col. fin. circa fin. verſic. nota quòd dominus de prohib. feud. aliena. per Frider. Fernand. Vaſq. d. libr. 1. controv. illuſtr. c. 5. Cotta in memorab. in verbo, vaſallus, Jacob Puteus libr. 1. deciſio. deciſ. 39. atque ita communiter Dd. ſentiunt, Julius Clar. in d. § feudũ, quæſt. 28. num. 2. Rolan. à Valle d. conſil. 1. num. 88. in 1. volu. Molinæus in conſuetud. Pariſio. titul. 1. § 1. glo. 3. num. 25. Anton. Gabr. Rom. lib. 3. concluſio. titul. de jure quæſito non tollendo, conclu. 8. nu. 10. Nec enim novum eſt, ut cum univerſitate trãſeant, quæ per ſe alienari nõ poſſunt, Cravetta cõſi. 241. num. 5. & dictum eſt ſuprà c. 6. Tertiò ex ſu- 138
perioribus quoq; definiendum eſt, dominum feudi proprietate, quam in feudo habet, privari, ſi non faciat juſtitiam vaſallo, c. unic. in fin. de milite vaſallo qui contumax eſt, gloſſ. in c. unic. § item qui dominum, in verbo, juſtitiam, quæ fuit prima cauſa beneſi. amit. & illam gloſſ. cõmuniter Dd. ſequuntur, ut dicit Jacobi. de feudis, ſuper verbis, dictiq; vaſalli. nu. 24. Sylva. de feudi recog. quæſt. 30. n. 4. Jul. Clar. in § feudũ, quæſt. 68. Ex hujusmodi enim cauſa vaſallus feudum amittit, ut ſupra eſt expoſitũ. Quartò privatur proprieta- 139
te domin9 feudi, ſi feudo abutatur & ſubditos
 ſuos

ſuos malè tractet, Albe. de Roſa.in l. benè à Zeno.C.de quadrien. præſcript. Grāmat. conſil.162.num.15.cum aliquot ſeqq.Bart.Socin. conſil.272.num.9.in 2. volum. Imò & ſi ſubditi de domino ſuo hoc caſu non conquerantur: tamen ſuperior poteſt ſubditos eximere à jurisdictione & ſubjectione domini tyrannidem in illos exercentis, Johan. Fabri in §. fin. inſtitu. de his qui ſui vel alieni juris ſunt, Guid.Papa in deciſio.Gratianopol.quæſt. 62. Debet enim dominus ſubditos ſuos tractare tanquam filios & nepotes, l.ſi quis filium,ubi Jaſon circa princi. C. de inoff. teſtam. Bald. conſil460.lib.1.eosq; favoribus proſequi,l.1. C.de veteranis,lib.12.Angel.cōſil.110.& cùm ſit communis omnium pater, Roland.à Valle conſil.15.nu. 16. in 4. vol. paterno amore cōplecti,Roland.à Valle conſil.1.num.103.in 1. volum.& in eo ſtatu, quo ipſos reperit, conſervare,Joha.de Platea in l. neminem, in fin. C. de decurionib. libro 10. ita fiet, ut rurſus a ſubditis diligatur: & munitiſſimas civitates obtinet princeps,quem ſubditi fide & amore proſequuntur,Cravetta conſil. 241. num. 15. Sicut igitur vaſallus, qui feudo abutitur, feudum amittit,ut ſuprà dictum eſt; ita dominus qui abutitur vaſallis ſuis,amittit proprietatē: dominus enim & vaſallus ad paria judicantur,

tur, d. c. uni. de forma fidelitatis. Et licet hoc dominis durum videatur, aut terribile, ut Baldus loquitur: tamen ita lex ſcripta eſt, l. proſpexit, qui & a quibus manum. liberi non fiant. Sanè certis caſibus quædam domino 140
permittuntur, quæ vaſallis ſunt denegata: ut vaſallus prædium feudale, ſine domini conſenſu alteri pignori obligare non poteſt: dominus autem feudi invito vaſallo, proprietatem feudi alteri poteſt oppignorare, Baldus in c. unico, num. 2. verſi. quæro quid è contrario, & ibi Alvarottus num. 5. de prohib. feud. alien. per Fridericum, Iacobi. de feudis, ſuper verbis, qui quidem inveſtiti præſtiterunt juramentum, num. 16. Et hæc eſt communis DD. ſententia, Ripa in l. obligatione, nu. 40. de pignor. & hypothe. Iulius Clar. in §. feudum, quæſti. 28. nu. ulti. quæ tamen tunc procedit, cum dominus pro modica pecunia proprietatem oppignorare vult: ſecus eſt ſi pro magna pecunia, ita ut nulla ſpes luitionis eſſet, proprietatem oppignorare vellet, hoc utique dominus jure facere non poſſet, Alvarottus in c. uni. in prin. num. 5. verſi. limitat tamen hanc opinionem, de prohib. feud. alien. per Frideri. Hartman. Hartman. in pract. obſervat. tit. de feudis, obſervat. 41. Sic vaſallus tenetur fidelitatis ſacramentũ domino præ-

ſtare, niſi dominus vaſallo juramentum remiſerit: at dominus vaſallo non jurat fidelitatem, Andreas de Iſernia in c.uni. in fin. de forma fidel. & in c.uni. qualiter dominus proprietate privetur, Matthæus de Afflict. in deciſione Neapolita. 265. num. 3. Jacobi, de feudis, ſuper verbis, qui quidem inveſtiti, nu. 16. & ibi affirmat hanc opinionem communem eſſe, Jul. Clarus in § feudũ, quæſt. 70. Schurff. conſil. 10. num. 20. in 3. centur. Similiter vaſallus cui defenſio datur, de ſuo proprio facto, itemq; de facto ſuorum anteceſſorum jurat, ſe inveſtitum non eſſe, & cùm ſacramentales adhibet, ſex debent eſſe de parentibus, hoc eſt, cognatis ipſius vaſalli. Dominus verò feudi, de facto proprio jurat ſe vaſallum non inveſtiviſſe: de facto anteceſſorum ſuorum, ſe nec ſcire nec credere, vaſallum ab anteceſſoribus fuiſſe inveſtitum, & ſufficit ſi adhibeat duodecim ſacramentales, quamvis illi de parentibus ſive cognatis ipſius non ſint, ut ſupr. c. 7. in primo modo quo feudum acquiritur, circa finem dictũ eſt. Et his ac nonnullis aliis caſibus, quos refert Matth. de Afflict. in deciſio. Neapolitan. 265. & Jacobin. de feudis, ſuper verbis, qui quidem inveſtiti præſtiterunt juramentum, numer. 16. exceptis, quæ de vaſallo ſuprà tradita ſunt, ad dominum

minum quoque trahenda ſunt: ac caſus excepti firmant regulam in aliis caſibus non exceptis, l. nam quod liquidæ materiæ, § fina. de penu.lega. Bartol.in l.quæſitum, § deniq;, de feudo inſtructo &c. Cagnol. in l. 1. de reg.jur. Menochius conſil. 69. numer. 73. Videamus 141
nunc, vaſallo uſumfructum, vel domino proprietatem feudi amittente, ad quem uſusfructus vel proprietas devolvatur. Hæc quæſtio eſt valdè intricata, ſuperque ea gloſſæ & Dd. variârunt, Alvarott. in c.uni. § deniq; num. 8. quæ fuit prima cauſa benefi. amitt. Quod autem ad vaſallum attinet. qui feudum ex ſuprà memoratis cauſis amittit, ita diſtinguendum videtur: aut vaſallus amittit feudum, propterea quòd inveſtituram intra tempus legitimum non petiit, aut quia feudum alienavit, aut quia alias deliquit: atq; ita Ferrarien. pract. diſtinguit in forma libelli ad revocationem feudi, ſup. verbis, nec ſuperſtitibus, num. 27. Si propter non petitam intra tempus legitimum inveſtitura, vaſall9 feudum amittat, tunc feudum, ſi novum eſt, ad dominum revertitur, ſi antiquum aut paternum, tranſit at filios & agnatos ipſius vaſalli. Hæc diſtinctio eſt de mente Andreæ de Iſernia, qui omnium feudiſtarũ princeps fuit, Loffred. con. 1. num. 207. eamq; apertè approbat & ſequitur

tur Alvarott.in c.uni.nu.15.& ibi Præpoſitus nu.15.quo tempore miles, Alvarott.in c. un. §. fin. in 20.concluſio. quæ fuit prima cauſa benefic.amitt. VVurmſer. in practic, obſervat.tit.de feudis,obſerva.36. Et licet Barthol. Socin.conſil.66.num.18.in 3.volu.tradit,hanc opinionem eſſe tenendam,& Roland.a Valle affirmat,ei adhærendum eſſe in conſil.64. n. 31.in 2. vol.eamque eſſe ſequendam tanquā magis communem,in conſil.64.nu. 14. in 3. volu.tamen verius eſt, feudum propter non petitam juſto tempore inveſtituram addominum devolvi,ſiue antiquū fuerit,ſive nouum ita textus eſt ad literam in c.un. §. præterea ſi quis infeudatus,de prohib.feudi alien.per Frideric. Et hanc ſententiam ſecutus eſt Bald.in c.uni.nu.3.verſi.& poteſt poni exemplum, ſi vaſallus feudo privetur,cui deferatur,Paulus de Caſt.in l.adoptivum,§.patronum,de in jus vocan.Alexan.con.10.nu.7.lib.3.Socin.con. 66.nu.18.ver.quintò confirmatur iſta concluſio,in 3.vol.Ioha.Reynaudi in c. Imperialem, §.præterea ſi quis infeudatus,nu.29.circa fin. ubi ad argumenta,quæ in contrarium facere videbantur,reſpondet,de prohib.feudi alien. per Frid.Petrus Iacobi in practi.de cauſis, ex quibus dominus amitt. proprietat. in 11. diſtincti Hartman.Hartmanni in practi, obſerva-

vatio. titu. de feudis,obſerva. 25. Iacobi. de feudis ſup.verbis, qui quidem inveſtiti præſtiterunt juramentum,num. 46. ibi circa finem refert,Thaurini ſecundum hanc opinionem longo tempore fuiſſe judicatum: & denique hæc eſt communis opinio, Roland. à Valle d.conſ.64.nu.12. circa fin.in 2. volum. & conſ.40.nu.4.& conſ.64.nu.1.2.& 3.volu. & conſ. 100. nume.37.in 4. volum. Vaſallus enim qui inveſtituram debito tempore, hoc eſt,intra annum & diem à domino non petit, in ipſum dominum delinquit & dominum contemnit,& propter hunc contemtum, feudum ad dominum redit,d. c.unic. §. fin. quæ fuit prima cauſa benef.amitt.Hartman.Piſto. quæſt. 18.Hinc Guntherus lib.8. ita eleganter inquit:

Succeſſor feudi,totum ſi fortè per annum
Atq; diem, tacto primæ jam tempore pubis,
Sive dolo, ſeu deſidia, ſeu mente ſuperba,
Spreverit à domino feudalia poſcere jura,
Perdat,& hæc dominus proprios aſſumat in uſus.

Si vaſallus feudum alienavit abſque domini 142
conſenſu, diſtinguendum erit inter novum & antiquum ſive paternum feudum.Novum enim feudum ad dominum redit, Alvarot. in c,uni.§. fi.concluſ.19.quæ fuit prima cauſa benefic.

nefic. amitt. Andr. Geil. in pract. obſervat. lib. 2. obſer. 50. nu. 11. Johan. Reynaudi in c. Imperialem, §. pœna, n. 3. de prohib. feud. alien. per Frideric. niſi fortè conceſſum fuerit vaſallo & filijs ipſius, propter ſervitia & merita ipſorum, tunc alienatio, filijs, qui alias in feudo ſucceſſuri erant, non obeſt, VVurmſer. in pract. obſervat. tt. de feudis, obſervat. 5. Johan. Reynaudi d. §. pœna, num. 3. In hujuſmodi enim feudo filii ſuccedunt, non ex perſona patris, ſed ex propria perſona, & ideo pater feudum alienando, filijs non nocet, cùm filij non à patre, ſed à principe feudum habeant, Roland. à Valle conſ. 2. n. 108. in 1. volum. Matth. de Afflict. in c. uni. de aliena. feudi patern. Pinel in l. 1. C. de bonis mater. in 3. parte, n. 98. Antiquum ſive paternum feudum redit ad filios, Andreas Geill. d. obſervat. 50. n. 12. Wurmſerus in pract. obſervatio. tit. de feudis, d. obſervat. 5. ſi modò filij de hereditate patris nihil participant, Alvarott. in c. uni. §. hoc quoque, n. 1. verſic. ad filios autem ipſius alienantis, de ſucceſſ. feud. idem in c. uni. §. fin. concluſio. 26. quæ fuit prima cauſa benefic. amitt. idem Alvarot. in c. unic. §. Titius, n. 5. verſic. idem dicit ipſe, ſi de feudo defuncti conten. ſit, Joh. Reynaud. in c. Imperialem, §. pœna, n. 7. verſic. tamen hic atten-

hic attende, de prohib. feud. alien. per Frideric. Jacobi. de feud. ſuper verbis, & cum pacto de non alienando, n. 43. Si filij aliquid de hereditate paterna ſunt habituri, revocare feudum non poſſunt, Wurmſ. in pract. obſervationibus tit. de feudis, d. obſervat. 5. Roland. à Valle conſil. 71. nu. 37. in 2. volum. Heres enim contra factum defuncti venire non poteſt, l. cum à matre, C. de rei vindicat. l. ſi ab eo, C. de libera. cauſa, quia una perſona cum defuncto eſſe cenſetur, Tiraquel. de utroq; retractu, ſ. 1. gl. 9. n. 48. & rurſus de jure primogeniorum, quæſtio. 88. n. 1. Anton. Gabr. Roman. lib. 6. conclu. tit. de reg. jur. conclu. 11. Roland. à Valle conſil. 97. n. 46. in 1. volum. quod tamen non procedit, ſi heres cum beneficio inventarij hereditatem adivit, Alexand. conſ. 124. n. 8. in 4. vol. Rolan. à Valle conſil. 97. nu. 49. cum ſeqq. in 1. vol. ibi nu. 50. affirmat, hanc opinionem eſſe veriorem, licet nonnulli ab ea diſſentiant.
Filijs non exiſtentibus, agnati præferuntur 143
domino in feudo revocando, c. un. §. hoc quoque, & ibi Jacobus de Beluiſo, And. de Iſern. Lauden. & Alvarott. de ſucceſſio. feudi, gl. 1. c. un. §. porrò, in fin. & ibi Jacob. de Beluiſo, Bald. Laudenſis & alij, qualiter olim poterat feudum alienari, Alvarot, & Lauden.

in c. uni. §. ult. quæ fuit prima cauſa benefic. amitt. Jacobi. de feudis, ſuper verbis, & cum pacto de non alienando, n. 30. Paris de Puteo de redintegra. feudo. c. 241. n. 2. Joh. Faber in §. 1. inſti. de empt. & vendit. Tiraq. de utroque retractu §. 21. gl. unica, nu. 1. Roland. à Valle conſil. 57. n. 59. in 3. volu. Et hæc eſt magis communis opinio, Joh. Reynaud. in c. Imperialem, §. pœna, nu. 3. de prohib. feud. alien. per Frider. Et ſi agnati diverſorum graduum concurrant, remotiores ad revocandum non admittuntur, proximiorib. revocare volentibus, Rolan. à Valle con. 67. nu. 16. in 1. vol. Et poſſunt agnati feudum revocare ſine pretio intra annos 30. Roland. à Valle con. 3. nu. 3. & 4. & rurſus conſ. 56. in
144 fin. in 4. volu. Nec his adverſatur quod dicitur, beneficium alienatum ad dominum pertinere, in c. un. §. fi. quæ fuit prima cauſa benefi. amit. & dominum id habere debere, in c. uni. §. fin. de feudo ſine culpa non amit. & domino aperiri ad quemcunq; pervenerit, c. un. quid juris ſi poſt alien. feudi vaſallus id recupera. & ad dominum reverti, c. un. de vaſallo qui contra conſtit. Lotharij beneficium alienavit, & quidem liberè reverti ad dominum, c. Imperialem, de prohib. feud. alie. per Frid. & jure ad dominum reverti, c. un. in fin. quib.

modis feudum amit. unde Bertrand. Caprioli. Sonsbekius de feudis, in parte 13. & alij, quos refert Hotomanus conſil. 3. in 1. vol. feuda à vaſallis alienata, indiſtinctè ad dominum ſpectare cenſuerunt, quod & Hotomanus probat d. conſ. 3. Nam loca illa omnia, de novo non de veteri beneficio accipienda eſſe, communiter DD. placuit, Bald. in d. c. Imperialem, de prohib. feud. alienat. per Frideric. & ibi Alvarot. in §. Callidis, circa finē, Rolandus à Valle con. 60. num. 13. & rurſus conſil. 64. n. 14. in 3. volumine. Rurſus non obſtat, quòd jus accreſcendi in ijs, quæ teſtamento relinquuntur, locum habet, quodque in partibus quæ indignis auferuntur, jus accreſcendi ceſſat, l. 1. C. de cadu. toll. Concedimus namq; jure feudorum, jus accreſcēdi locum non habere, Iulius Clar9 in § feudum, quæſt. 77. ſed tamen nihilominus pars alienata ad filios vel agnatos pertinet, vi & poteſtate primæ inveſtituræ, Alexand. conſil. 29. numero 3. & conſil. 44. num. 3. in 1. volum & cōſil. 21. num. 5. in 5. volum. Molinæus in conſuetudinibus Pariſo. titu. 1. § 22. quæſtio. 25. num. 83. Denique non obſtat, quòd feudū in perſona vaſalli deficiens confeſtim ad dominū revertitur, cap. vnic. de feudo Marchiæ: hoc enim quandoq; procedit, non ſemper,

c. uni.

c.uni. § denique quæ fuit prima cauſa benef. amitten. ibi vaſallus amittit feudum, & tamen inquit textus, non ad dominum pertinet, ſed ad agnatos. Similis eſt textus in c.uni. § ſi vaſallus, ſi de feudo defun. content. ſit, inter dom. & agn. Et hæc de feudo ſine conſenſu domini alienato, de quo Hart. Piſto. quæſt. 17.
145 Si cum conſenſu domini feudum fuerit alienatum; rurſus videndum erit, utrum novum ſit feudum, an verò antiquum. Nam ſi novum fuerit feudum à patre cum conſenſu domini alienatum, revocare non poſſunt, Andreas de Iſernia in c. unico, numer. 9. de alien. feudi paterni, Alvarottus c. unico, § final. circa finem, quæ fuit prima cauſa benefic. amitt. & rurſus in d. c. unic. num. 8. de alienat. feudi paterni. Et hæc eſt communis interpretum noſtrorum ſententia, quemadmodum Sonsbek. de feudis parte 13. teſtatur, cui primùm non obſtat, quòd Sonsbekius objicit, nuſquam expreſsè dici, quod aliud in novo, aliud in antiquo feudo ſit ſtatuendum:
146 multa enim in jure ex rationibus colliguntur, quæ expreſsè definita non ſunt, l. non poſſunt, cum l. ſeq. de ll. & hanc receptam Dd. ſententiam veram eſſe ex ipſius Sonsbekii argumentis contra ipſum retortis, infrà apparebit. Deinde non obſtat, quòd feudum

novum

novum ad vaſallum ejusq; filios pertinet, c. unico, in quib. cauſis feud. amittat. Inde non ſequitur, patrem cum domini conſenſu, feudum novum alienare non poſſe: pertinet enim feudum ad filios, ſi in eodem ſtatu maneat, & legitimè alienatum non fuerit, Andreas de Iſernia in d. c. unic. nu. 11. verſic. & ſic demum habet ſucceſſor, de alienat. feud. paterni. Sic bona allodialia ad liberos pertinent, propter votum parentum & naturalem erga filios charitatem, l. nam etſi, de inoffic. teſtamento: & liberi ſui heredes ſunt, ac vivo patre domini dicuntur, §. ſui, inſtitut. de hered. qual. & differ. l. in ſuis, de liberis & poſtumis, Auſonius:

Iuſta quidem ſeries patri ſuccedere, verùm
Eſſe ſimul dominos, gratior ordo piis.

& habent jus ἀναφαίνσεως, Theophil. in princip. titul. de bonor. poſſeſſ. hoc eſt, exiſtunt heredes, non adeunt hereditatem, Cujac. in l. 2. de excuſatio. & tamen parentes nihilominus bona alienare poſſunt, liberis legitima relicta, l. parentibus, C. de inoffic. teſtam. Tertiò non obſtat, quòd filij in feudo novo plus juris habẽt, quàm agnati, propterea quòd filij ſuccedunt parentibus, agnati nõ item: hoc enim jus, quòd filij ſuccedunt in feudò novo, habent filij, ſi feudum alienatum

Oo non fue-

non fuerit, tunc ipſi ſuccedunt. Sic filius in allodialibus plus juris habet, quàm patruus. Et quemadmodum inde nō ſequitur, patrem ex allodialibus nihil alienare poſſe: ita ex eo, quòd filius plus juris habet quam agnatus, nō ſequitur, patrem cum domini voluntate feudum novum alienare non poſſe. Quartò non obſtat, quòd filius petit feudum, de quo pater in mortem vaſalli feudum detinentis erat inveſtitus, toto tt. qui ſucceſſores teneantur: hoc enim ideo fit, quia pater abuſivè inveſtitus, jus ſuum à ſe in alium non tranſtulit, & ideo in eo ſuccedit filius. At ſecus eſt, quando pater feudum novum à ſe in alium cum domini conſenſu transfert. Quintò non obſtat, quòd olim medietas feudi alienari quidem potuit, ſed non in præjudicium filiorum, c. uni. §. etſi clientulus, de alienat. feudi. Ergo quamvis hodie feudum cum conſenſu domini poſſit alienari: tamen id ita intelligendum eſt, dummodò alienatio non fiat in præjudicium filiorum, quia, inquit Sonsbekius, perinde eſt, olim ad medietatem alienare ſine conſenſu domini, & hodie cum cōſenſu domini. Hoc argumentum multis modis non procedit. Primum enim falſum eſt quod dicitur, perinde eſſe, olim ad medietatem alienare ſine conſenſu, & hodie cum cōſenſu,

ſenſu, quod ita demonſtro: hodie ſeudo alienato cum conſenſu domini, dominus ſibi prę-judicat, nec poteſt dominus feudum cum cõſenſu ſuo alienatum revocare: at olim feudi medietate alienata absq; domini cõſenſu, dominus facultatem & poteſtatem habebat partem alienatam redimendi: & quidem ſi ſciebat alienationem, medietatem alienatam intra annum poterat redimere, ſi ignorabat, intra annos triginta, æquali refuſo pretio, c. un. § porrò, qualiter olim poterat feudum alienari. Deinde olim medietas absq; domini conſenſu tantum potuit alienari per libellum aut pignoris donationem: hodie cum conſenſu domini non ijs duntaxat modis feudum alienatur, ſed etiam aliis. Tertiò, medietate feudi per libellum aut pignoris dationem alienata, pars alienata ad dominum revertebatur, vaſallo ſine herede mortuo, vel feudum ipſi domino refutante, c. uni. §. rurſus ſi fidelis, quib. mod. feud. amittatur, c. uni. §. neceſſitate, cum ſequentibus, qualiter olim poterat feudum alien. quod hodie feudo, cum domini conſenſu alienato, ſecus eſſe palam eſt. Sequitur igitur perinde non eſſe, olim ad medietatem alienare ſine conſenſu, & hodie cum conſenſu. Deinde apertè falſum eſt, quòd medietas feudi non potuit alie-

nari in præjudicium liberorum. Et in c. uni. ſ. etſi clientulus, de alienat. feudi, hoc tantum dicitur, quòd vaſallo, qui medietatem per libellum alienaverat, ſine legitimo herede mortuo, feudum ad dominum revertitur: nõ hoc quoque diſponitur, quòd medietas feudi alienata, ad legitimum heredem ſive filium poſt mortem alienatoris pertineat. Ac olim, ut dixi, dominus medietatem feudi alienatã, intra annum vel intra annos triginta potuit redimere: ſi non redimebat, tamen pars alienata ad dominum revertebatur, vaſallo, qui medietatem alienaverat, ſine herede poſtea mortuo, aut feudum domino refutante, d. c. unic. etſi clientulus, de alien. feudi. & c. unico, §. rurſus ſi fidelis, quibus modis feud. amitta. d. c. uni. §. neceſsitate, cum ſ. ſequen. qualiter olim poterat feud. alien. nec poterat is, qui medietatem feudi acceperat, ullo jure adverſus dominum ſe tueri, d. c. unico, §. rurſus ſi fidelis, quibus modis feud. amitta. Hæc eſt dictorum capitulorum ſententia, ex quibus nihil, quo communis & recepta DD. opinio impugnetur, deſumi poteſt, imò dicta capitula communem ſententiam plurimùm confirmant hoc modo: Olim vaſallus medietatem feudi, in præjudicium liberorum, abſque domini conſenſu potuit alienare, ergo &

go &

go & hodie vaſallus cum domini conſenſu feudum novum in præjudicium liberorum alienare poteſt, idq; maximè procedet, ſi, ut Sonsbekius vult, perinde eſt, olim ad medietatem alienare ſine conſenſu, & hodie cum conſenſu. Sextò non obſtat, quòd vaſallus de feudo novo ſimpliciter teſtari non poteſt, c. unico, de ſucceſſ. feudi: hoc enim falſum eſt, ut ſupr. c. 7. oſtenſum fuit. Septimò non obſtat, c. unicum, §. item ſi fuerint, quib. modis feudum amitta. Illum enim §. alij aliter exponunt, ut Sonsbekius fatetur, & apud interpretes videre licet, & ejus genuinam ſententiam eleganter Cujacius aperuit. Falſum quoque eſt quod aſſeritur, domini voluntate ibi alienationem fuiſſe factam: ſi enim domini voluntas interceſsiſſet, non poſſet feudum domini voluntate alienatum, ad dominũ reverti, & tamen dicitur ibi, feudũ ad dominum redire. Deniq; nõ obſtat c. unicum, parag. ſi aliquis, apud quem vel quos controverſia &c. Ibi enim dominus feudum totum alienatum, ſecundum uſum Mediolanenſium c. unic. de alienat. feudi, vel partem, ſecundum juſtum & verum uſum d. c. unico, de alienat. feudi, revocat, ſi alienator vel heres ſine herede deceſſerit, quia, ut antè diximus, ſecundum conſuetudines feudorum, olim

medietate feudi alienata, pars alienata, quamvis dominus intra annum vel triginta annos eam non redemiſſet, ad dominum revertebatur, ſi vaſallus ſine herede eſſet mortuus. Et cùm dicit textus, ſine herede deceſſerit, nequaquam hoc vult, quòd vaſallo heredem relinquente, ad heredem pars alienata ſpectet, ſed ſententia hæc eſt, tunc demum partem alienatam ad dominum redire, cùm vaſallus ſine herede moritur, atq; ita pars, quę apud vaſallum manſit, ad dominum revertitur: hoc caſu olim pars dimidia, absq; domini voluntate alienata, etiam ad dominum redibat, & qui per libellum aut pignori acceperat, nullo jure adverſus dominum ſe tueri poterat, ut dicitur in d. c. un. §. rurſus, quib. mod. feud. a-
147 mitta. Et hæc de feudo novo alienato. Si feudum alienatum fuerit antiquum, filij ſtatim poſſint feudum alienatum revocare, etiam in vita alienantis, ſed tamen tenetur emptori pretium reſtituere: agnati verò revocant demum poſt mortem alienantis, nullo refuſo pretio, c. unic. §. Titius, ſi de feudo defuncti conten. ſit &c. Wurmſerus in practic. obſervatio. tit. de feudis, d. obſervat. §. Mynſing. in 4. cent. obſervat. 85. Hieron. Schurff. in 1. cent. cõſ. 4. Paris de Puteo de redintegrat. feudor. c. 19. nu. 2. Sed & vivo alienatore agnati feudum

feudum cum conſenſu domini alienatum, revocare poſſunt, ſi pretium quod emptor dedit, reſtituere velint, Zaſ. in epitom. feuda. de feudorum alienat. in 7. prin. fallen. Mynſing. d. obſer. 85. verſ. ſi tamen agnati. Et datur fi- 148
lijs & agnatis facultas revocandi feudum, uſque ad triginta annos, Roland. à Valle conſ. 57. num. 64. in 3. vol. qui filijs ſtatim poſt alienationem factam, agnatis poſt mortem demum alienantis currunt, Wurmſer. in pract. obſervat. d. obſervat. 5. ibi, & licet alias regulariter filia. Et hoc ſi alienatio in extraneum fuerit facta. Si vaſallus conſenſu do- 149
mini, in agnatum remotiorem, proximiori in gradu agnato, ad quem feudum poſt mortem ipſius recaſurum erat, excluſo, feudum alienaverit, hoc caſu agnatus, ex eo tempore, quo ſcivit alienationem eſſe factam, intra annum feudum revocare debet: ſi per annum tacuerit, ulterius ad revocandum non admittitur, quia tacitè videtur in alienationem conſenſiſſe, Andreas de Iſernia, Baldus, Alvarottus, & communiter doctores, in c. uni. §. Titius, ſi de feudo defuncti &c. Alexand. in l. ſi mihi & Titio, de verbor. obligatio. Mynſing. centuria 4. obſervatio. 85. Wurmſerus in practicis obſervatio. d. obſervat. 5. Hieron. Schurff. in 1. cent. conſ. 30. Rol. à Val-

 le con-

le conſil. 57. nu. 67. in 3. volumine, Joh. Baptiſta Ferret. conſil. 106. in fin. & hoc ſecundum Baldum mente tenendum eſt, in d. §. Titius, Roland. à Valle conſil. 3. nu. 152. in 1. volum. idem d. conſil. 57. n. 69. in 3. volumi-
150 ne. Si vaſallus deliquit, & propter delictum feudo privari debet, videndum erit, utrum in dominum deliquerit, an non. Priori caſu ſi in dominum peccavit, feudum ad dominum redit, & hanc dominus ſuæ injuriæ habet ultionem: poſteriori caſu, ſi non peccavit in dominum, ſed alias graviter deliquit, ut ſi fratrem ſuum interfecit, feudum ad agnatos pertinet, c. unico, §. denique, quæ fuit prima cauſa benefic. amitten. c. unic. §. ſi vaſalus culpam committat, ſi de feudo defuncti contentio ſit &c. c. unico, ſi vaſallus feudo privetur cui deferatur, c. unico, an ille qui interfecit fratrem domini ſui feudum amittat. Et hæc eſt communis doctorum concluſio, Julius Clarus in §. feudum, quæſtio. 66. num. 3. 4. 5. & 6. Menochius conſil. 99. num. 144. Rolandus à Valle conſil. 78. n. 25. cum ſequent. in 2. volum. & conſil. 1. num. 10. & 11. in 3. volum. & conſil. 15. n. 1. & 2. & conſ. 78. nu. 4. cum ſequent. in 4. volumine. Quæ tamen in feudo hereditario, quod quis accepit pro ſe & heredibus, non in feudo ex pacto & providen-

providentia, quod quis accepit pro ſe & liberis procedit, ut eleganter & prolixè tradidit Rolandus à Valle conſil. 28. nu. 11. & conſil. 29. num. 33. in 3. volum. Ad agnatos autem, ut diximus, ita demum feudum pertinet, 151
ſi fuerit paternum, idq; nominatim additum eſt in c. unico, §. deniq;, quæ fuit prima cauſa benefic. amitten. & in d. c. unic. an ille qui interfecit fratrē domini &c. & hoc eſt quod dicitur in d. c. unico, §. ſi vaſallus, ſi de feudo defuncti contentio ſit inter domin. & agnat. dummodo ad eos pertineat, hoc eſt, dummodò feudum fuerit paternum: ſi feudum fuerit novum, ad dominum redit, & in hoc omnes DD. conſentiunt. Franciſc. Cur- 152
tius de feudis in 5. parte concluſio. 2. Hoc amplius non ad omnes agnatos feudum devoluitur, ſed ad alios tantùm, qui ſunt in quarto vel ulteriori gradu, d. c. un. §. ſi vaſallus, ſi de feudo defuncti contentio ſit inter domi. & agnat. d. c. uni. ſi vaſallus feudo privetur, ibi textus interpunctionibus nonnihil eſt corruptus, & nova ſententia incipit ab his verbis: ad ejus petitionem admittuntur &c. Menoch. conſ. 99. nu. 145. cum ſeqq. ibi teſtatur hanc ſententiam communiter eſſe receptam, Julius Clarus in §. feudum, quæſt. 66. nu. 6. Non deſunt tamen, qui etiam agnatos proximiores admittendos eſſe cenſent per

textum in d.c. vnic.§. fin. quæ fuit prima cauſa beneſ. amitten. & per textum in c. vnic. an ille qui interfecit fratrem domini ſui feud. amitt. Pariſius conſ. 28. lib. 1. Socin. conſ. 4. in fin. lib. 3. atq; ita in quibusdam conſiſtorijs pronunciatum memini. Sed prior opinio cõmuniter à Dd. approbatur. Et cùm dicitur feudũ ad proximos reverti, id de proximis vltra tertiũ gradum intelligitur, Sonsbekius de feudis, parte 13. num. 8. Hartman. Hartmanni in practi. obſeruat. titu. de feudis, obſeruat. 26. circa fin. Et tantum de vaſallo feloniam
153 committente. Domino committente feloniam, proprietas feudi ad vaſallum pertinet: ita textus eſt in c. vni. §. domino, ſi de feudo defuncti contentio ſit inter domin. & agnat. Hartmann. Hartmanni in pract. obſervat. titu. de feudis, obſervat. 27. ſed gloſſa in c. de forma, in verbo, vicem, 22. quæſtio. 5. tradidit, proprietatem ad dominum ſuperiorem tranſire. Alij exiſtimant ad agnatos domini feloniam committentis proprietatem ſpectare: & hanc ſententiam Julius Clarus veriorem eſſe exiſtimat in §. feudum, quæſtio. 72. ubi pro hac ſententia per conſilium Cæſaris, in cauſa Marchionis cujusdam judicatum fuiſſe affirmat, quamvis prima opinio, communiori interpretum calculo, recepta videatur,

tur, Sylvanus de feudi recognit. quæſtio. 32. Supereſt ut diſpiciamus, utrum heres vaſalli 154
ob feloniam à defuncto commiſſam feudo privari, & heres domini, de felonia, vivo anteceſſore commiſſa, agere poſsit. De hac re ita ſentiunt interpretes, quòd nec dominus feudi, heredem vaſalli, ob feloniam à defuncto commiſſam convenire, nec heres domini de felonia vivo anteceſſore commiſſa agere poteſt. De herede vaſalli hoc traditum eſt, à gloſ. in c. Imperialem, §. inſuper, in verbis, non ſuccedit, & ibi Bald. num. 5. verſ. conſidera tamen unum, Alvarot. nu. 4. verſ. ſed tu adverte, Matth. de Afflict. n. 15. de prohib. feudi alienat. per Frider. Sylvanus de feudi recognit. quæſt. 28. & 29. Ruin. conſil. 10. n. 4. in 1. volu. Franc. Curt. de feudis, in ultima quæſtione quartę partis principalis, & ibi teſtatur hanc opinionem eſſe communem, Roland. à Valle conſil. 78. n. 11. in 4. vol. Mynſinger. in 3. cent. obſervatio. 97. Wurmſer. in pract. obſervat. tit. de feudis, obſerv. 45. Jacobin. de feudis, ſuper verbis, dictiq; vaſalli promiſerunt non committere feloniam, nu. 52. Sebaſtian. Medices, in tracta. mors omnia ſolvit, parte 2. concl. 43. De herede domini idem voluit gl. in c. un. §. porrò, quę fuit prima cauſa benef. amit. Bald. in d. c. Imperi-

c. Imperialem, §. in ſuper, n. 7. & ibi Alvarot. nu. 6. Matthæus de Afflict. n. 15. de prohib. feud. alien. per Frideric. Idem Bald. in d. c. un. §. porrò, nu. 3. & ibi Alvarot. nu. 3. Præpoſit. n. 2. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. Syluanus d. quæſt. 28. & 29. de feudi recognit. Rolan. à Valle conſi. 81. nu. 16. in 3. volum. Paris de Puteo de redintegrat. feudo. c. 217. n. 1. cum ſeq. Petrus Jacobi in pract. in forma libelli de condictio. ex moribus pro feudo aperto, ſub capite, de cauſis ex quibus feudum amitt. n. 5. Ferrarienſis practicus in forma libelli ad revocationem feudi, ſuper verbis, vitæ ejusdem inſidiatus, nu. 2. Jacobinus de feudis ſuper verbis, dictiq; vaſalli, num. 51. Wurmſer. in pract. obſervatio. titul. de feudis, obſervation. 33. Ratio verò huius deciſionis depēdet ex regula juris, quæ habet, quod pœna, quæ non fuit impoſita auctori, heredi ipſius imponi non poteſt, nec heres poteſt agere ad pœnæ impoſitionē, quam defunctus imponi non petiit, l. fin. & ibi Bald. Salicet. & alij, C. de revocand. donat. prolixè Anton. Gab. Roma. lib. 7. conclu. tit. de maleficijs,
155 concluſio 35. Sanè ſi dominus feudi ignoravit vaſallum feloniam commiſiſſe, mortuo vaſallo, heredem ejus convenire non prohibetur, And. de Iſern. Alvarot. Præpoſit. & Matth.

Matth. de Afflict. in c. 1. §. inſuper, de prohib. feud. aliena. per Fridericum, Jacobin. de feudis, ſuper verbis, dictique vaſalli, nu. 53. Zaſius parte 10. n. 76. Idemq; eſt, ſi vaſallus poſt commiſſam feloniam ilicò diem ſuum obierit. Nam dominus feudi heredem vaſalli convenire poteſt: & verſa vice, ſi dominus facta felonia mox mortuus fuerit, heres ipſius de felonia commiſſa agere nō prohibetur, Baldus in d. c. unic. §. porrò, n. 3. Præpoſitus n. 2. Alvarot. n. 3. Matthæus de Afflictis n. 21. quæ fuit prima cauſa beneficij amitten. Sylvanus quæſt. 29. num. 2. de feudi recognitio. Cotta in memorabilibus, in verbo, vaſallus. Sic heres vaſalli ob commiſſam feloniam rectè convenitur, & heres domini de felonia commiſſa rectè agit, quando feudum ipſo jure amittitur, Baldus in d. c. un. §. porrò nu. 7. Præpoſitus nu. 2. Matthæus de Afflictis n. 22. quæ fuit prima cauſa benefic. amitten. Baldus, Alvarott. Præpoſit: & Matthæ. de Afflict. c. 1. §. inſuper, de prohib. feud. alien. per Fridericum, Zaſius de feudis parte 10. n. 76. Afflictus deciſio. 255. Pariſius conſil. 1. nu. 52. lib. 1. Jacobi. de ſancto Georgio, ſuper verbis, dictique vaſalli, n. 53. Molinæus in conſuetud. Pariſior. titul. 1. §. 30. n. 126. cum ſequenti, Sylvanus quæſt. 22. nu. 2. de feudi recognit.

Paris de Puteo de redintegrat. feudor. c. 217. nu, 10. & 11. Nec obſtat quod in feudo ipſo iure amiſſo, requiritur ſententia declaratoria, vt inf. dicemus, quodque pœna ad heredem nō tranſit, vbi ſentētia declaratoria neceſſaria eſt, l. eius qui delatorem, & ibi Bartol. de jure fiſci, Hartmannus Piſtoris in quæſtio. juris, quæſt. 35. Nam Bartolus loquitur in illo caſu, quo pœna imponitur per ſententiam, non ipſo iure: tunc, inquit Bartolus, pœna ad heredes non tranſit. Deinde qui delatorem corrumpit in criminibus ſanguinis pœnam non ingerentibus, de quo accipienda eſt, d. l. ejus qui delatorem, de jure fiſci, ſicuti l. 1. de bonis eorum qui ante ſententiam &c. de illo qui adverſarium corrumpit in criminibus mortis pœnam ingerentibus, admodum eſt diſſimilis illi qui feudum alienat, & ipſo jure feudum amittit. Et ideo cum regula omnis, ad facti ſpeciem ex qua deſumitur, applicanda ſit, alias officium ſuum perdat, l. 1. de reg. jur. nemo non facilè videt Bartolianam regulam fallacem eſſe, nihilq; firmi ac ſolidi habere, Duarenus de ſponſal. c. 3. & ob id ad propoſitum noſtrum parum facere. Heres itaque de felonia agit & convenitur, quando feudum ipſo jure fuit amiſſum. Et hic eſt inſignis effectus ejus quod ipſo jure fit. Sunt & alij duo

effectus. Nam ſi vaſallus ipſo jure feudum antiquum amittat, & dominus remittat vaſallo feloniam, eumq; rurſus inveſtiat, feudum novum erit, non antiquum, Andreas de Iſern. in c. un. & ibi Alvarot. n. 2. verſ. quæro quid ſi vaſallus, Laudenſis n. 9. de vaſallo decrepitæ ætat. Baldus in c. Imperialem, ꝟ. inſuper, n. 8. de prohib. feud. alien. per Frider. Petrus Duenas in regula juris 323. in 1. limitat. Feudo quoq; ipſo jure amiſſo, fructus debentur ex eo tempore quo feudum fuit amiſſum: at quando feudum amittitur per ſententiam, ex tempore ſententiæ latæ fructus veniunt, Reynaudi in c. Imperialem, §. pœna, n. 15. de prohib. feud. alien. per Frid. Sylvanus de feudi recognit. quæſt. 22. n. 1. Alvarot. in d. c. Imperialem, §. callidis, de prohib. feud. alien. per Frideri. Amittitur autem feudum 156
ipſo jure, ſi vaſallus absque domini voluntate feudum alienaverit, Baldus in d. c. unico, §. inſuper, nu. 7. verſic. & ideo ſi eſſet commiſſa felonia alienando, de prohib. feudi alienat. per Frider. gl. in d. c. un. ꝟ. callidis, & ibi Andr. de Iſern. nu. 20. Præpoſit. n. 3. Alvarot. nu. 4. de prohibita feud. alien. per Fideric. Sylvan. quæſt. 22. nu. 11. de feudi recognitio. Bald. conſil. 9. factum tale eſt, libr. 1. Molinæus in conſuet. Pariſior. tit. 1. §. 30. n. 23.

Petrus

Petrus Jacobi in practica, forma libelli, de actione in rem pro re feudali, ſi agatur contra emptorem, n. 5. & in forma libelli de condictio. ex lege Imperialem, nu. 3. & in forma libelli per condictionem ex lege conſripta, n. 2. & in titulo de cauſis ex quib. dominus proprietatem amit. in 13. diſtinctione, Petrus Duenas in regula juris 40. in 4. ampliatio. Alex. conſil. 124. omiſſis ſuperfluis, n. 1. libr. 1. vel ſi vaſallus contra dominum crimen læſæ majeſtatis commiſerit, Bald. in d. c. uni. §. callidis, num. 7. de prohibita feud. alien. per Frideric. Franciſ. Curt. de feudis, in quarta parte, n. 355. verſic. quintò fallit &c. Molinæ. in conſuetudinibus Pariſior. tt. 1. §. 30. n. 24. alias feudum ipſo jure non amittitur, ſed tantùm per ſententiam, c. uni. ibi cognita culpa, item ibi convictus non fuerit, de feudo ſine culpa non amitt. c. unico, ibi, damnetur, quo tempore miles &c. gl. Alvarot. Præpoſit. & alij in d. c. unic. §. callidis, de prohib. feud. alien. per Frideric. & hæc eſt communis & vera omnium DD. ſententia, ut loquitur Molinæus in conſuetu. Pariſior. tit. 1. §. 30. nu. 23. Jul. Clar. in §. feudum: quæſt. 62. Franciſc. Curt. de feudis in 4. parte, n. 155. Sylva-
157 nus quæſt. 22. de feud. recognit. Sed & cum ipſo jure feudum amittitur, ſententia judicis neceſſa-

neceſſaria eſt, nõ quidem privativa, ſed declaratoria tantùm. Licet enim ipſo iure vtile dominium ſive vſusfructus amittitur: tamen ad avocandam poſſeſſionem, neceſſaria eſt ſententia declaratoria, Alvarott. in c. Imperialem, § callidis, num. 4. de prohib. feud. alien. per Fridericum. Thomas Grammat. deciſio. 105. nume. 55. Andr. Geill. in pract. obſervatio. libr. 2. obſervat. 51. Zaſius in epitom. de feud. parte. 10. num. 73. Paris de Puteo de redintegr. feudo. c. 30. nu. 10. & c. 57. nu. 9. & c. 233. nu. 3. Matthæ. de Afflict. in conſtitu. Neapol. Rubr. 6. de vſuris, libr. 1. nu. 16. & rurſus Rubr. 24. de violentijs circa poſſeſſiones, nu. 8. libr. 1. Tiraquel. in l. ſi vnquam, ſuper verbo, revertatur, nu. 337. cum ſequent. C. de revoc. donat. quamvis multi contrarium ſentiant, Ioha. Baptiſta Ferret. conſi. 121. nu. 3. Et omnia iura mundi, quæ pro crimine, ipſo iure pœnam imponunt, ita intelliguntur ut procedant, dummodò ſententia declaratoria ſequatur, per quam declaretur, crimẽ fuiſſe commiſsũ, aliàs pœna non habet executionem ſeu effectum, Thomas Grammat. deciſio. 15. num. 8. Et citandus eſt ad audiendam ſententiam declaratoriam, qui ipſo jure, pœnam incurrit, Antõ. Gabr. Rom. lib. 2. concluſio. titu. de citatio. concluſio. 1.

158 num. 176. Hæc tamen ſententia in crimine notorio, actu permanente, locum non habet: ut ſi vaſallus commiſit notoriam rebellionem, & in illa notoria rebellione actu perſiſtat, hoc caſu poteſt dominus de facto, nulla præcedente ſententia declaratoria, occupare poſſeſſionem feudi, Matthæus de Afflict. in c. uni. § fin. numer. 4. ibi, ſecundus caſus, quo tempore miles &c. Thomas Grammat. d. deciſio. 105. num. 58. cum ſeq. Andr. Gaill d. obſervat. 51. num. 8. cum ſeq. nec ei, qui poſſeſſione dejectus eſt, competit remedium poſſeſſorium, Matthæ. de Afflict. in conſtit. Neapol. Rubr. 24. de violentiis circa poſſeſſiones, num. 23. lib. 1. Nunc ad caput nonum tranſibimus.

CAPUT IX.

DE ACTIONIB. FEVDI NOMINE DOMPETENTIBUS VAſALLO & DOMINO.

1. *Vaſallus habet feudi nomine utilem vindicationem, eaq́ experitur contra poſſeſſo-*

ſeſſorem quemcunq́, etiam contra ipſum dominum feudi.

2. *Vaſallus in agendo contra tertium poſſeſſorem, domino feudi præfertur.*

3. *Vaſallus ſervitutem prædio feudali debitam, utili rei vindicatione petit.*

4. *Vaſallus plus juris in feudo habet, quàm ſimplex uſufructuarius.*

5. *Vſusfructus civitati relictus extinguitur, aratro in civitatem inducto.*

6. *In condendis & evertendis civitatibus veteres aratro utebantur.*

7. *Exempla civitatum aratro ſubjectarum.*

8. *Vſusfructus civitati relictus finitur centum annis.*

9. *Vaſallo datur rei vindicatio, quando in poſſeſsionem feudi introductus eſt.*

10. *Si vaſallus non eſt introductus in poſſeſsionem feudi, tunc habet actionem ex ſtipulatu, vel condictionem ex moribus.*

11. *Dominus qui abuſive vaſallũ inveſtivit, tenetur vaſallum in poſſeſsionem mittere, neq́ liberatur præſtando intereſſe.*

12. *Si non inveſtivit vaſallum abuſivè, ſed tantùm promiſit feudum, liberare ſe poteſt tradendo intereſſe.*

13. *Evincere feudum eſt per ſententiam judicis feudum auferre.*

14. *Feudo evicto, dominus tenetur vaſallo aliud feudum eius bonitatis præſtare.*
15. *Si modo vaſallus dominum pendente lite, ante condemnationem laudaverit.*
16. *Dominus etiam laudatus non ſemper ob evictionem convenitur.*
17. *Vaſallus habet interdicta poſſeſſoria, uti poſſidetis & unde vi.*
18. *Iisq; utitur etiam contra dominum feudi.*
19. *Cùm dominus vaſallum non habet ut vaſallum, vaſallus non compellitur dominum habere ut dominum.*
20. *Tunc maximè vaſallus interdictis poſſeſſoriis contra dominum uti poteſt, quando dominus vi armata adverſus vaſallum uſus eſt.*
21. *Dominus feudi habet directam rei vindicationem.*
22. *Habet quoq; condictionem cauſa data cauſa non ſecuta.*
23. *Eo non obſtante quòd dominus feudi eſt.*
24. *Condictio cauſa data cauſa non ſecuta, & ex bono & æquo, ſicuti condictio indebiti & ſine cauſa.*
25. *Interdicta poſſeſſoria domino non accommodantur.*
26. *Duo in ſolidum poßidere non poſſunt.*
27. *Dominus qui à quaſi poſſeßione percipiendi*

annuam

annuam præſtationem dejectus eſt, habet interdictum unde vi.

28. *Si præſtatio ſit realis.*

29. *Canoniſtæ etiam pro perſonali præſtatione volunt competere interdictũ unde vi.*

30. *In præſtationibus perſonalibus, ſtatus pro poſſeſſione eſt.*

31. *Iuris civilis interpretes, pro annua præſtatione perſonali, non dant judicium poſſeſſorium.*

32. *Interdictum poſſeſſorium non conceditur ratione ſtatus, in quo percipiens præſtationem eſt.*

NVnc de actionibus feudi nomine competentibus vaſallo itemque domino breviter dicemus. Habet autem vaſallus nomine 1
prædij in feudum dati, utilem vindicationem: ita textus eſt in c. unic. §. rei autem, de inveſtitu. de re alien. facta, eaque experitur contra poſſeſſorem quemcunque, Laudenſis in c. unic. in princ. num. 29. circa fin. de his qui feud. dare poſſ. Hartman. Hartmanni in pract. obſervat. tit. de feudis, obſervat. 13. etiam contra ipſum dominum feudi, quemadmodum poſt Andream de Iſern. Alvarot. tradidit in d. c. uni.

§.rei autem num. 6. de inueſtit. de re alien. facta, Blanchus, de feud. tit. quib. mod. feudum acquiritur, §. per talem autem inueſtituram, Baro lib. 4. de iudiciis ad benefic. pertinentib. c. 7. Zaſius in epito. parte. 6. num. 37. Montanus lib. 5. feudo. c. 3. Iul. Clarus in §. feudum, quæſtio. 89. Franc. Curt. in. 1. parte quæſti. 10. & agendo contra tertium poſſeſſorem, domino fendi præfertur, Hartman Hartmanni in practi. obſerua. titu. de feudis, obſeruat. 13. Sic emphyteuta in rem actionem habet, etiam
3 aduerſus ipſos municipes, l. 1. in fi. ſi ager vecti petatur. Sed, etſi vaſallus non prædium ſed ſeruitutem prædio feudali debitam petat, vtili rei vindicatione aget, d. c. vnico, §. rei autem. Nec obſtat quòd vaſallus in prædio feudali habet vſum fructum, vt ſup. c. 1. eſt expoſitum, quodq; vſufructuario neq; fundi neq; ſeruitutis vindicatio datur, l. 1. ſi vſusfructus petetur, l. 1. §. fin. de noui operis nunciati. Nam etſi vaſallus vſufructuarius eſt: tamen plus iuris in feudo habet quam ſimplex vſufructuarius. Vſufructuario mortuo, vſusfructus finitur, & cum proprietateconſolidatur, §. fin. inſtitut. de vſufructu. Et ſi ciuitati relictus fuerit vſusfructus, aratro in eam inducto, ciuitas quaſi mori videtur, & vſusfructus extinguitur, l. ſi vſusfructus ciuitati, quid. mod. vſus-

vſusfructus amitt. Aratro inquit Ictus inducto. Quemadmodum enim veteres, ex põtificum instituto, locum vrbi futurum, aratro deſignabant certis abhibitis ſacris, vnde & vrbs ab vrbo apellata eſt, hoc eſt, à curvatura aratri, l. pupillus, §. vrbs, de V. S. Varro lib. 4. de lingua Latina ita in euertendis vrbibus aratrum ſolebant inducere. Vnde Horat. lib. 1. carmi. inquit; 6

inprimeretq́ muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.

& ibi Acron notauit. Sic temporibus Friderici. Barbaroſſæ, ciuitas Mediolanenſis aratro ſubiecta & ſale conſperſa fuit. Alberi. de Roſat. in l. ſi uſusfructus, quib. modis uſusfruct. amittat. Et Henricus Imperator civitatem Brixienſem propter rebellionem ad aratrum damnavit, Bartol. in l. aut facta, §. nonnunquam, de pœnis, Roland. à Valle conſil. 66. num. 26. cum ſeq. in 2. vol. Aratro quoque non inducto, ne proprietas inutilis ſit ſemper abſcedente uſufructu, placuit centum annis in uſufructu tuentam eſſe civitatem, quia is finis vitæ, longævi hominis eſt, l. an uſusfructus, de uſufruct. & quemadmodum quis uta. Paris de Puteo de redintegratio. feudor. c. 133. num. 6. Secus verò eſt in vaſallo uſufructuario: hic uſumfructum perpetuum ha- 7 8

bet, & feudum non extinguitur mortuo vaſallo, ſed ad ejus heredes maſculos ſive fœminas, ſi de ijs nominatim dictum fuerit, in perpetuum pertinet, d. c. unico, §. final. in quib.
9 cauſis feudum amittatur. Ob hanc cauſam datur vaſallo rei vindicatio, ſi modò rectè inveſtitus fuerit, ut dicitur in d. c. uni. de inveſtitu. de re alie. fact. hoc eſt, ſi modò in poſſeſsionem feud. miſſus, atque ita dominus feudi affectus fuerit, eoque poſt immiſſionem, rurſus exciderit, Andreas de Iſernia in
10 prælud. quæſt. 6. Si vaſallus non eſt miſſus in poſſeſſionem feudi, ſed abuſivè duntaxat inveſtitus, aut dominus promiſit vaſallum inveſtire, his caſibus, ſiquidem ſtipulatio interceſſit, ex ſtipulatu actio competit: ſi non interceſſit ſtipulatio, competit condicto ex moribus, Lauden. d. c. uni. in prin. nu. 29. de his qui feud. dare poſſ. Andr. de Iſern. in præludijs, quæſtio 6. Curtius junior in 1. parte tra-
11 cta. feud. quæſtio. 10. Julius Clarus in §. feudum, quæſtio 89. Et dominus his actionibus victus, ſi abuſivè vaſallum inveſtivit, tenetur velit nolit, vaſallum in poſſeſſionem mittere, neque liberatur præſtando id quod intereſt. quemadmodum ſupr. c. 7. in primo modo quo
12 feudum acquiritur, dictum eſt. Si promiſit duntaxat vaſallo feudum, nō tenetur præcisè ad tra-

ad tradendam poſſeſsionem, ſed liberare ſe poteſt tradendo intereſſe, Andrę. de Iſer. in prælud. feudo. quæſt. 6. idem in c. un. parag. ſi facta, ſi de ſeudo defunct. content. ſit, & hanc Andreæ de Iſernia ſententiam ibi ſecuti ſunt Alvarot. n. 8. Laudenſ. nu. 1. Alvarot. in c. unic. parag. fin. de nova forma fidelit. Jacobinus de feudis, ſuper verbis, inveſtivit talem, colum. 2. verſic. item dubitatur, Mynſingerus centur. 4. obſervat. 61. Franc. Curtius de feud. parte. 2. de feudis laicorum, q. 2. n. 34. verſic. ſecundò limita. Jul. Clarus in parag. feudum, quæſt. 26. n. 3. Quòd ſi vaſallo feudum evictum, hoc eſt, per ſententiam judicis ablatum fuerit, hoc enim eſt evincere, ut conſtat ex l. evicta re vendita, parag. 1. ibi vel damnatus eſt, de evictio. l. ſi pro re pupilli, parag. 1. ibi per judicium abſtuliſſet, & l. non tamen, ibi judicio evictum eſſe, eodem, l. ſi cùm quæſtio. ibi. nec citra judicis diſceptationem, C. de evictio. l. utiq; in illis verbis, neceſſaria eſt ſententia, de rei vindica. tunc ut aliud ſibi feudum ejuſdem bonitatis præſtetur, adverſus dominum agere poteſt, d. c. unic. parag. 1. de inveſtit. de re alien. facta, c. unico, ſi de feudo vaſal. ab aliquo interpella. fuerit. Agit autem actione præſcriptis verbis, ut Jacobo Cujacio videtur, in d.

(margin numbers: 13 beside "Quòd ſi va-"; 14 beside "tunc ut aliud")

c. unic. de inveſtit. de re alien. facta, propterea quod contractui feudali nulla lex proprium nomen dedit. Sic dominus, fide contractus non præſtita, habet condictionem cauſa data, cauſa non ſecuta, ut paulò poſt dicemus, eaq; condictio, cum actione præſcriptis verbis concurrere ſolet, ut conſtat ex l. naturalis, de præſcriptis verbis, quamvis interpretes communiter ſentiunt, feudum, à conſuetudine nomen accepiſſe, Curtius de feudis, in 1. parte, quæſtio. 9. Sylvanus de feudi recognit. quæſt. 3. Julius Clar. in ꝟ. feudum, quæſt.
15 6. Ita demum tamen vaſallus, feudo evicto, ad feudum æquivalens agere poteſt, ſi pendente lite ante condemnationem, auctorem ſuum, hoc eſt, dominum vocaverit, ut ſe defenderet, d. c. un. ſi de feudo vaſal. ab aliquo interpella. fuer. Hoc ICti. & Imperatores dicunt auctorem laudare, l. 6. §. ſi tibi iter, de actio empt. l. Herennius Modeſtinus, ꝟ. 1. de evictio. l. auctore laudato, C. de evictio. l. 2. C. de in litem dando tuto. vel curat. Illaudatus dominus de evictione non tenetur, d. c. un. ſi de feudo vaſallus &c. quod etiam de jure communi in emptionibus & venditionibus procedit, ut latè traditum eſt à Caſparo
16 Caballino in tracta. de evictio. Sed & laudatus dominus non ſemper ob evictionem conveniri

veniri poteſt, d. c. un. de inveſtitu. de re alie. facta. Ibi Obertus de Orto ita diſtinguit: aut vaſallus cui prædium feudale evictum eſt, ſcivit prædium fuiſſe alienum, vel alij oppignoratum: aut hoc ignoravit. Priori caſu, actionem de evictione non habet, niſi ſpeciali pacto ſibi de evictione proſpexerit: poſteriori caſu de evictione agere poteſt. Et hac diſtinctione in vaſallo utimur, non etiam in domino, qui ſive ſciverit ſive ignoraverit, feudum fuiſſe alienum, feudo evicto conveniri poteſt, d.c. un. de inveſtitu. de re alien. facta, Ferrar. pract. in forma libelli ad revocat. feudi, ſuper verbis, nec ſuperſtitibus nu. 32. niſi forte inſtrumento inveſtituræ, hæc clauſula, juribus alienis ſemper ſalvis, inſerta fuerit, tunc feudo evicto, dominus nunquam de evictione tenetur, Mat. de Afflict. in c. un. n. 9. de inveſt. de re alien. fact. & c. un. nu. 3. de lege Conr. ubi dicit, hoc notabile eſſe verbũ Andr. de Iſern. De interdictis poſſeſſoriis quæritur, 17
an illa vaſal. accommodentur. Et cũ ſimplici uſufructuario qui non poſſidet, ea accommodari in c. proximè præcedenti, in 2. cauſa privationis feudi dictum ſit, de vaſallo qui poſſidet, c. uni. ſ. fin. de nova forma fidelita. minus erit dubitandum. Et ſic quòd interdictũ, uti poſſidetis, detur vaſallo, qui in poſſeſſione

feudi

ſeudi turbatus eſt, gl. & DD. tradiderunt in l. unic. C. uti poſſidet. Johan. Fab. & Johan. de Platea in §. retinendæ, inſtitu. de interdictis, Ruinus conſil. 53. nu. 3. lib.4. Menochius de retinen. poſſeſſ. in 3. remedio n. 81. Similiter quòd vaſallo accommodatur interdictum unde vi, cùm feudo ſpoliatus eſt, traditum eſt à Barone lib. 4. de judicijs ad benefi. pertinenti. c. 7. Menochius in 1. remedio recuperan. poſſ. n. 90. Molinæus in conſuetud. Pariſior. tit. 1. §. 1. gl. 4. nu. 35. Et quamvis Innocentius, Abbas & Felinus in c. cæterum, de judicijs, & Molinæus in conſuetudinibus Pariſiorum, tit. 1. §. 1. gl. 4. n. 35. Menochius d. remedio 1. recuperan. poſſ. exiſtimaverint, vaſallum, adverſus extraneum ſpoliatorem aut turbatorē, dictis remedijs, uti poſſidetis & unde vi, uti poſſe, non contra dominum, contra quèm actionem in factum pro-
18 ponere debeat, argum. l. 1. §. interdictum hoc, unde vi & de vi armata; tamen multis placuit, etiam remedia ſpoliatoria vaſallis contra dominos deneganda non eſſe, Jacobi. de feudis, ſuper verbis, & dicti vaſalli pro dictis rebus, n. 6. Baldus conſil. 323. proponitur lib. 2. Andreas de Iſernia: in c. Imperialem, §. illud. verſic. ex his videtur, cum ſequenti, de prohib. feud. alien. per Frid. Mat-

thæus

thæus de Afflict. in c. un. n. 21. de milite vaſſallo qui contumax eſt Lucas de Penna in l. ſi coloni, quæſt. 30. C. de agrico. lib. 11. Et hanc ſententiam Academia Francofordienſis, in tertio tomo variorum conſiliorum, conſ. 21. decidendo probavit, ibique additur dictam ſententiam in ſupremo judicio obſervari. Nec poteſt dominus, interdictis unde vi, aut uti poſsidetis à vaſallo conventus, cõqueri, debitum ſibi honorem à vaſallo non exhiberi, propterea quòd facinoris reus arguatur, l. 1. §. interdictum hoc, unde vi, & de vi armata, hoc eſt, malo more, vaſallo vim intuliſſe dicatur. Cùm enim dominus vaſallum non habet ut vaſallum, vaſallus non 19
compellitur dominum habere ut dominum, c. eſto ſubiectus, 95. diſtinctio. ibi dicitur epiſcopi habeant clericos, quaſi clericos, ut ipſis epiſcopis à clericis quaſi epiſcopis honor deferatur, & abjicitur; ſcitum eſt illud oratoris Domitij: cur ego te habeam ut principem, cùm tu me non habeas ut ſenatorem, cui cõſentit illud Lucij Craſsi ad Philippum: Ego te conſulem putem, cùm tu me non putes ſenatorem? Quintilian. lib. 8. inſtit. orato. tit. de ornatu ad finem, & libr. 11. c. 1. Valerius Maximus libr. 6. c. 2. Cice. lib. 3. de orat. Nec obſtat quòd liberto in patronũ,

interdi-

interdictum unde vi non competit, d.l. 1.§ interdictum hoc: nam a liberto ad vaſallum perpetuò non rectè argumentamur. Vaſallus itaque interdicta poſſeſſoria etiam adverſus dominum habet. Et hoc tunc maximè
20 procedit, quando dominus vi armata adverſus vaſallum utitur: hoc enim caſu etiam vaſallo adverſus patronum interdictum unde vi competit, d.l.1.§. interdictum hoc, verſi. aliter atque, vnde vi Vis armata eſt vis publica, quæ cum asmis infertur; quæ ſine armis infertur, dicitur vis priuata, §. recuperandæ, inſtit. de interdictis, quamuis olim publica vel priuata vis, à publicis vel priuatis perſonis vim inferentibus fuerit appellata, Iſidor. lib. 5. etymolog. c. 26. Paulus in 5. ſenten. c. 26. Et hæc de actionibus vaſallis competentibus. Nunc dicemus de actionib. quæ domino com-
21 petunt. Quemadmodum autem vaſallus vtilem rei vindicationem habet, ita dominus feudi habet directam rei vindicationem, c. vn. §. ſi verò vaſallus, ibi, rem ſuam petat, quid ſit inueſtitura. Et ideo ſi Titius fundum poſſideat tanquam feudum, dominus autem neget ſe fundum Titio in feudum dediſſe, per in rem actionem, nominus à Titio, qui fundum poſsidet, fundum petere poteſt, d. c. vnico, §. ſi verò, quid ſit inueſtitu. Per hanc

hanc actionem dominus quoque à vaſallo feudum petit, ſi vaſallus requiſitus, ſeruitia non præſtiterit, aut feudum inſcio domino alienauerit, aut aliam quamcunque feloniam commiſerit: atque ita interpretes crebriorĩ calculo tradiderunt, vt apud Aluarott. in. c. vnic. §. ſed nec alia, num. 4. quæ fuit prima cauſa beneſic. amitt. & in c. vnic. nume. 5. de controuer. inter dom. & empt. feudi, videre licet. Sic vaſorum vſufructu relicto, & vaſis traditis, proprietarius, quia dominium ab eo non recedit, ſed ideo tradidit, vt legatarius vteretur frueretur, vaſa vindicare poteſt, cautione non data, l. fin vſufructuar. quemadmodum caveat. Habet quoque dominus feudi condictionem cauſa data cauſa non ſecuta, atque ita nominatim traditum eſt, in c. vnico, de feudo ſine culpa non amitten. Cauſa finẽ ſignificat, & ob id cauſam dari dicitur, quod datur ob finem aliquẽ: vt feudũ datur ob hanc cauſam ſive ob hunc finẽ vaſallo, vt fideliter ſeruiat, c. vni. §. fin. in quib. cauſis feud. amitt. & ob id cauſa non ſecuta, hoc eſt, ſi dominus feudi fine non potiatur, ob quem feudũ dedit, ut quia vaſallus fideliter ipſi non ſeruit, cõdictio feudi ipſi datur, quæ dicitur cõdictio cauſa data cauſa non ſecuta, in ff. & cõdictio ob cauſam datorũ in C. Sic ſi vaſallus dominum 22

pro-

prodat, facit contra fidem domino datam, contra cauſam ſive finem, ob quem feudum ipſi datum eſt. Dedit quippe dominus vaſallo feudum, ut vaſallus ſibi fidelis eſſet, unde & feudum à fidelitate ſive fide appellatum eſt: & ideo dominus qui ſine non potitur, ob quem feudum vaſallo dederat feudum repetit, condictione cauſa data, cauſa non ſecuta. Similiter ſi vaſallus feudum alienavit cõtra conſtitutionem Lotharij & Friderici Imperatorum, domini ſui conſenſu non adhibito, & vaſallus conſtituit ſe nomine emptoris poſſidere, dominus per condictionem cauſa data, cauſa non ſecuta, feudum à vaſallo repetere poteſt: nam & hic dominus fine non potitur, ob quem vaſallo feudum conceſſerat, quippe vaſallus alienando feudum abſq; domini conſenſu, fidelis domino non exiſtit, cùm dominum contemnat, c. un. §. fin. quæ fuit prima cauſa beneſi. amitt. & fidelitas non tantum in ſervitijs conſiſtit, nec in eo, ut dominum vaſallus non prodat, ſed hoc etiam complectitur, ut vaſallus dominum vereretur, nec illum deſpiciat, & ideo Obertus de Orto tradidit fidelitatis verbum integram & perfectam in ſe fidelitatem continere, c. un. de nova forma fidelitat. & expoſitum eſt c. 7. ſuprà. Ex his & ſimilibus cauſis, domino

feudi

ſeudi condictionem competere, generaliter
traditum eſt, in d.c. unic. de feudo ſine culpa
non amitt. Nec enim ibi condictionem cau-
ſa data, quam Gerhardus Niger domino feu-
di dat, ad proximum duntaxat caſum, ſi va-
ſallus domino ſervire noluerit, ſed ad præ-
cedentia quoque verba, ſi contra fidelitatem
vaſallus venerit, referenda ſunt: & aliàs
exempla non reſtringunt regulam, § hacte-
nus, inſtitu. de gradibus, l. cùm hi, § cau-
ſæ, de tranſactio. Menoch. de arbitr. judic.
quæſtio. centur. 2. caſu 170. num. 6. At di- 23
ces, dominus qui feudum à vaſallo petit, do-
minum ſe eſſe feudi contendit: non igitur
poteſt ipſi competere condictio cauſa data
&c. quia nemo rem ſuam condicit. Hic no-
dus multos malè torſit, ſed facilis eſt reſpon-
ſio: nam ſicuti odio furum receptum eſt, ut
condictione conveniri poſſint, § ſic itaque
diſcretis, inſtitut. de actio. l. fin. uſufructua.
quemadmodum caveat: ſic conſuetudinibus
feudalibus odio vaſallorum feloniam cõmit-
tentium receptũ eſt, ut cõdictione teneantur.
Illud notandum eſt, quòd condictio cauſa da- 24
ta cauſa non ſecuta, non eſt ex contractu, ſed
datur ex bono & æquo, l. in ſumma, § quod
ob rem, de condictio. indebit. vel ex natu-
rali æquitate, l. 3. § ſed ſi ſervus, de condi-

ctio. cauſa data, ſicuti & condictio indebiti ſoluti, l. indebiti, l. hæc condictio, de condictio. indebiti, & condictio ſine cauſa, l. contra. § ultim. l. rerum, rerum amota. l. ſi & me, ſic certum petatur. Nam ita ſit habitus contractus, do ut des, vel do ut facias: ut do tibi feudum, ut ſervitia præſtes, quod eſt, dare ob rem ſive cauſam, ex eo contractu eſt quidem actio præſcriptis verbis, ut des vel facias, non tamen eſt actio, ut reddas quod accepiſti, quoniam id nominatim non eſt actum, ſed eſt condictio ex bono & æquo ex naturali æquitate. Et quod dicitur in l. 5. § quinimò, de condictio. cauſa data, ex hoc contractu dedi tibi, ut manumitteres, competere actionem id non eſt accipiendum de condictione ob rem dati, ſed de actione præſcriptis verbis, quæ etiam dicitur condictio, l. duo, § ultimo, de precario. Sed quid de interdictis poſſeſ-
a 5 ſoriis dicemus, num illa quoque domino accommodantur, ſicuti vaſallo ea accommodari ſuprà diximus? Atque ita quidem Æguinarius Baro. lib. 4. de benefic. c. 7. Duaren. in commentariis ad conſuetud. feudor. c. 19. cenſuerunt, propter hanc rationem, quòd vaſallus naturaliter poſſidet, dominus feudi civiliter. Et quamvis communiter interpretes teneant, duos poſſidere poſſe, unum naturali-

raliter, alterum civiliter: tamen ſententia illa a jure civili aliena eſt: ſecundum enim jura civilia, duo in ſolidum poſſidere non poſſunt, nec naturaliter ſimul, nec civiliter, nec unus naturaliter, alter civiliter, nec unus juſtè, alter injuſtè, l. 3. § ex contrario de acquir. poſſ. l. ſi ut certo, § ſi duobus, commodati, l. duo in ſolidum, de precario. Nec obſtat, l. & habet, § eum qui de precario, quæ vult eum poſſidere, qui precario rogavit, ut ſibi poſſidere liceret, & ſimiliter eum qui rogatus eſt. Nam reſpondendum eſt, inter Proculianos & Sabinianos hanc quæſtionem fuiſſe controverſam, utrum duo in ſolidum poſſent poſſidere. Sabiniani duos poſſeſſores ſimul admittebant: Proculiani non item, quemadmodum perſpicuè indicat, ICtus, in d. l. 3. § ex contrario, de acquir. poſſeſſ. & hoc diſſidium indicatur in d. l. & habet, § eum qui, in illis verbis, dubitatum eſt, de precario. Sed Proculianorum ſententia obtinuit, exploſa ſententia Sabinianorum, d. l. 3. § ex contrario, de acquiren. poſſeſſ. & ex libris ad Sabinum ſumpta eſt, d. l. & habet, de precario, quemadmodum inſcriptio ejus legis indicat. Rurſus non obſtat, l. ſi duo poſſideant, uti poſſidetis, quæ vult duos quoque in ſolidum poſſidere poſſe. Etenim ibi ponderanda ſunt hæc 26

c. unic. de inveſtit. de re alien. facta, propterea quod contractui feudali nulla lex proprium nomen dedit. Sic dominus, fide contractus non præſtita, habet condictionem cauſa data, cauſa non ſecuta, ut paulò pòſt dicemus, eaq; condictio, cum actione præſcriptis verbis concurrere ſolet, ut conſtat ex l. naturalis, de præſcriptis verbis, quamvis interpretes communiter ſentiunt, feudum, à conſuetudine nomen accepiſſe, Curtius de feudis, in 1. parte, quæſtio. 9. Sylvanus de feudi recognit. quæſt. 3. Julius Clar. in ſ. feudum, quæſt.
15 6. Ita demum tamen vaſallus, feudo evicto, ad feudum æquivalens agere poteſt, ſi pendente lite ante condemnationem, auctorem ſuum, hoc eſt, dominum vocaverit, ut ſe defenderet, d. c. un. ſi de feudo vaſal. ab aliquo interpella. fuer. Hoc ICti. & Imperatores dicunt auctorem laudare, l. 6. §. ſi tibi iter, de actio empt. l. Herennius Modeſtinus, ſ. 1. de evictio. l. auctore laudato, C. de evictio. l. 2. C. de in litem dando tuto. vel curat. Illaudatus dominus de evictione non tenetur, d. c. un. ſi de feudo vaſallus &c. quod etiam de jure communi in emptionibus & venditionibus procedit, ut latè traditum eſt à Caſparo
16 Caballino in tracta. de evictio. Sed & laudatus dominus non ſemper ob evictionem conveniri

veniri poteſt, d. c. un. de inveſtitu. de re alię. facta. Ibi Obertus de Orto ita diſtinguit: aut vaſallus cui prædium feudale evictum eſt, ſcivit prædium fuiſſe alienum, vel alij oppignoratum: aut hoc ignoravit. Priori caſu, actionem de evictione non habet, niſi ſpeciali pacto ſibi de evictione proſpexerit: poſteriori caſu de evictione agere poteſt. Et hac diſtinctione in vaſallo utimur, non etiam in domino, qui ſive ſciverit ſive ignoraverit, feudum fuiſſe alienum, feudo evicto conveniri poteſt, d.c. un. de inveſtitu. de re alien. facta, Ferrar. pract. in forma libelli ad revocat. feudi, ſuper verbis, nec ſuperſtitibus nu. 32. niſi fortè inſtrumento inveſtituræ, hæc clauſula, juribus alienis ſemper ſalvis, inſerta fuerit, tunc feudo evicto, dominus nunquam de evictione tenetur, Mat. de Afflict. in c. un. n. 9. de inveſt. de re alien. fact. & c. un. nu. 3. de lege Conr. ubi dicit, hoc notabile eſſe verbũ Andr. de Iſern. De interdictis poſſeſſoriis quæritur, 17
an illa vaſal. accommodentur. Et cũ ſimplici uſufructuario qui non poſſidet, ea accommodari in c. proximè præcedenti, in 2. cauſa privationis feudi dictum ſit, de vaſallo qui poſſidet, c. uni. ꝟ. fin. de nova forma fidelita. minus erit dubitandum. Et ſic quòd interdictũ, uti poſſidetis, detur vaſallo, qui in poſſeſſione feudi

ſeudi turbatus eſt, gl. & DD. tradiderunt in l. unic. C. uti poſſidet. Johan. Fab. & Johan. de Platea in §. retinendæ, inſtitu. de interdictis, Ruinus conſil. 53. nu. 3. lib. 4. Menochius de retinen. poſſeſſ. in 3. remedio n. 81. Similiter quòd vaſallo accommodatur interdictum unde vi, cùm feudo ſpoliatus eſt, traditum eſt à Barone lib. 4. de judicijs ad benefi. pertinenti. c. 7. Menochius in 1. remedio recuperan. poſſ. n. 90. Molinæus in conſuetud. Pariſior. tit. 1. §. 1. gl. 4. nu. 35. Et quamvis Innocentius, Abbas & Felinus in c. cæterum, de judicijs, & Molinæus in conſuetudinibus Pariſiorum, tit. 1. §. 1. gl. 4. n. 35. Menochius d. remedio 1. recuperan. poſſ. exiſtimaverint, vaſallum, adverſus extraneum ſpoliatorem aut turbatorē, dictis remedijs, uti poſſidetis & unde vi, uti poſſe, non contra dominum, contra quem actionem in factum pro-
18 ponere debeat, argum. l. 1. §. interdictum hoc, unde vi & de vi armata; tamen multis placuit, etiam remedia ſpoliatoria vaſallis contra dominos deneganda non eſſe, Jacobi. de feudis, ſuper verbis, & dicti vaſalli pro dictis rebus, n. 6. Baldus conſil. 323. proponitur lib. 2. Andreas de Iſernia: in c. Imperialem, §. illud. verſic. ex his videtur, cum ſequenti, de prohib. feud. alien. per Frid. Matthæus

thæus de Afflict. in c. un. n. 21. de milite vaſſallo qui contumax eſt Lucas de Penna in l. ſi coloni, quæſt. 30. C. de agrico. lib. 11. Et hanc ſententiam Academia Francofordienſis, in tertio tomo variorum conſiliorum, conſ. 21. decidendo probavit, ibique additur dictam ſententiam in ſupremo judicio obſervari. Nec poteſt dominus, interdictis unde vi, aut uti poſsidetis à vaſallo conventus, cõqueri, debitum ſibi honorem à vaſallo non exhiberi, propterea quòd facinoris reus arguatur, l. 1. §. interdictum hoc, unde vi, & de vi armata, hoc eſt, malo more, vaſallo vim intuliſſe dicatur. Cùm enim dominus vaſallum non habet ut vaſallum, vaſallus non compellitur dominum habere ut dominum, c. eſto ſubiectus, 95. diſtinctio. ibi dicitur epiſcopi habeant clericos, quaſi clericos, ut ipſis epiſcopis à clericis quaſi epiſcopis honor deferatur, & abjicitur; ſcitum eſt illud oratoris Domitij: cur ego te habeam ut principem, cùm tu me non habeas ut ſenatorem, cui cõſentit illud Lucij Craſsi ad Philippum: Ego te conſulem putem, cùm tu me non putes ſenatorem? Quintilian. lib. 8. inſtit. orato. tit. de ornatu ad finem, & libr. 11. c. 1. Valerius Maximus libr. 6. c. 2. Cice. lib. 3. de orat. Nec obſtat quòd liberto in patronũ, 19

interdi

interdictum unde vi non competit, d.l. 1. § in-
terdictum hoc: nam a liberto ad vaſallum
perpetuò non rectè argumentamur. Vaſal-
lus itaque interdicta poſſeſſoria etiam adver-
20 ſus dominum habet. Et hoc tunc maximè
procedit, quando dominus vi armata adver-
ſus vaſallum utitur: hoc enim caſu etiam va-
ſallo adverſus patronum interdictum un-
de vi competit, d.l.1.§. interdictum hoc, verſi.
aliter atque, vnde vi Vis armata eſt vis pub-
lica, quæ cum aſmis infertur; quæ ſine armis
infertur, dicitur vis priuata, §. recuperandæ, in-
ſtit. de interdictis, quamuis olim publica vel
priuata vis, à publicis vel priuatis perſonis
vim inferentibus fuerit appellata, Iſidor. lib. 5.
etymolog. c. 26. Paulus in 5. ſenten. c. 26. Et
hæc de actionibus vaſallis competentibus.
Nunc dicemus de actionib. quæ domino com-
21 petunt. Quemadmodum autem vaſallus vti-
lem rei vindicationem habet, ita dominus
feudi habet directam rei vindicationem, c.
vn. §. ſi verò vaſallus, ibi, rem ſuam petat, quid
ſit inueſtitura. Et ideo ſi Titius fundum poſ-
ſideat tanquam feudum, dominus autem ne-
get ſe fundum Titio in feudum dediſſe, per
in rem actionem, nominus à Titio, qui
fundum poſsidet, fundum petere poteſt, d.
c. vnico, §. ſi verò, quid ſit inueſtitu. Per
hanc

hanc actionem dominus quoque à vaſallo feudum petit,ſi vaſallus requiſitus, ſeruitia non præſtiterit, aut feudum inſçio domino alienauerit,aut aliam quamcunque feloniam commiſerit: atque ita interpretes crebriorĩ calculo tradiderunt, vt apud Aluarott.in. c. vnic. §. ſed nec alia, num. 4. quæ fuit prima cauſa beneſic.amitt. & in c. vnic.nume. 5. de controuer.inter dom.& empt.feudi,videre licet. Sic vaſorum vſufructu relicto, & vaſis traditis,proprietarius, quia dominium ab eo non recedit, ſed ideo tradidit, vt legatarius vteretur frueretur, vaſa vindicare poteſt, cautione non data,l.fin vſufructuar.quemadmodum caveat. Habet quoque dominus feudi condictionem cauſa data cauſa non ſecuta, atque ita nominatim traditum eſt,in c.vnico, de feudo ſine culpa non amitten. Cauſa finẽ ſignificat,&ob id cauſam dari dicitur, quod datur ob finem aliquẽ; vt feudũ datur ob hanc cauſam ſive ob hunc finẽ vaſallo, vt fideliter ſeruiat, c. vni.§. fin.in quib.cauſis feud.amitt. & ob id cauſa non ſecuta, hoc eſt, ſi dominus feudi fine non potiatur, ob quem feudũ dedit, ut quia vaſallus fideliter ipſi non ſeruit, cõdictio feudi ipſi datur, quæ dicitur cõdictio cauſa data cauſa non ſecuta, in ff. & cõdictio ob cauſam datorũ in C. Sic ſi vaſallus dominum 22

pro-

prodat, facit contra ſidem domino datam, contra cauſam ſive finem, ob quem feudum ipſi datum eſt. Dedit quippe dominus vaſallo feudum, ut vaſallus ſibi fidelis eſſet, unde & feudum à fidelitate ſive fide appellatum eſt: & ideo dominus qui fine non potitur, ob quem feudum vaſallo dederat feudum repetit, condictione cauſa data, cauſa non ſecuta. Similiter ſi vaſallus feudum alienavit cõtra conſtitutionem Lotharij & Friderici Imperatorum, domini ſui conſenſu non adhibito, & vaſallus conſtituit ſe nomine emptoris poſſidere, dominus per condictionem cauſa data, cauſa non ſecuta, feudum à vaſallo repetere poteſt: nam & hic dominus fine non potitur, ob quem vaſallo feudum conceſſerat, quippe vaſallus alienando feudum absq; domini conſenſu, fidelis domino non exiſtit, cùm dominum contemnat, c. un. §. fin. quæ fuit prima cauſa benefi. amitt. & fidelitas non tantum in ſervitijs conſiſtit, nec in eo, ut dominum vaſallus non prodat, ſed hoc etiam complectitur, ut vaſallus dominum veneretur, nec illum deſpiciat, & ideo Obertus de Orto tradidit fidelitatis verbum integram & perfectam in ſe fidelitatem continere, c. un. de nova forma fidelitat. & expoſitum eſt c. 7. ſuprà. Ex his & ſimilibus cauſis, domino

feudi

feudi condictionem competere, generaliter traditum eſt, in d.c. unic. de feudo ſine culpa non amitt. Nec enim ibi condictionem cauſa data, quam Gerhardus Niger domino feudi dat, ad proximum duntaxat caſum, ſi vaſallus domino ſervire noluerit, ſed ad præcedentia quoque verba, ſi contra fidelitatem vaſallus venerit, referenda ſunt: & alias exempla non reſtringunt regulam, § hactenus, inſtitu. de gradibus, l. cùm hi, § cauſæ, de tranſactio. Menoch. de arbitr. judic. quæſtio. centur. 2. caſu 170. num. 6. At di- 23
ces, dominus qui feudum à vaſallo petit, dominum ſe eſſe feudi contendit: non igitur poteſt ipſi competere condictio cauſa datæ &c. quia nemo rem ſuam condicit. Hic nodus multos malè torſit, ſed facilis eſt reſponſio: nam ſicuti odio furum receptum eſt, ut condictione conveniri poſſint, § ſic itaque diſcretis, inſtitut. de actio. l. fin. uſufructua. quemadmodum caveat: ſic conſuetudinibus feudalibus odio vaſallorum feloniam cõmittentium receptũ eſt, ut cõdictione teneantur.
Illud notandum eſt, quòd condictio cauſa da- 24
ta cauſa non ſecuta, non eſt ex contractu, ſed datur ex bono & æquo, l. in ſumma, § quod ob rem, de condictio. indebit. vel ex naturali æquitate, l. 3. § ſed ſi ſervus, de condi-

raliter, alterum civiliter: tamen ſententia illa a jure civili aliena eſt: ſecundum enim jura civilia, duo in ſolidum poſſidere non poſſunt, nec naturaliter ſimul, nec civiliter, nec unus naturaliter, alter civiliter, nec unus juſtè, alter injuſtè, l. 3. § ex contrario de acquir. poſſ. l. ſi ut certo, § ſi duobus, commodati, l. duo in ſolidum, de precario. Nec obſtat, l. & habet, § eum qui de precario, quæ vult eum poſſidere, qui precario rogavit, ut ſibi poſſidere liceret, & ſimiliter eum qui rogatus eſt. Nam reſpondendum eſt, inter Proculianos & Sabinianos hanc quæſtionem fuiſſe controverſam, utrum duo in ſolidum poſſent poſſidere. Sabiniani duos poſſeſſores ſimul admittebant: Proculiani non item, quemadmodum perſpicuè indicat, ICtus, in d. l. 3. § ex contrario, de acquir. poſſeſſ. & hoc diſſidium indicatur in d. l. & habet, § eum qui, in illis verbis, dubitatum eſt, de precario. Sed Proculianorum ſententia obtinuit, exploſa ſententia Sabinianorum, d. l. 3. § ex contrario, de acquiren. poſſeſſ. & ex libris ad Sabinum ſumpta eſt, d. l. & habet, de precario, quemadmodum inſcriptio ejus legis indicat. Rurſus non obſtat, l. ſi duo poſſideant, uti poſſidetis, quæ vult duos quoque in ſolidum poſſidere poſſe. Etenim ibi ponderanda ſunt hæc 26

verba: ſi quis proponeret ex ſententia ſcilicet Sabini, cui Proculiani non aſſentiuntur. Et totum quod Ulpianus ibi tradit,ex ſententia Sabini tradit. Non obſtat ſimiliter interdictũ uti poſſidetis,ita poſſideatis,l.1.uti poſſid. Nã Prætor duos dicit poſſidere, nõ quòd verè poſſideant,ſed quod uterque cõtendit ſe poſſidere, & ne alter alteri vim faciat, ita interdicit, uti poſſidetis, ita poſſideatis, quemadmodum Ulpianus explicat, in d. l. 1. § hujus autem interdicti, uti poſſi. Jacobus Cujac.lib. 9. obſervat.c. 32. & 33. Ex his conſequenter dicendum eſt, vaſallo in poſſeſſione feudi turbato, vel vi de fundo dejecto, domino non competere interdictum, uti poſſidetis,nec unde vi, ſed vaſallo, ſicuti ſuprà ex-
27 poſitum eſt. Sanè ſi dominus à quaſi poſſeſſione percipiendi annuam præſtationem ſeu penſionem fuerit dejectus,dabitur ei interdictum,unde vi, Innocentius in c. pervenit, & ibi Abbas num.3.de cenſib.Bald.in l. jubemus nullam, in 1. notab. C. de SS. Eccle. Roman. conſ. 311. incipiente: in caſu propoſitæ conſultationis,num.6.verſic.aliquando quæritur, & ab hac ſententia nemo diſſentit, cùm præ-
28 ſtatio eſt realis, Menochius in 1. remedio recuperandæ poſſeſſio. num. 87. cùm verò perſonalis eſt præſtatio annua, non ſatis inter in-

ter,

terpretes convenit, an interdictum poſſeſſori-
um unde vi, conçedi debeat. Canoniſtæ vo- 29
lunt hoc quoque caſu interdictum unde vi,
cõpetere per textũ, in c. querelam, de electio.
Vaſallus enim qui recuſat ſolvere canonem
domino, dicitur ſpoliare dominum quaſi
poſſeſſione percipiendi canonem annuum,
Cravet. con. 140. incipiente: in cauſa ſpolii,
num. 1. circa finem. Et hanc Canoniſtarum
ſententiam, conſilium Neapolitanum pro-
bavit, ut Matthæus de afflictis in deciſione
Neapolita. 395. refert. Et licet in præſtatio- 30
nibus perſonalibus nulla ſit poſſeſſio, à qua
percipiens præſtationem, verè dejectus dici
poſſit, Paris de Puteo de redintegrat. feudor.
c. 140. num. 10. Johan. Baptiſta Ferret. conſ.
59. numer. 2. tamen ſtatus quidam reperitur
percipiendi præſtationem, quem violenter in-
tervertit, qui præſtationem annuam ſolvere
recuſat, Et hic ſtatus pro poſſeſſione eſt, c.
querelam, ubi Abbas & alii, de electio. Ab-
bas in c. pervenit, numer. 4. extra de cenſi.
Matthæ. de afflict. in proœm. conſtit. Nea-
polita. numer. 24. atque ita, ut dictum eſt,
Canoniſtæ communiter ſentiunt. Contrà ju- 31
ris civilis interpretes exiſtimant nullum poſ-
ſeſſorium judicium concedi pro annua præ-

ſtatione perſonali, Cynus in l. ſi certis annis, quæſtio.ultim. C. de pactis, Bartol. in l. 2. in fin. quorum bonorum, Ripa in l. 1. numer. 3. eodem, ubi teſtatur Legiſtas omnes hujus eſſe ſententiæ, quam & ipſe veram eſſe credit, Baldus in d.l. jubemus nullam, in 1. notab. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Et hæc ſententia crebriori interpretum calculo recepta eſt, eamque veriorem, quò ad interdictum unde vi, eſſe contendit Menochius d. 1. remedio re-
32 cuperan. poſſeſſ. numer. 87. circa finem, propterea quòd ratione præſtationis perſonalis nulla datur poſſeſſio, à qua percipiens poſſeſſionem verè dejectus dici poſſit, ut Canoniſtæ fatentur, & ratione ſtatus in quo percipiens præſtationem eſt, unde vi interdictum non conceditur, ut prolixius apud Menochium in d. 1. remedio recuperandæ poſſeſſionis videre licet, ubi ſimul etiam reſpondet ad d. c. querelam, de elect.

CAPUT

Caput X.

CORAM QVO DE FEUDO AGATUR, ET qua forma judicium ſit inſtituendum.

1. *Imperator de feudo regali, ut: ducatu, marchionatu & comitatu, cognoſcit.*
2. *Camera Imperialis concurrentem cum Imperatore juriſdictionem habet.*
3. *Sed tamen ſolus Imperator de ducatu, marchionatu & comitatu cognoſcere poteſt.*
4. *Si de aliquo alio ſeudo Imperii controverſia ſit, tunc præventioni locus eſt.*
5. *Si contentio ſit de feudo non regali inter dominum & vaſallum, tunc pares curiæ ſunt judices.*
6. *Nec refert utrum dominus feudi ſuperiorem recognoſcat an non.*
7. *Item an pares minores & inferioris gradus ſunt ipſis litigatoribus.*
8. *Etiam quando vaſallus clericus eſt, pares curiæ ſunt judices.*
9. *Dominus & vaſallus pares eligant.*

10. *Non valet conſuetudo, ut ſolus dominus pares eligat.*
11. *Quando pares curiæ ſunt ſuſpecti, tunc ordinarius eſt judex.*
12. *Ordinarius quoq; eſt judex, quando pares debent eſſe teſtes.*
13. *Similiter quando nulli ſunt pares, ordinarius judex eſt.*
14. *Si conſuetudine inductum fuerit ne pares ſint judices, conſuetudinem ſequimur.*
15. *Pares non ſunt judices quando domino feudi fidelitatis ſacramentum non præſtiterunt.*
16. *Vtrum pares inviti cogantur eſſe judices.*
17. *Si contentio ſit de feudo non regali inter vaſallos, competens judex eſt dominus feudi.*
18. *Siue de poſſeßione agatur, ſiue de proprietate.*
19. *Sive dominus vaſallũ coactus inveſtiverit, ſive nolens.*
20. *Dominus feudi eſt judex competens, quando vaſalli cõtrouertũt de feudo franco.*
21. *Etiam inter vaſallos clericos dominus feudi eſt competens judex.*
22. *Clericus regulariter coram judice eccleſiaſtico conveniendus eſt.*
23. Nec poteſt clericus huic privilegio renunciare.

24. Sed

24. *Sed ratione ſeudi clericus laico ſubijcitur.*

25. *Dominus ſeudi clericus, inter laicos contendentes de ſeudo ſeculari eſt judex.*

26. *Vidua judicem eccleſiaſticum adire poteſt.*

27. *Vidua inter miſerabiles perſonas numeratur.*

28. *Non agitur coram domino ſeudi, quando dominus ſeudi juſtitiam vaſallis adminiſtrare negligit.*

29. *Dominus qui ſemel conſenſit, ut cauſa coram alio tractaretur judice, non eſt judex competens.*

30. *Et tacitus conſenſus domini ſufficit.*

31. *Dominus non eſt competens judex inter vaſallos, quando unus ex vaſallis non oſtendit titulum, quo ſe ejuſdem domini vaſallum eſſe aſſerit.*

32. *Dominus non eſt competens judex, quando ſuperior vetuit.*

33. *Pares curiæ & dominus ſeudi nō ſunt competentes judices, quando principaliter de ſeudo non exiſtit contentio.*

34. *Dominus ſeudi eſt judex, quando vaſalli jurisdictionem prorogant.*

35. *Hoc verum eſt quando vaſalli ſuper alia re, quàm ſuper ſeudo litigant.*

36. *In judicio ſeudali libellus eſt offerendus, lis conteſtanda, & totus ordo juris obſervandus.*

37. *Pares curiæ non præſtant iuramentum, quòd iuſtè iudicare velint.*

38. *Vaſallus vocat dominum in ius non impetrata venia.*

39. *In cauſis feudalibus non præſtatur iuramentum calumniæ.*

40. *In cauſis feudalibus in initio litis, non præſtatur iuramentum calumniæ.*

41. *Mulier non eſt teſtis in cauſa ſeudali.*

42. *Feudum novum non probatur niſi per breve teſtatum aut pares curiæ: antiquum quibuscunq; teſtibus.*

Reſtat ut videamus coram quo de feudo agatur, & qua forma judicium ſit inſtituendum. Quod ad iudicem attinet, ita diſtinguendum videtur: aut contentio eſt inter vaſallos de feudo regali, aut de feudo non regali, & tunc vel inter ipſum dominum & vaſallum de feudo eſt controverſia, vel inter vaſallos tantum. 1 Quando contentio eſt de feudo regali, hoc eſt, de ducatu, marchionatu, vel comitatu, ſolus Imperator controverſiam definit, hoc eſt, de cauſa illa cognoſcit,

gnoſcit, c. vni. apud quem vel quos contro-
ver.feud.definiatur, atq; ita omnes feudiſtæ
ſentiunt, Rolandus à Valle conſil. 22. num.
18. in 4. volum. Ferrarien. practicus in forma
libelli ad revocationem feudi, ſuper verbis,
nec ſuperſtitibus num. 28. Et ſic cùm Henri-
cus Dux Lavvenburgenſis, & Fridericus,
quem Imperator inveſtiverat de ducatu Sa-
xoniæ, inter ſe de ducatu Saxoniæ contende-
rent, & Henricus à conſilio Baſilienſi rem de-
finiri vellet, Fridericus ab Imperatore Sigiſ-
mundo, Sigiſmundus Imperator ad conſili-
um Baſilienſe ſcripſit hoc modo: Feudalis
contentio per dominum feudi ac pares curiæ
terminanda eſt: eaque epiſtola 3. tomo con-
ciliorum extat. Cuiacius in d. c. uni. apud
quem vel quos contro. feud. definiatur. Et 2
quamvis hodie Imperialis Camera per mo-
dum contractus ex ordinatione Cameræ con-
currentem cum Imperatore iurisdictionem
habet, & ipſum Imperatorem repræſentat,
unde Camera Imperialis ſigillo Imperatorio
utitur, & proceſſus ſub nomine Imperatoris
decernit: tamen etiam hodie ſolus Impera-
tor de ducatu, marachionatu, & comitatu Im-
perij cognoſcit, non Camera Imperialis, pro-
pterea quòd hic caſus, in ordinatione Came-
ræ, parte 2. tit. 7. ſoli Imperatori reſervatus eſt.
Loquitur

Loquitur autem ordinatio Cameræ in ſpecie de ducatu, marchionatu,comitatu, & ideo aliud dicendum erit, ſi inter duos vaſallos, nõ de ducatu, marchionatu aut comitatu,ſed de aliquo alio feudo Imperij controverſia ſit, tunc talis cauſa ad Cameram Imperii, non ad Imperatorem pertinet, ſicq; obſervatum fuit in caſu Bredenroth cõtra Gilis,in cauſa Velſch contra Naſſaw/ & in cauſa Johan, Engelhartz von Schönbergk contra Knodẽ & Wolff Hallern. Hartman. Hartmanni in practic. obſervatio. tit. de feudis, obſer. 43. in additio. Hoc tamen ita procedit, ſi partes prius Cameram quàm Imperatorem adeant & citationem petant. Hoc caſu, præventionis jure citatio à Camera decernitur, & cauſa ibidem agitatur: hic enim propter jurisdictionis concurrentiam, præventioni locus eſt, Andr. Geil. lib. 1. pract. obſervat. obſer. 29. Si contentio exiſtat de feudo non regali inter dominum & vaſallum, ut ſi dominus feudi contendat fines feudi à ſe vaſallo conceſsi, extendere ſe uſque ad certum locum, & ob id ſe eſſe in poſſeſsione ultra illum locum, vaſallus contra affirmet, ſe ultra locum illum poſsidere jure feudi, vel ſi dominus vaſallum pacificè poſsidentem turbet: aut vaſallum intra annum & diem inveſtituram non petiiſſe, vel

feloniam

feloniam commiſiſſe, & ob commiſſam feloniam feudo cecidiſſe dicat, pares curiæ ſunt competentes judices: Ita textus ſunt in c. Imperialem, §. præterea, de prohib. feudi alienat. per Frideric. c. uni. §. ſi inter, de alienat. paterni feudi, c. uni. ibi, per laudamentum parium, de feudo ſine culpa non amit. c. uni. §. fin. ibi. per judicium parium ſuorum, quo tempore miles inveſtitu. petere debeat, c. uni. de controver. feudi apud pares termi. Baldus in d. c. Imperialem, §. præterea, & in c. cæterum, n. 3. de judiciis, Jacobi. de feudis, ſuper verbis, & dicti vaſalli pro dictis rebus feudalibus conventi, n. 5. verſic. & ideo concludit ipſe Baldus, Blanchus de feudis, 4. parte, c. 1. n. 3. Franciſ. Curtius de feudis, part. ult. n. 34. Mynſing. cent. 1. obſer. 99. & cent. 5. obſ. 75. Ferrarien. pract. in forma libelli, ad revocationem feudi, ſuper verbis, nec ſuperſtitibus, n. 28. Petr. Duenas in regul. jur. 324. Hartman. Hartmanni in pract. obſer. tit. de feudis, obſervatio. 22. Hinc Guntherus lib. 8. inquit:

Si tibi pro feudo, quod te tribuente, fatetur
Acceptum, tu verò negas, vaſallus agendum
Fortè movet litem, non tu, ſed curia judex
Audiat, & certo determinet ordine cauſam.

Nec refert utrum dominus feudi ſuperiorem reco-

recognoſcat an non: nam & cùm ſuperiorem non recognoſcit, pares curiæ judices ſunt, Bald. in d. c. Imperialem, §. præterea, Alvarot. in c. unic. verſic. idem dicendum, apud quem vel quos controverſia feudi definiatur, Decius in d. c. cæterum, num. 12. verſi. quintus caſus; Franciſ. Curt. de feudis, d. parte ult. num. 34. verſic. 2. extende, Matthæus de Afflict. in c. unic. n. 4. de inveſt. in maritum
7 facta. Sic non attenditur quòd pares minoris & inferioris gradus ſunt ipſis litigatoribus, Felin. in d. c. cæterum, n. 11. verſic. & adverte, Franc. Curt. d. part. ult. n. 34. verſic. quartò extende. Et ideo ſi inter Imperatorem & vaſallum lis eſſet, adhuc pares curiæ cognoſcerent, Menoch. in 3. remed. retinendæ
8 poſſeſsio. n. 438. Quinimò ſi vaſallus clericus fuerit, & pares curiæ laici, adhuc pares curiæ judices erunt inter dominum & vaſallum, Innocentius in c. verum, de foro competen. Jacobinus de feudis, ſuper d. verbis, & dicti vaſalli pro dictis rebus &c. nu. 3. Matth. de Afflict. in c. un. n. 1. de his qui feud. dar. poſſ. Reſpectu enim feudi clericus & Eccleſia laicis ſubjiciuntur, ut inf. dicemus, Jul. Clar. in §. feudum, quæſt. 90. nu. 4. Menoch. in 3. re-
9 med. retinendæ poſſeſsio. nu. 439. Non autem omnes pares curię judices ſimul ſunt, ſed

dominus

dominus ex paribus eligit unum, duos, vel tres, vel etiam plures ſi voluerit, & deinde vaſallus totidem eligit, c. uni. de controv. feudi apud pares termi. gl. in d. §. præterea, in verbis, pares curiæ, de prohib. feudi alien. per Frider. Jacobi. ſuper dictis verbis, & dicti vaſalli pro dictis rebus, n. 10. verſ. quæro etiam an omnes pares curiæ erunt judices: & hæc eſt communis DD. ſententia, Julius Clarus in §. feud. quæſt. 90. num. 2. Nec valet 10
conſuetudo, ut ſolus dominus pares eligat: atq; ita in Camera Imperiali concluſum fuiſſe Andreas Geill refert libr. 2. pract. obſervatio. obſervatio. 34. Numerus tamen parium in arbitrio domini eſt, Hartman. Hartmanni in pract. obſervatio. titu. de feudis, obſervat. 23. Quòd ſi pares curiæ aliquo mo- 11
do fuerunt ſupecti, & cauſa ſuſpicionis ſit rationabilis, tunc judices non erunt inter dominum & vaſallum, ſed ordinarius cognoſcet, quia in feudis, in defectum parium ordinarius eſt judex ſubſidiarius, Bald. in c. unic. an apud judicem vel curiam domin. &c. Blanchus de feudis 4. parte, c. 1. nu. 18. Hartman. Hartmanni in pract. obſervatio. tit. de feudis, obſerva. 22. verſ. & quando pares curiæ ſunt ſuſpecti, Menochius in 3. remed. retinen. poſ. n. 440. Sed etſi pares curiæ teſtes eſſe 12
debeant

debeant in cauſa inter dominum & vaſallum vertente, ordinarius judex erit, non pares, Felin. in d. c. cæterum, de judiciis Franciſcus Curtius de feudis, part. ult. 38. Jacobinus ſuper dictis verbis, & dicti vaſalli pro dictis re-
13 bus, nu. 13. Sic ordinarius judex eſt in controverſia inter dominum & vaſallum, quando nulli pares curiæ extant, gl. in d. c. Imperialem, §. præterea, Abbas in d. c. cæterum, n. 7. Jacobinis in d. verbis, & dicti vaſalli, nu. 16. Blanchus de feudis, 4. parte, c. 1. nu. 12.
14 Hoc amplius, ſi per ſpeciale privilegium vel contrariam conſuetudinem inductum fuerit, ne pares curiæ ſint judices inter dominum & vaſallum, privilegium & conſuetudinem hac in re ſequemur, Blanchus d. parte 4. c. 1. nu. 12. Jacobinus ſuper dictis verbis, & dicti vaſalli, nu. 2. verſic. advertite, Hartman. Hartmanni d. obſervatio. 22. verſic. niſi juri communi per ſpeciale privilegium, Menochius de retinenda poſſeſſione, dicto remedio 3. n. 445. Rolandus à Valle conſil. 89. nu. 19. in
15 2. volum. Deniq; pares curiæ judices non erunt, ſi domino feudi fidelitatem, hoc eſt, juramentum fidelitatis non præſtiterunt, d. c. unic. §. fina. de controverſ. feud. apud pares termi. Menochius de retinen. poſſ. d. remedio 3. n. 447. Hartman. Hartmanni in pract. obſervat.

obſervat.tit.de feudis, obſerva. 23. Addunt 16
interpretes pares quoq; judices non eſſe,ſi nolint,Blanchus d.4.parte,c.1.num.14.Alvarot. in c.uni.num. 5. an apud judicem vel curiam domini &c. Zaſius in epitom. parte 11.numer. 11. verſicu. quod ſi pares, & hoc eſt ſpeciale in paribus, ſecus eſt in aliis judicibus ordinariis,Hartman.Hartmanni d.obſ.22.verſi. item pares curiæ non coguntur. Sed And.de Iſern. in contraria eſt ſententia,in c.uni.nu. 7. & ibi Præpoſit.num.5. verſi.item quæro an poſſint pares curiæ cogi,de controv.feudi apud pares termi. Et hanc ſententiam ſequitur Jacobinus ſuper dictis verbis, & dicti vaſalli,nu.14. ibi tradit pares ad hoc cogi poſſe, ut judicandi munus in ſe recipiant, & addit Jacob. ita omnes Dd. velle. Et hanc poſteriorem ſententiam Julius Clar.probauit in d.§ feudum, quæſt.90.num.2.Si contentio ſit de feudo non 17
regali inter vaſallos, tunc cõpetens judex eſt dominus feudi.d.c.Imperialem,§ præterea,de prohib. feud. alien. per Frideric. Præterea inquit Fridericus Imperator,quando inter duos vaſallos de feudo eſt controverſia,domini eſt cognitio, & per eum controverſia terminetur,Duenas in regul. juris 321. unde eleganter Guntherus lib. 8.

Inter vaſallos unius fortè patroni

Quæſtio de ſeudo quoties agitatur eodem,
Quo ſeudi domino gaudent, hoc judice certent:
Imò ſi non de tota re feudali, ſed de aliqua ejus parte ſit controverſia, dominus feudi erit judex. Afflict. in d. § præterea, num. 1. Johan. Ferrarius in uſibus feudor. lib. 5. c. 1. verſicul. tertio ſi content. ſit, Decius in c. cæterum, nu. 11. in fin. de judiciis. Et vaſalli non poſſunt prorogare jurisdictionem, quod ſi fecerint, nihilominus dominus feudi erit judex, Bartol. in l. 1. num. 2. de judic. Alexand. l. 1. § poſt operis, num. 21. de novi oper. nuntia. Maranta de ordin. judicio. 4. parte princip. in 12. diviſio. Julius Clarus de feudis, quæſtio. 90. Curtius in ult. parte feudor. num. 19. Hanneto. de feudis, lib. 4. c. 2. Dictum verò, § præterea, nõ tantùm de controverſia proprietatis, ſed etiam
18 poſſeſſionis intelligimus. Non ſolùm enim cùm de proprietate feudi inter duos vaſallos contentio eſt, dominus judex eſt competens, verum etiam cum contentio eſt inter duos vaſallos de poſſeſſione, Bald. in c. uni. ſi autem inter pares, de lege Conradi. idem Bald. in l. 3. num. 3. verſ. porrò cauſa, C. ſi à non competenti judice, & in d. c. cæterum, num. 2. verſic. aut intentatur, & ibi Imo. numer. 3. & Abbas numer. 15. de judiciis, Matth. de Afflict. in d. c. Imperialem, § præterea, numer. 3. verſic.

unde

Digitized by Google

unde ſum in iſta, Jacobi. de feudis, ſup. dictis verbis, & dicti vaſalli, num. 5. verſicu. in hac materia. Et hæc eſt communis Dd. opinio, Franc. Curtius de feudis, parte 7. num. 24. Jul. Clarus in § feudum, quæſtio. 90. numer. 9. Menoch. de retinen. poſſ. remed. 3. num. 377. Sed etſi dominus feudi, alterum ex vaſallis 19
contendentibus, coactus inveſtiverit, nihilominus competens erit judex, Decius in d. c. cæterum, numer. 12. de judiciis, quamvis ibi Felin. num. 12. in fin. in contraria ſit ſententia, quam & Bald. in c. uni. § ſi qua controverſia, in fin. de pace Conſtantiæ, probavit, propterea quòd dominus qui injuſtus fuit in uno, præſumitur futurus injuſtus in altero. Sed cum deceat vaſallum iniqui aliquid contra dominum præſumere, Decii ſententia retinenda erit, quam etiam Menochius probat in 3. remed. retinen. poſſ. num. 391. Quin- 20
imò ſi inter vaſallos de poſſeſſione feudi franci controvertatur, dominus feudi adhuc judex erit competens. Licet enim feudi franci natura in eo eſt alterata & mutata, quòd vaſalli ipſius feudi nomine, nulla ſervitia domino præſtant: tamen in aliis feudum francum, naturam reliquorum feudorum retinet, quemadmodum c. 4. ſuprà latius eſt expoſitum. Et ideo ſi controverſia oriatur de

feudo franco inter vaſallos, domini feudi eſt cognitio, Franciſcus Curtius in ult. parte tra- cta. feudor. num. 20. Menochius in 3. remed.
21 retinendæ poſſeſſ. num. 406. Hoc amplius, dominus feudi competens eſt judex inter vaſallos de feudo litigantes, etiam quando vaſalli ſunt clerici, Innocent. in c. verum, num. 1. de foro competent. Archidia. in c. 1. colum. 2. de clericis conjugat. in 6. Felin. in d. c. cæterum, num. 3. de judiciis, Jacobin. ſuper dictis verbis, & dicti vaſalli, num. 3. & 4. verſic. ſecundò verò caſu; Molinæus in conſuetudin. Pariſior. § 42. nu. 5. Zaſius in epitom. de feud. parte 11. num. 7. & hæc eſt cõmunis opinio, Decius in d. c. cæterum, de judiciis, Felinus in c. verum, poſt num. 3. verſicu. tenent moderni,
22 de foro competenti. Regulariter quidem coram judice laico conveniri nequit, ſed coram judice eccleſiaſtico; tam à clerico quàm à laico conveniendus eſt, c. 1. & 2. c. ſi diligenti, § fin. de foro competenti; ſive criminaliter conveniatur, ſive civiliter, c. clericum, el. 2. 11. quæſtion. 1. Alexand. conſil. 8. in 1. volumin. Rolandus à Valle conſil. 4. num. 7. in 1.
23 volum. Nec poteſt clericus huic privilegio renunciare, c. ſi diligenti, de foro competenti, ne quidem in ipſo contractu, quem cum alio celebrat, quòd tamen Jacobus Cujacius

puta-

putauit in l. jus publicum, de pactis, & in tractatu ad African. num. 7. in explicatione, l. trajectitiæ, de obligatio. & actio. Hoc enim privilegium non perſonæ, ſed toti ordini eccleſiaſtico conceſſum eſt, Andreas Geil in pract. obſervatio. lib. 1. obſervatio. 37. num. 1. & rurſus obſervat. 40. numer. 7. Rolandus à Valle d. conſil. 4. num. 9. in 1. volum. Cæterùm ratio- 24
ne feudi, clerici laico rectè ſubjiciuntur; & ita de conſuetudine ſervatur, Archidia. in c. uni. de clericis conjugat. in 6. Paris de Puteo de redintegrat. feudor. c. 198. num. 1. cum ſeq. Ita quoque ſervat Parlamentum Delphinale, Guido Papa deciſio. 139. numer. 1. in fin. Jul. Clarus in § feudum, quæſtio. 90. num. 8. Menochius in 3. remedio retinen. poſſeſſ. nu. 396. Sic è contrario, ſi dominus feudi ſecularis fue- 25
rit clericus, & vaſalli litigantes de feudo fuerint laici, dominus feudi quamvis clericus ſit, inter ipſos vaſallos erit judex, Innocent. in c. ſolitæ, de majori. & obedien. Molin. in conſuetud. Pariſior. tit. 1. § 42 nu. 7. Menoch. in 3. remed. retinen. poſſeſſ. nu. 409. Sanè mu- 26
lieri viduæ hoc permiſſum eſt, ut judicem eccleſiaſticum ordinarium adire poſſit, cum in poſſeſſione feudi ab aliquo potēti turbatur, c. ex parte B. extra de foro competen. Felinus in c. cæterum, num. 13. de judiciis, Franc. Curt.

Digitized by Google

in ultima parte feudorum, num. 12. & nu. 23. verſicu. nec obſtat textus, Jacobi. ſuper ver-
27 bis, & dicti vaſalli, num. 5. Vidua enim, ſicuti etiam pupillus, inter miſerabiles perſonas numeratur, tot. titul. quando Imperator inter pupillos vel viduas, non tantum tunc, cum inopia & egeſtate laborat, Alexander conſilio 121. incipiente, viſu proceſſu cauſæ, numero ultimo, libr. 1. Jaſon in l. Titiæ textores, numero 6. de legat. 1. Rolandus à Valle conſil. 76. numero 38. cum 2. ſequentibus, lib. 1. verùm etiam quando dives exiſtit, Matthæus de afflictis deciſion. Neapolitan. 267. incipiente: dicit conſtitutio regni, Covarruvias libr. 1. pract. quæſtio. c. 6. & hanc ſententiam tanquam veriorem ſecutus eſt Rolandus à Valle. d. conſil. 76. num. 45. lib. 1. eamque probavit Menochius libr. 2. de arbitr. judic. quæſtio. caſu 66. & ſecundum Decium, etiam regina vidua miſerabilis perſona dicitur, in d. c. cæterum, num. 14. verſic. & retenta concluſione, de judiciis, & ideo hoc ei privilegium datur, ut turbata in poſſeſſione feudi, turbatorem coram Eccleſiaſtico judice ordinario convenire poſſit: Eccleſiaſtici enim judices, viduas maximè tueri & defendere debent, d. c. ex parte B. extra de foro competenti. Et quamvis d. c. ex parte B. & interpretes ſupra

citati,

citati, de poſſeſſione loquuntur: tamen idem dicendum erit, quando vidua contendit de proprietate: poteſt enim vidua etiam de proprietate contendens, adire Eccleſiaſticum judicem, ſub cujus protectione eſt, cum majus hic periculum verſetur, atque ita contra Decium in d.c. cæterum, de judiciis, Menoch. cenſuit in 3. remed. retinen. poſſeſſ. num. 413. Et hic eſt primus caſus, quo coram domino feudi non agitur, quando inter vaſallos de feudo contentio eſt. Secundò quoque non 28
agitur coram domino feudi, quando dominus feudi juſtitiam vaſallis adminiſtrare negligit: hoc etiam caſu judex ordinarius adiri poteſt, DD. in d.c. cæterum, de judiciis, & ibi Abbas & Felin. num. 5. Decius in 4. notab. Jacobin. ſuper dictis verbis, & dicti vaſalli, num. 21. Franc. Curtius de feudis, parte ult. num. 14. Dominus enim feudi, ſpeciali jure feudorum, judex eſt inter vaſallos, & ideo ob ejus negligentiam jurisdictio ad ſuperiorem devoluitur, c. irrefragabili, § exceſſus, de offic. ordina. Tertiò, feudi dominus inter vaſallos 29
competens judex non eſt, quando ſemel conſenſit, ut cauſa, de qua vaſalli inter ſe controvertunt, coram alio judice tractaretur: tunc enim is competens erit judex, quem vaſalli, domino conſentiente, elegerunt,

Abbas in d. c. cæterum, num. 6. de judiciis, & ibi Felinus num. itidem ſextò, Decius num. 7. Et hoc dubitationem nullam recipit, quando dominus feudi expreſsè conſenſit & permiſit
30 cauſam coram alio judice tractari. At de tacito domini conſenſu quæritur. Et quidem Felinus in d. c. cæterum, exiſtimavit, tacitum domini conſenſum, ſcientiam ſcilicet cum patientia non ſufficere, quod Franc. Curt. de feud. in ultim. parte, numer. 19. verſic. ſe præcipua difficultas, probavit, Abbas contrà in d. c. cæterum, ſenſit, ſatis eſſe, ſi dominus vel tacitè conſenſum ſuum accommodet, idque Decius ibi num. 7. ſecutus eſt. Et quamvis Menochius in 3. remed. retinen. poſſeſſ. num. 418. in priorem ſententiam magis, quàm poſteriorem deſcendere videatur: tamen poſterior opinio verior videtur, propterea quòd ex communi interpretum ſententia, tacitus domini conſenſus ſufficit in alienat. feudorum, quemadmodum c. 8. ſuprà expoſitum eſt. Multò igitur magis ſufficere debet tacitus conſenſus domini, quando vaſalli coram alio judice, domino ſciente & patiente, litigant,
31 cùm de minori præjudicio hic agatur. Quartò, dominus feudi non eſt competens judex inter vaſallos, quando unus ex vaſallis non oſtendit titulum, quo ſe ejuſdem domini

mini

Digitized by Google

mini vaſallum eſſe aſſerit. Vaſallus quidem titulum ſuæ poſſeſsionis edere non tenetur, ſecundum ea quę ſuprà capite 8. expoſita ſunt, ſed ſi vaſallo lis ſit cum convaſallo ſuo, tunc edere debet titulum, ut conſtet eum ejusdem domini vaſallum eſſe. Quòd ſi vaſallus titulum non oſtendat, tunc non dominus feudi, ſed ordinarius competens erit judex, & de cauſa cognoſcet, Felinus in d. c. cæterum, nu. 9. de judiciis. Deniq; dominus feudi non eſt 32
competens judex, quando princeps ſuperior edita conſtitutione voluit, ut ordinarius & non dominus feudi cognoſceret de litibus inter vaſallos ſubortis. Idem dicendum eſt ſi conſuetudine effectum fuerit, ut ordinarij cognitio eſſet, & non domini feudi, Franciſcus Curtius de feudis, parte ultima, nu. 13. ibi teſtatur, ita Ampliſſimum ſenatum Mediolanenſem de cauſis omnibus feudorum cognoſcere: & ſimile ſcribit de ſupremo conſilio Taurinenſi, Jacobinus ſuper dictis verbis, & dicti vaſalli, n. 2. verſic. advertite, Menochius in 3. remedio retinendæ poſſeſſ. nu. 420. cum ſequenti. Ex his omnibus relinquitur, 33
pares curiæ & dominum feudi competentes judices non eſſe, quando principaliter de feudo inter dominum feudi & vaſallum, vel inter ipſos vaſallos contentio non exiſtit. Hoc

igitur caſu ad ordinarium eundum eſt, Baldus in c. vnic. de inveſtitu. in maritum facta. DD. in c. cæterum extra de judiciis, Alexand. conſil. 79. incipiente: circa primum de quo quæritur, nu. 1. libr. 1. Zaſius conſil. 13. libr. 1. Nec enim judices feudales habent jurisdictionem aliquam, niſi in quantum lex feudalis ipſis jurisdictionem concedit, Paris de Puteo de redintegrat. feudor. c. 302. num. 5. Concedit autem lex tunc demum illis jurisdictionẽ, cum de feudo principaliter tractatur, Alexand. d. conſil. 79. num. 1. vbi docet quod ad hoc, ut cognoſcatur de cauſa per judices feudi, requiritur quòd in libello actor innitatur feudo, nec attenditur exceptio rei dicentis, ſe habere vel tenere rem in feudum, & cauſam ad judicem feudi pertinere: forma enim libelli inſpicitur cum quæritur cuius ſit jurisdictio, Paris de Puteo d. c. 302. num. 2. & 3. atque ita in ſupremo judicio Imperii pronunciatũ fuiſſe Mynſinger. refert in 1. centur
34 obſervat. 99. Sanè ſi vaſalli iurisdictionẽ prorogaverint, hoc caſu dominus feudi judex erit, Barto. in l. 1. nu. 4. de judiciis, idque communiter Dd. ſequuntur, ut dicit Capicius deciſio. 9. nume. 11. quod tamen ſanè intelligendum eſt, ut procedat quando vaſalli ſuper ali-
35 a re quam ſuper feudo litigant. Si enim

lis

lis ſit ſuper feudo, vaſalli iuriſdictionem ſine licentia domini feudi prorogare non poſſunt Bart, in d.l.1.n.2. de judiciis. Alexand.l.1.§ & poſt operis, nnmer, 21. de novi operis nunci. ibi docet hanc opinionem eſſe communem, Jacobin. ſuper verbis, & dicti vaſalli, num. 32. Andr. Geill lib 1. obſervatio. obſervat. 40.num. 6. Roland. à Valle conſil, 22. num. 20. in 4. volum. Domino namque feudi juriſdictio à lege ſpecialiter eſt tributa, ut ſuprà dictum eſt, & ob id conſenſus partium contra privilegium à jure conceſſum, nihil operatur, ut in ſimili dicitur de clericis, qui non poſſunt, etiamſi velint, conſentire in judicem laicum, in præjudicium jurisdictionis eccleſiaſticæ, Julius Clarus in § feudum, quæſtio, 90. num.10. Nunc de forma judicii, & ſingularibus, quæ in hoc judicio occurrunt, breviter agemus. Et quidem Alvarot.in c.vn. § penult. circa finem, de prohib. feudi aliena. per Fridericũ, tradidit, in judicio feudali libellũ eſſe offerendum, litem conteſtandam, totumque juris ordinem eſſe obſervandum, Præpoſitus in c. vnico, num.4.verſicu, item quæro, de controver. feudi apud pares termi. Matth. de afflict. in conſtitut. Neapolitan. Rubr. 8. de cultu pacis, num. 43. libr. 1. Cùm enim hac de re nihil ſpecialiter in feudorũ conſuetudinibus 63

nibus traditum ſit, ad jus commune recurrendum erit, ſecundum regulam ab Oberto traditam, in c. uni. de feudi cognit. atque ita communiter DD. ſentiunt in c. cæterum, de judiciis, Hartman. Hartmanni in pract. obſervatio. titul. de feudis, obſervatio. 42. Hinc in materia feudali prius de poſſeſsione agendum eſt quàm de proprietate, Roland. à Valle conſil. 2. n. 3. & conſil. 68. nu. 3. in 3. volum. Occurrunt tamen in hoc judicio quædam ſingularia, quæ diligenter notanda ſunt.

37 Primum hoc eſt: pares curiæ cum judices exiſtunt inter dominum feudi & vaſallum, non præſtant juramentum, quòd in diſceptanda controverſia æquos ſe utrique parti præbere, & juſtè judicare velint: ſecundum diſpoſitionem juris civilis, qui in judicem aſſumitur, jurat, prout Novella conſtitutione nona cavetur. Et quamvis Præpoſitus in c. unic. §. penult. de prohib. feud. alien. per Frideric. cenſuerit, dictam juris civilis diſpoſitionem etiam in paribus locum habere, nec ſufficere juramentum fidelitatis, propterea quòd juramentum fidelitatis præſtatur duntaxat ad utilitatem domini, non vaſalli, & clauſulam de juſtè judicando non complectitur: tamen Andr. de Iſernia in d. §. penult. & in c. un. n. 6. de controverſia feudi apud pares termin.

in

In contraria eſt ſententia, exiſtimatq; juramentum, fidelitatis ſufficere, nec novum juramentum neceſſarium eſſe. Et hæc Andreæ de Iſernia ſententia, de jure feudorum verior videtur per textum, iu d. c. un. §. penult. de prohib. feud. alien. per Fridericum. Ibi enim Fridericus Imperator diſpoſuit, ut lite orta inter dominum & vaſallum, per pares curię ſub fidelitatis debito conjuratos, terminetur. Et hanc Andreæ de Iſernia ſententiam probabiliorem & receptiorem eſſe, Mynſingerus affirmat in 4. centuria, obſervatione 89. quæ tamen non procedit, cum contraria conſuetudo in regione aliqua recepta eſt, Mynſingerus d. obſervatio 89. Et in Germania ferè vaſalli jurant, ſe adminiſtraturos juſtitiam & juſtè judicaturos; authore Zaſio in epitome, ex quod id refert Hartman. Hartmanni lib. 2. pract. obſervatio. tit. de feudis obſervatio. 23.
Secundũ ſingulare eſt; quòd vaſallus coram 38
paribus curiæ cum domino ſuo litigare volens, poteſt dominum feudi; non impetrata venia, in jus vocare. Et quamvis Jaſon in l. generaliter; de in jus vocando; & in l. ſi non ſortem, §. libertis; col. 8. de condict. indeb. Speculator in tit. de feudis, §. quoniam; q. 17. Matth. de Afflict. deciſio. 265. nu. 36. fallentia 14. & alij id non probant, communiter

tamen

tamen receptum eſt, gl. in c. vnico, in verbo reverentia, de milite vaſallo qui contumax eſt, & ibi Jacob. de Beluiſo, Alvarot. Baldus, Præpoſitus & alii notarunt, Johannes Faber in § & in eum, in princ. iuſtitut. de actio. Angelus in § pœnales, in 4. col. inſtit. eod. Iacobinus de feudis, ſuper verbis, dictique vaſalli promiſerunt, non committere feloniam, col. 11. in 42. cauſa, Molinæus in conſuetud. Pariſior. titu. 1. § 1. gl. 4. num. 35. circa finem. Mynſinge. in obſervat. in 4. centur. obſervat. 92. Hartman. Hartmanni in practic. obſervatio. titul. de feud, obſervation. 45. Eberhard. in topicis legalibus in loco 59. Iulius Clarus in § feudum, quæſtion. 52. Laurent. Kirchoff. in 4. cent. commu. opini. concluſio. 97. Et debet vaſallus uti contra dominũ verbis honeſtis, & loqui cum magna reverentia cum domino ſuo, etiam in judicio, glo. in d. c. vni. in verbo, reverentia, Hartmannus Hartmanni d. obſervatio 45. Nec adverſatur quòd libertus patronum ſine venia in jus non vocat, tot. tit. de in jus vocando: nam etſi argumentum à liberto ad vaſallũ regulariter valet, non tamẽ perpetuò à liberto ad vaſallum rectè argumentamur, Eberhard. in topicis, d. loco 59. Molinæus in conſuetudin. Pariſior. d. tit. 1. § 1. glo. 4. num 36. Mynſing. d. obſſervat. 92.
ibi

Digitized by Google

ibi Mynſingerus addit, dictam communem interpretum opinionem, ſecutos eſſe aſſeſſores ſupremi iudicij in cauſa der Großlegen cõtra Comitem de Hanaw. Et cum objecta eſſet exceptio veniæ impetrandæ, ad impediendã litis conteſtationem, pronunciatum fuiſſe, Comitem exceptione illa non obſtante, ad litẽ conteſtandam teneri: ſed tamen Hartman. Hartmanni in tit. de feud. d. obſerva. 45. in additionib. refert, in Camera Imperiali vaſallum agere volentem contra dominum ſuum, petere veniam, idque proceſsibus inſeri debere, & teſtatur ita judicatum fuiſſe in cauſa Naſſaw contra epiſcopum Caminenſem. Hæc ſententiarum diſcrepantia facilè conciliari poſſet, ſie vera eſſe diſtinctio, quã Jacobin. de S. Georgio tradit in tractat. de homagio, numer. 26. & ſecutus eſt Rolandus à Valle conſil. 18. numero 15. in 2. volum. Tertium ſingulare eſt, quod in 39
cauſis feudalibus quando contentio eſt inter dominum & vaſallum, & alter alteri juramentum defert, juramentum calumniæ non præſtatur. Iure quidem civili, qui juramentum alicui defert ante præſtationem juramenti de calumnia jurat. Nam ita Vlpianus inquit: Qui juſiurandũ defert, prior de calumnia debet jurare, ſi hoc exigatur, deinde ei ju-

in ultima parte feudorum, num. 12. & nu. 23. verſicu. nec obſtat textus, Jacobi. ſuper ver-
27 bis, & dicti vaſalli, num. 5. Vidua enim, ſicuti etiam pupillus, inter miſerabiles perſonas numeratur, tot. titul. quando Imperator inter pupillos vel viduas, non tantum tunc, cum inopia & egeſtate laborat, Alexander conſilio 121. incipiente, viſu proceſſu cauſæ, numero ultimo, libr. 1. Jaſon in l. Titiæ textores, numero 6. de legat. 1. Rolandus à Valle conſil. 76. numero 38. cum 2. ſequentibus, lib. 1. verùm etiam quando dives exiſtit, Matthæus de afflictis deciſion. Neapolitan. 267. incipiente: dicit conſtitutio regni, Covarruvias libr. 1. pract. quæſtio. c. 6. & hanc ſententiam tanquam veriorem ſecutus eſt Rolandus à Valle. d. conſil. 76. num. 45. lib. 1. eamque probavit Menochius libr. 2. de arbitr. judic. quæſtio. caſu 66. & ſecundum Decium, etiam regina vidua miſerabilis perſona dicitur, in d. c. cæterum, num. 14. verſic. & retenta concluſione, de judiciis, & ideo hoc ei privilegium datur, ut turbata in poſſeſſione feudi, turbatorem coram Eccleſiaſtico judice ordinario convenire poſſit: Eccleſiaſtici enim judices, viduas maximè tueri & defendere debent, d. c. ex parte B. extra de foro competenti. Et quamvis d. c. ex parte B. & interpretes ſupra citati,

citati, de poſſeſſione loquuntur: tamen idem dicendum erit, quando vidua contendit de proprietate: poteſt enim vidua etiam de proprietate contendens, adire Eccleſiaſticum judicem, ſub cujus protectione eſt, cum majus hic periculum verſetur, atque ita contra Decium in d.c. cæterum, de judiciis, Menoch. cenſuit in 3. remed. retinen. poſſeſſ. num. 413. Et hic eſt primus caſus, quo coram domino feudi non agitur, quando inter vaſallos de feudo contentio eſt. Secundò quoque non 28
agitur coram domino feudi, quando dominus feudi juſtitiam vaſallis adminiſtrare negligit: hoc etiam caſu judex ordinarius adiri poteſt, DD. in d.c. cæterum, de judiciis, & ibi Abbas & Felin. num. 5. Decius in 4. notab. Jacobin. ſuper dictis verbis, & dicti vaſalli, num. 21. Franc. Curtius de feudis, parte ult. num. 14. Dominus enim feudi, ſpeciali jure feudorum, judex eſt inter vaſallos, & ideo ob ejus negligentiam jurisdictio ad ſuperiorem devoluitur, c. irrefragabili, § exceſſus, de offic. ordina. Tertiò, feudi dominus inter vaſallos 29
competens judex non eſt, quando ſemel conſenſit, ut cauſa, de qua vaſalli inter ſe controvertunt, coram alio judice tractaretur: tunc enim is competens erit judex, quem vaſalli, domino conſentiente, elegerunt,

Abbas in d. c. cæterum, num. 6. de judiciis, & ibi Felinus num. itidem ſextò, Decius num. 7. Et hoc dubitationem nullam recipit, quando dominus feudi expreſsè conſenſit & permiſit
30 cauſam coram alio judice tractari. At de tacito domini conſenſu quæritur. Et quidem Felinus in d. c. cæterum, exiſtimavit, tacitum domini conſenſum, ſcientiam ſcilicet cum patientia non ſufficere, quod Franc. Curt. de feud. in ultim. parte, numer. 19. verſic. ſe præcipua difficultas, probavit, Abbas contrà in d. c. cæterum, ſenſit, ſatis eſſe, ſi dominus vel tacitè conſenſum ſuum accommodet, idque Decius ibi num. 7. ſecutus eſt. Et quamvis Menochius in 3. remed. retinen. poſſeſſ. num. 418. in priorem ſententiam magis, quàm poſteriorem deſcendere videatur: tamen poſterior opinio verior videtur, propterea quòd ex communi interpretum ſententia, tacitus domini conſenſus ſufficit in alienat. feudorum, quemadmodum c. 8. ſuprà expoſitum eſt. Multò igitur magis ſufficere debet tacitus conſenſus domini, quando vaſalli coram alio judice, domino ſciente & patiente, litigant,
31 cùm de minori præjudicio hic agatur. Quartò, dominus feudi non eſt competens judex inter vaſallos, quando unus ex vaſallis non oſtendit titulum, quo ſe ejuſdem domini

mini vaſallum eſſe aſſerit. Vaſallus quidem titulum ſuæ poſſeſsionis edere non tenetur, ſecundum ea quę ſuprà capite 8. expoſita ſunt, ſed ſi vaſallo lis ſit cum convaſallo ſuo, tunc edere debet titulum, ut conſtet eum ejusdem domini vaſallum eſſe. Quòd ſi vaſallus titulum non oſtendat, tunc non dominus feudi, ſed ordinarius competens erit judex, & de cauſa cognoſcet, Felinus in d. c. cæterum, nu. 9. de judiciis. Deniq; dominus feudi non eſt 32
competens judex, quando princeps ſuperior edita conſtitutione voluit, ut ordinarius & non dominus feudi cognoſceret de litibus inter vaſallos ſubortis. Idem dicendum eſt ſi conſuetudine effectum fuerit, ut ordinarij cognitio eſſet, & non domini feudi, Franciſcus Curtius de feudis, parte ultima, nu. 13. ibi teſtatur, ita Ampliſſimum ſenatum Mediolanenſem de cauſis omnibus feudorum cognoſcere: & ſimile ſcribit de ſupremo conſilio Taurinenſi, Jacobinus ſuper dictis verbis, & dicti vaſalli, n. 2. verſic. advertite, Menochius in 3. remedio retinendæ poſſeſſ. nu. 420. cum ſequenti. Ex his omnibus relinquitur, 33
pares curiæ & dominum feudi competentes judices non eſſe, quando principaliter de feudo inter dominum feudi & vaſallum, vel inter ipſos vaſallos contentio non exiſtit. Hoc

Digitized by Google

igitur caſu ad ordinarium eundum eſt, Baldus in c. vnic. de inveſtitu. in maritum facta. DD. in c. cæterum extra de judiciis, Alexand. conſil. 79. incipiente : circa primum de quo quæritur, nu. 1. libr. 1. Zaſius conſil. 13. libr. 1. Nec enim judices feudales habent jurisdictionem aliquam, niſi in quantum lex feudalis ipſis jurisdictionem concedit, Paris de Puteo de redintegrat. feudor. c. 302. num. 5. Concedit autem lex tunc demum illis jurisdictionẽ, cum de feudo principaliter tractatur, Alexand. d. conſil. 79. num. 1. vbi docet quod ad hoc, ut cognoſcatur de cauſa per judices feudi, requiritur quòd in libello actor innitatur feudo, nec attenditur exceptio rei dicentis, ſe habere vel tenere rem in feudum, & cauſam ad iudicem feudi pertinere: forma enim libelli inſpicitur cum quæritur cuius ſit jurisdictio, Paris de Puteo d. c. 302. num. 2. & 5. atque ita in ſupremo judicio Imperii pronunciatũ fuiſſe Mynſinger. refert in 1. centur.
34 obſervat. 99. Sanè ſi vaſalli iurisdictionẽ prorogaverint, hoc caſu dominus feudi judex erit, Barto. in l. 1. nu. 4. de judiciis, idque communiter Dd. ſequuntur, ut dicit Capicius deciſio. 9. nume. 11. quod tamen ſanè intelligendum eſt, ut procedat quando vaſalli ſuper ali-
35 a re quam ſuper feudo litigant. Si enim

lis

lis ſit ſuper feudo, vaſalli iurisdictionem ſine licentia domini feudi prorogare non poſſunt Barr. in d.l.1.n.2. de judiciis. Alexand.l.1.§ & poſt operis, nnmer. 21. de novi operis nunci. ibi docet hanc opinionem eſſe communem, Jacobin. ſuper verbis, & dicti vaſalli, num. 32. Andr. Geill lib 1. obſervatio. obſervat. 40.num. 6. Roland. à Valle conſil. 22. num. 20. in 4. volum. Domino namque feudi jurisdictio à lege ſpecialiter eſt tributa, ut ſuprà dictum eſt, & ob id conſenſus partium contra privilegium à jure conceſſum, nihil operatur, ut in ſimili dicitur de clericis, qui non poſſunt, etiamſi velint, conſentire in judicem laicum, in præjudicium jurisdictionis eccleſiaſticæ, Julius Clarus in § feudum, quæſtio, 90. num.10. Nunc de forma judicii, & ſingularibus, quæ in hoc judicio occurrunt, breviter agemus. Et quidem Alvarot.in c.vn. § penult. 63
circa finem, de prohib. feudi aliena. per Fridericũ, tradidit, in judicio feudali libellũ eſſe offerendum, litem conteſtandam, totumque juris ordinem eſſe obſervandum, Præpoſitus in c. vnico, num.4. verſicu, item quæro, de controver. feudi apud pares termi. Matth. de afflict. in conſtitut. Neapolitan. Rubr. 8. de cultu pacis, num. 43. libr. 1. Cùm enim hac de re nihil ſpecialiter in feudorũ conſuetudinibus

nibus traditum ſit, ad jus commune recurrendum erit, ſecundum regulam ab Oberto traditam, in c. uni. de feudi cognit. atque ita communiter DD. ſentiunt in c. cæterum, de judiciis, Hartman. Hartmanni in pract. obſervatio. titul. de feudis, obſervatio. 42. Hinc in materia feudali prius de poſſeſsione agendum eſt quàm de proprietate, Roland. à Valle conſil. 2. n. 3. & conſil. 68. nu. 3. in 3. volum. Occurrunt tamen in hoc judicio quædam ſingularia, quæ diligenter notanda ſunt.

37 Primum hoc eſt: pares curiæ cum judices exiſtunt inter dominum feudi & vaſallum, non præſtant juramentum, quòd in diſceptanda controverſia æquos ſe utrique parti præbere, & juſtè judicare velint: ſecundum diſpoſitionem juris civilis, qui in judicem aſſumitur, jurat, prout Novella conſtitutione nona cavetur. Et quamvis Præpoſitus in c. unic. §. penult. de prohib. feud. alien. per Frideric. cenſuerit, dictam juris civilis diſpoſitionem etiam in paribus locum habere, nec ſufficere juramentum fidelitatis, propterea quòd juramentum fidelitatis præſtatur duntaxat ad utilitatem domini, non vaſalli, & clauſulam de juſtè judicando non complectitur: tamen Andr. de Iſernia in d. §. penult. & in c. un. n. 6. de controverſia feudi apud pares termin.

in

In contraria eſt ſententia, exiſtimatq; juramentum, fidelitatis ſufficere, nec novum juramentum neceſſarium eſſe. Et hæc Andreæ de Iſernia ſententia, de jure feudorum verior videtur per textum, iu d. c. un. ſ. penult. de prohib. feud. alien. per Fridericum. Ibi enim Fridericus Imperator diſpoſuit, ut lite orta inter dominum & vaſallum, per pares curię ſub fidelitatis debito conjuratos, terminetur. Et hanc Andreæ de Iſernia ſententiam probabiliorem & receptiorem eſſe, Mynſingerus affirmat in 4. centuria, obſervatione 89. quæ tamen non procedit, cum contraria conſuetudo in regione aliqua recepta eſt, Mynſingerus d. obſervatio 89. Et in Germania ferè vaſalli jurant, ſe adminiſtraturos juſtitiam & juſtè judicaturos; authore Zaſio in epitome, ex quod id refert Hartman. Hartmanni lib. 2. pract. obſervatio. tit. de feudis obſervatio. 23.
Secundũ ſingulare eſt, quòd vaſallus coram paribus curiæ cùm domino ſuo litigare volens, poteſt dominum feudi, non impetrata venia, in jus vocare. Et quamvis Jaſon in l. generaliter, de in jus vocando, & in l. ſi non ſortem, §. libertis, col. 8. de condict. indeb. Speculator in tit. de feudis, §. quoniam, q. 17. Matth. de Afflict. deciſio. 265. nu. 36. fallentia 14. & alij id non probant, communiter 38

tamen

ibi Myntſingerus addit, dictam communem interpretum opinionem, ſecutos eſſe aſſeſſores ſupremi iudicij in cauſa der Groſʒlegen cõtra Comitem de Hanaw. Et cum objecta eſſet exceptio veniæ impetrandæ, ad impediendã litis conteſtationem, pronunciatum fuiſſe; Comitem exceptione illa non obſtante, ad litẽ conteſtandam teneri: ſed tamen Hartman. Hartmanni in tit. de feud. d. obſerva. 45. in additionib. refert, in Camera Imperiali vaſallum agere volentem contra dominum ſuum, petere veniam, idque proceſsibus inſeri debere, & teſtatur ita judicatum fuiſſe in cauſa Naſſaw contra epiſcopum Caminenſem. Hæc ſententiarum diſcrepantia facilè conciliari poſſet, ſic vera eſſe diſtinctio, quã Jacobin. de S. Georgio tradit in tractat. de homagio, numer. 26. & ſecutus eſt Rolandus à Valle conſil. 18. numero 15. in 2. volum. Tertium ſingulare eſt, quod in 39
cauſis feudalibus quando contentio eſt inter dominum & vaſallum, & alter alteri juramentum defert, juramentum calumniæ non præſtatur. Iure quidem civili, qui juramentum alicui defert ante præſtationem juramenti de calumnia jurat. Nam ita Vlpianus inquit: Qui juſiurandũ defert, prior de calumnia debet jurare, ſi hoc exigatur, deinde ei ju-

cip. de prohibit. feudi aliena. per Lothar. Cujacius in d. § l. in quibus Roncaliæ autem ſunt campi ſupra Padum, non procul à Placentia, in quibus Imperatores olim ſolebant cõventus agere ſolemnes, Guntherus lib. 2.

Roncaliam properat rapidis attingere caſtris.
Eſt locus Italiæ modicum ſejunctus ab urbe,
Cui quia pulchra ſitu, placet, inde Placentia no-
(men.

Quartum ſingulare hoc eſt, quòd in cauſis 40
feudalibus in initio litis non præſtatur juramentum calumniæ. Ex Juſtiniani conſtitutione, utraque pars initio litis jurare cogitur, ſe non calumniandi animo litem conteſtari, l. 2. C. de jurejurand. propter calumn. dando. Et quamvis hoc jure feudorum nuſquam immutatum reperitur, ideo dicendum videbatur, lite inter dominum & vaſallum orta, calumniæ juramentum in initio præſtandum eſſe ſecundum regulam ab Oberto traditam in c. uni. § ſtrenuus, de feud. cognit. tamen DD. noſtris placuit, juramentum calumniæ in feudis ceſſare, Matth. de Afflict. in præludiis conſtit. Neapolit. quæſt. 12. numer. 8. Hartman. Hartmanni libr. 2. pract. obſervatio. tit. de feudis. obſervatio. 46. per dictum § in quibus, de conſuetud. recti feudi, qui tamen non loquitur de juramento quod in

initio litis præſtatur. Tunc demum autem non præſtatur juramentum calumniæ, quando vaſallus juravit fidelitatem domino Ex quo enim ſemel juravit fidelitatem domino, non tenetur amplius jurare, & dominus in effectu vaſallo obligatus eſt in his, in quibus vaſallus eſt obligatus domino, c. unico, § final. de forma fidelitat. ſine tamen juramento, quia dominus vaſallo non jurat, ut expoſitum eſt c. 8. ſuprà. Aliud erit dicendum, ſi oriatur contentio inter dominum & vaſallum, antequam præſtitum fuerit juramentũ fidelitatis: tunc enim vaſallus de calumnia jurabit, glo. in c. unic. § in quibus de cõſuetud. recti feud. & ibi Alvarottus & Petrus de Ravenna. Et quamvis a DD. traditum non ſit, utrum iſto caſu dominus quoq; de calumnia jurare teneatur: tamen Hartman. Hartmanni in practicis obſervatio. tit. de feudis, obſervatio. 46. exiſtimat, dominum hoc caſu ad præſtationem juramenti obſtrictum eſſe. Sicuti enim in vaſallo ceſſat ratio, propter quam alioquin non præſtat juramentum calumniæ: ita in domino quoque ceſſat ratio, cùm vaſallus fidelitatem non juravit, & dominus vaſallo, antequam præſtitum eſt juramentum fidelitatis, in nullo fidelitatem exhibere cogitur, Hartman. Hartmanni d. obſerva-

ſervatio. 46. Quintum ſingulare eſt, quòd 41 mulier in cauſa feudali in teſtem non admittitur, c. unico, § final. qui teſtes ſunt neceſſa. ad novam inveſtitu. proban. & ibi Alvarottus, Bald. Laudenſis & alii, Romanus in l. admonendi, colum. 41. verſicul. & ex hoc infero, de jurejurando, Jaſon in l. hac conſultiſſima, in princip. colum. 2. C. de teſtament. Decius in c. quoniam, colum. ultim. verſicu. tertiò limitatur, de teſtib. Tiraquell. de ll. connubialibus, in 9. lege, glo. 1. parte 9. nume. 65. Sic jure antiquo Romano, mulieris teſtimoniũ in nulla cauſa admittebatur, l. 1. C. Theodo. de rapto. virgin. Hodie mulier in judiciis & in omnibus apodicticis teſtis eſt, non in ſyſtaticis. Harmenopulus lib. 1. epitom. tit. 6. *οἱ παλαιοὶ νόμοι* inquit, *τὰς γυναῖκας ἐν μὲν ταῖς συστατικαῖς μαρτυρίαις, μὴ μαρτυρεῖν αὐτὰς ἀποφαίνονται, ἐν δὲ ταῖς ἀποδεικτικαῖς, καλῶς μαρτυρεῖν· συστατικὰς μὲν λέγοντες, διαθήκην, κωδίκελλον, δωρεὰν αἰτίᾳ θανάτου. ἀποδεικτικὰς δὲ, τὰς λοιπάς*, hoc eſt, quemadmodũ Johannes Mercerus reddidit: veteres leges à cõmẽdatoriis teſtimoniis mulieres repellunt, in demonſtratoriis adhiberi permittunt. Cõmendatoria quidem appellan-

tes, teſtamentum, codicillum, mortis cauſa donationem: demonſtratoria autem cætera contractuum conventionumque aut eorum, quæ inter homines geruntur, genera. Sextum ſingulare eſt, quòd jure hoc conſuetudinario, actore non probante, reus non continuò abſolvitur, ſed datur reo defenſio cum duodecim ſacramentalibus, quemadmodum prolixè c. 7. in primo modo, quo feudum ac-
42 quiritur, expoſitum eſt. Septimum ſingulare eſt, quòd feudum novum non probatur, niſi per pares curiæ aut breve teſtatum à paribus confirmatum, c. unico, § idcircò, de not. feudo. c. unico, § novam, qui teſtes ſint neceſſarii. Sed antiquum feudum quibuscunque teſtibus extraneis, paribus vel non paribus probari poteſt, Ferrarienſis practic. in forma libelli, ad revocatio. feudi ſuper verbo, inveſtivit, numer. 4. Andreas Geill libr. 2. practic. obſervatio. obſervatio. 50. num. 4. & 5. & dictum quoque eſt ſuprà d. c. 7. Octavum ſingulare eſt, quod ad probandam feloniam requiruntur quinque teſtes ſummæ atque integræ opinionis, c. 1. in fin. quot teſtes ſunt neceſſa. quem textum ibi omnes & maximè Alvarott. dicunt ſervandum pro lege & ſecundum illum textum fuit judicatum, Guido Papa quæſtion. 180. incipient.
ad

ad probandam, Tiberius Decianus reſponſio. 23. numer. 22. in 1. volumin. Sed hoc contraria conſuetudine eſt abrogatum, Molinæus in conſuetud. Pariſior. § 30. verſicu. 11. quæro, numer. 52. Nonum ſingulare eſt quod in cauſis feudalibus non defertur juramentum in ſupplementum, textus eſt in c. 1. § fina. ibi, facultate domino adempta, quæ ſit inveſtitu. & ibi Baldus in 1. nota. Caccial. in repetitio. in c. 1. de feudi cognitio. in 12. regul. Jaſon in l. admonendi, numer. 105. de jurejurand. Anton. Gabr. Roman. libr. 1. commun. concluſio. titul. de teſtib. concluſio. 1. numer. 56. atque ita habetis meas de feudis meditationes. Deus faxit, ut hic labor ad nominis ſui gloriam, & reipublicæ utilitatem cedat.

Digitized by Google

SINGVLARIS EXPLICATIO CAPITULI UNICI: QUAE ſunt regalia.

1. *Omnis inſtitutio quæ à ratione ſuſcipitur, à definitione proficiſci debet.*
2. *Definitio regalium.*
3. *Diviſio regalium in majora & minora regalia.*
4. *Majora regalia ſunt ſpurios legitimare, creare tabelliones, famæ & honoribus reſtituere &c.*
5. *Minora regalia ſunt vectigalia portoria, & ſimilia jura ad fiſcum ſpectantia.*
6. *Regalia acquiruntur duobus modis: conceſſione Imperatoris & præſcriptione.*
7. *Duces, comites, marchiones, principes, per generalem conceßionem regalium, regalia majora & minora acquirunt.*
8. *Perpetui enim magiſtratus ſunt, & in ſuis territoriis ea poſſunt, quæ poteſt Imperator in Imperio.*
9. *Alii per generalem conceßionem regalium mino-*

minora regalia acquirunt, non majora, niſi exprimantur.

10. Quibuſdam regalibus expreßis, veniunt etiam ſimilia expreßis.

11. Imò omnia regalia, ſi generalis clauſula ſubjiciatur.

12. Quod multò magis dicendum eſt, ſi ſubjiciatur clauſula univerſalis.

13. In conceßione regalium Imperator uti debet clauſula, motu proprio, vel ex certa ſcientia.

14. Clauſulæ, motu proprio & ex ſcientia certa, eſt magnus effectus.

15. Præſcripſiſſe regalia dicuntur, qui regalib. per tempus immemoriale uſi ſunt.

16. In hujuſmodi præſcriptione ſcientia principis neceſſaria non eſt.

17. Effectus præſcriptionis immemorialis multi ſunt.

18. In præſcribendis regalibus contra Imperatorem requiritur tempus immemoriale.

19. Regalia contra privatum præſcribuntur triginta vel quadraginta annis.

20. Regalibus præſcriptis nunquam ſupremæ juris dictiones præſcriptæ cenſentur.

21. Inter regalia referuntur armandiæ, & ibi explicatur quid ſint armandiæ.

Digitized by Google

22. *Fabricas & publica armentaria principes ſibi vindicârunt.*

23. *In Romano Imperio novendecim fabricæ præcipuæ ſuerunt.*

24. *Inter regalia referuntur viæ publicæ: & ibi explicatur, unde via dicatur & quotuplex ſit.*

25. *Ad principes, duces, comites & alios regalia habentes, pertinet cognitio homicidii in via publica perpetrati.*

26. *Modò totum corpus in via publica proſtratum jaceat.*

27. *Principes vias publicas à latronibus purgare debent.*

28. *Damnum in viis publicis datum principes reſarcire tenentur.*

29. *Modò quis iter fecerit per viam regiam, per quam vulgò iter fieri ſolet.*

30. *Inter regalia referuntur flumina navigabilia, & ex quibus alia navigabilia fiunt.*

31. *Flumina, quò ad proprietatem ejus populi ſunt, ubi ſunt flumina.*

32. *Qui ſolus piſcatus eſt per plurimos annos in parte aliqua fluminis, alios ibi piſcari volentes prohibere non poteſt.*

33. *Quæ meræ facultatis ſunt non præſcribuntur.*

34. Qui-

34. *Quilibet poteſt molendinum collapſum reædificare, nullius temporis præſcriptione obſtante.*

35. *Subditi non poſſunt cogi, ut molant in molendino domini, aut panes coquant in furno domini.*

36. *Quilibet poteſt in ſuo molendinum ædificare, eo non obſtante quod quis ſolus per plurimos annos molendinum habuit.*

37. *Quæ meræ facultatis ſunt, præſcribuntur interueniente prohibitione præſcribentis, cum patientia eius contra quem præſcribitur, per tempus ad præſcribendum ſufficiens.*

38. *Inter regalia referuntur portus: & ibi explicatur, unde portus dicatur & quid ſit.*

39. *Veteres portum pro domo acceperunt.*

40. *Quilibet etiam privilegiatus ad conſervationem ac reparationem portus conferre tenetur.*

41. *Portus ſignificat quandoque vectigal quod in portu, vel pro tranſitu per pontem ſolvitur.*

42. *Inter regalia referuntur ripatica, & ripatica ſunt gabellæ, quæ riparum ratione ſoluuntur.*

43. *Litus quid ſit & unde dicatur.*

Digitized by Google

44. *Litus differt à ripa.*
45. *Vectigalia ad regalia pertinent.*
46. *Eaq; ſolus Imperator Romanus imponit.*
47. *Vectigalia nova inſtituentes multis pœnis aſſiciuntur.*
48. *Vectigali fraudato res in commiſſum incidit.*
49. *Poſſeßio tamen ſententia judicis auferenda eſt.*
50. *Publicani ſunt, qui publica vectigalia conducta habent.*
51. *Publicani multa habuerunt privilegia.*
52. *Publicanorum mores corruptißimi fuerunt.*
53. *Sub vectigalibus non comprehenduntur collectæ.*
54. *Hoc verum eſt, quando collectæ imponuntur extra neceßitatis caſum.*
55. *Inter regalia referuntur monetæ.*
56. *Pœna monetariorum falſam monetam cudentium.*
57. *Expendentes falſam monetam tenentur pœna legis Corneliæ de falſis.*
58. *Bonitate extrinſeca monetæ mutata, tempus ſolutionis inſpicimus, non tempus contractus.*
59. *Niſi dictum fuerit, ut pecunia redderetur ſub eadem æſtimatione.*

60. *Sit*

60. *Sic ſi dictum fuit, pecuniam datam eſſe ad talem æſtimationem, tempus contractus inſpicimus.*
61. *Idem dicimus, ſi debitor in mora fuit.*
62. *Bonitate monetæ intrinſeca mutata, inſpicimus tempus contractus, non ſolutionis.*
63. *Aliud pro alio certo ſolvi poteſt caſu.*
64. *Ad regalia pertinent multarum pœnarumq́ compendia: & ibi explicatur unde multa dicatur.*
65. *Multæ à pœnis multis modis differunt.*
66. *A pœna & multa qualibet cauſa excuſat.*
67. *Inter regalia numerantur bona vacantia.*
68. *Quid ſit incorporare bona.*
69. *Delatores dicuntur, qui bona vacantia & quæcunq; alia ad fiſcum pertinentia, fiſco denunciant.*
70. *Delatores olim dimidium, hodie quartas accipiunt.*
71. *Qui ſeipſum defert, dimidium accipit.*
72. *Delatores execrabiles nuncii dicuntur, & quaſi graſſatores ac latrones.*
73. *Ad regalia pertinent bona, quæ ab indignis, legibus auferuntur.*
74. *Ereptitia bona plurimùm à caducis diſtant.*

75. *Bona ut indignis auferuntur multis de cauſis.*

76. *Qui falſum dicit teſtamentum, differt ab eo qui dicit inofficioſum.*

77. *Quinq́; caſibus ablata tanquam indignis, in fiſcum non rediguntur.*

78. *Inter regalia referuntur bona contrahentium inceſtas nuptias.*

79. *Inceſtus vel jure gentium committitur vel jure civili.*

80. *Pœnæ inceſtarum nuptiarum multæ ſunt.*

81. *Ad regalia pertinent bona condemnatorum & proſcriptorum.*

82. *Proſcriptionem ſiue deportationem D. Auguſtus in rempubl. Romanam induxit.*

83. *Si damnati liberos habeant vel parentes, bona ipſorum ad fiſcum non pertinent.*

84. *Ad regalia pertinent angariæ & parangariæ.*

85. *Ad regalia pertinet extraordinaria collatio.*

86. *Ad regalia pertinet poteſtas magiſtratuum conſtituendorum.*

87. *Ad regalia pertinent argentariæ.*

88. *Ad regalia pertinent bona committentium crimen majeſtatis.*

89. *Crimen maieſtatis propriè committitur adverſus Imperatorem.*

90. Su-

90. *Supremum crimen majeſtatis & crimen perduellionis.*
91. *Theſauri ad regalia pertinent.*
92. *Theſauros in proprio loco licet quærere.*
93. *In loco ſacro vel religioſo non item.*
94. *In alieno loco non licet theſaurum quærere.*
95. *Ad quem pertineat theſaurus in Cæſaris loco inventus.*

NOn potui ſatis commodè in præcedentibus decem capitibus inſignem hunc titulum de regalibus explicare, & ob id nunc ſeparatim eum vobis proponere conſtitui. Et cùm omnis quæ à ratio- 1
ne ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, à definitione proficiſci debeat, ut intelligatur quid ſit de quo agitur, ſecundum Ciceronem in 1. officiorum, quem refert Baldus in præludiis feudor. numer. 8. Ferrarienſis practicus in forma libelli, quo agitur ad revocationem feudi, ſuper verbis, coram vobis, numer. 2. Vantius in tractatu de nullita. in princ. Seyſellus in Specul. feudor. titul. de definitio. feud. Paris de Puteo de redintegrat. feudo. in proœmio: ideo regalia breviter ad hunc modum definiemus. Regalia ſunt jura quæ Im- 2
peratori Romano conceſſa ſunt in præmium im-

Digitized by Google

um immenſi laboris, quem pro Imperio ſuſti-
net. Dicuntur Regalia quòd Imperatori com-
petant, quem feudorum auctores regem no-
minant, c. vni. quæ ſunt regalia, & ibi Andre-
as de Iſernia & Alvarott. notàrunt, & monui
3 c. 5. ſuprà. Sunt autē regalia duplicia, alia ma-
jora nuncupantur, alia minora, Montanus lib.
5. feudor. c. 7. Majora regalia dicuntur, quæ
ad ſupremam principis auctoritatem perti-
4 nent. Hujuſmodi regalia ſunt, ſpurios le-
gitimare, creare tabelliones, famæ & ho-
noribus reſtituere, ducalem aut ſimilem a-
liquam magnam dignitatem conferre, ab-
ſoluere à juramento ad effectum agendi &
ſimilia, de quibus Matthæus de Afflictis in
c. vnico, in princip. quæ ſunt regalia, Iaco-
binus de feudis ſuper verbis, princeps Pe-
demontium, verſi. ſed an princeps. Chaſſan.
in libro de gloria mundi, Aegid. Boſsius,
5 in titul. de principe & privilegiis ejus. Mino-
ra regalia ſunt jura, ad fiſcum Imperatoris
Romani ſpectantia, ut vectigalia, portoria
& ſimilia, de quibus in hoc titulo noſtro, quæ
ſunt regalia, agitur. Dixi ad fiſcum Imperato-
ris ſpectantia, hæc enim jura fiſco principis
deputata ſunt. Vnde Guntherus libro 8. ita
eleganter inquit:

Ac primùm Ligures ſuper hoc à rege rogati

Vectigal

Vectigal, portus, cudendæ jura monetæ,
Cumq; molendinis, telonia, flumina, pontes,
Id quoq; quod fodrum vulgari nomine dicunt,
Et capitolicium certo ſub tempore cenſum:
Hæc Ligures ſacro tribuerunt omnia fiſco.
Hæc etſi quæ pari fuerant obnoxia juri
Prælati proceres. miſſisq; potentibus vrbes
Libera Romano reliquerunt omnia regno.

Porrò quamvis regalia, ut dictum eſt, Imperatoris ſunt, & ad decus & honorem altitudinis ejus pertinent, Rolandus à Valle conſil. nu. 153 in 2. volu. tammen non ſolus Imperator regalia habet, ſed etiam alij, eaque acquirunt duobus modis: conceſſione Imperatoris, & Præſcriptione, c. ſuper quibusdam, § præterea, de verb. ſignificat. Præpoſit. in c. vni. num. quæ ſunt regalia, Mynſing. in 5. centur. obſvat. 29. Ex conceſſione Imperatoris regalia habent, quib9 Imperator regalia conceſſit. Et quidem duces, comites, 7 marchiones, principes, de regali feudo ab Imperatore inveſtiti, per generalem regalium conceſſionem, non modo regalia minora, in ducatu, comitatu, marchionatu, aut principatu exiſtentia, verùm etiam regalia majora, quæ ipſi Imperatori in ſignum ſuperioritatis reſervata ſunt, acquirunt, Paulus de Caſtro

Caſtro conſil. 34. in 2. parte, Rolan. a Valle conſil. 68. nu. 20. in 1. volu. Alexan. conſil. 2. nu. 9. lib. 1. Ruinus conſil. 134. nu. 8. in 5. volum. Seyſell. in ſpeculo feudor. in Rubric. qui
8 feud. dare poſſ. propterea quod duces, comites, marchiones, principes, perpetui hodie magiſtratus ſunt, & ex recepta Dd. ſententia, in ſuo ducatu, comitatu, marchionatu & principatu, illa omnia poſſunt, quò ad ſubditos, quæ poteſt Imperator in Imperio, ut c. 5. ſuprà expoſitum eſt. Vnde in ſuis territoriis, ſpurios legitimare, tabelliones creare, famæ & honoribus reſtituere poſſunt, Paulus de Caſt. d. conſil. 34. in 2. parte, Aegid. Boſſius in titulo de regaliis, nume. 5. Jacobinus de feudis, in prin. verſic. dubitatur, Cephalus conſil. 58. nu. 68. libr. 1. & notavit Franc. Curtius ad Alexand. in Rubric. de jurisdict. omni. judi. ad
9 verbum ſpectabiles. Alii autem quibus regalia in genere ab Imperatore conceduntur, per generalem conceſſionem, minora duntaxat regalia acquirunt, non etiam majora, niſi ſpecialiter exprimantur, Panormitan. in c. prudentiam, § ſexta nobis propoſita, de offic. delagat. per text. in c. quod translationẽ, de offic. legat. Grammat. conſil. 6. incipiente: in cauſa civitatis Capuæ, nu. 9. Molinæus in conſuetud. Pariſio. titu. 1. § 1. gloſ. in verbis, *le fieſ.*

num.

num. 55. Rom. conſil. 59. incipiente : ad diſ-
cutiendum veritatem, num. 2. verſicu. nec ea
ſimiliter, & ibi prolixè Mandoſius, in verbo,
reſervata, Rolandus à Valle conſil. 75. num.
20. in 3. volu. Ægid. Boſſius in tit. de prin. &
privilegiis ejus, num. 87. Et quibuſdam rega- 10
libus in ſpecie expreſſis, veniunt etiam ſimi-
lia expreſſis, Andreas de Iſern. in rubrica, quæ
ſunt regalia, num. 3. quod notandum eſſe Mat-
thæus de afflictis ibi monet circa finem. Imò 11
quibuſdam regalibus expreſſis, omnia rega-
lia conceſſa intelliguntur, ſi generalis clau-
ſula, quæ latiſſimè patet, ut c. 1. circa finem,
& c. 8. in ſecunda cauſa propter quam vaſal-
lus feudum amittit, ſupr. expoſitum eſt: ſubji-
ciatur, Seyſellus in ſpeculo in rubrica qui
feud. dare poſſunt, Zaſius in epito. de feud. par-
te 5. num. 11. quod multò magis dicendum e- 12
rit, ſi ſubjecta fuerit clauſula univerſalis, pro-
pterea quòd verba univerſalia ſunt majoris
virtutis & efficaciæ, quàm verba generalia
Bart. in l. generali. § uxori, de uſufructu legat.
Cravet. conſ. 86. numer. 6. & omnia compre-
hendunt quæ excogitari poſſunt, Cravet. con-
ſil. 10. num. 3. Sylvanus con. 95. num. 17. nul-
lo penitus excepto, Fride. de Senis conſil. 84.
Sylva. con. 95. num. 19. Neceſſe tamen eſt, 13
ut Imperator qui regalia concedit, in con-

ceſſione utatur clauſula, motu proprio, vel ex certa ſcientia, Jacobinus de feudis, ſuper verbis, in feudum, num. 3. Laudenſis in c. unic. in prin. num. 32. de his qui feud. dare poſſ. Henning. Gode conſil. 2. num. 5. & 6. Seyſellus in ſpeculo, in rubrica qui feud. dare poſſ. Jacob. Omphalius lib. 2. de officio & poteſtat. prin-
14 cip. c. 22. nu. 18. Hæc clauſula, motu proprio, tollit ſubreptionem, c. ſi motu proprio, de præben. in 6. Johan. Andr. in c. duob. colu. 3. verſicu. ſed quæro, de reſcript. in 6. Felinus in c. cæterum, colu. 6. verſicu. ſeptima reſtrictio. de reſcriptis, ſicuti & clauſula, ex certa ſcientia, gl. in c. 2. de filiis presbyter. Alexan. conſil. 116. in fin. in 6. volum. Poſita etiam clauſula, motu proprio, præſumitur concedens uſus plenitudine poteſtatis, Felin. in c. cauſam quæ el. 2. colu. 3. verſicu. quartò nota. de teſti. Decius in l. 3. colum. n. 1. verſic. & paria ſunt, quod quiſque juris: idq; ſimiliter de clauſula, ex certa ſcientia traditum eſt à Baldo in l. eos, C. de appellatio. Felin. in c. cum inter, colu. 3. de exceptio. Alexan. conſil. 16. colu. penult. in 1. volum. Hoc amplius clauſula motu proprio, habet vim ſpecialis expreſſionis, Angel. in l. ſed etſi quæſitũ ſi quis cautionib. Decius in l. certũ, ſi certum petatur, quemadmodũ etiam clauſula ex certa ſcientia,

tia, Oldradus conſil. 257. col. 5. Alexan. conſil. 11. colu. 2. in 6. volum. & denique complures alios effectus ſuprà dictæ clauſulæ pariunt, ut prolixè videre licet apud Antonium Gabriel Roman. libr. 6. concluſio. titulo de clauſulis, concluſio. 1. & 2. Præſcriptione regalia 15
acquiſiviſſe dicuntur, qui per tempus, cujus initii memoria in contrarium non extat, regalibus uſi ſunt, d, c. ſuper quibuſdam, § præterea, de verbo ſignificat. Bart. in l. ſi publicanus, § final. de publica. Alexand. in l. more, colum. 2. de acquir. hered. idem conſil. 6. colum. 2. lib. 1. Præpoſit. in c. unico, num. 2. quæ ſunt regalia, Jacobin. de feudis, ſuper verbis, cum mero mixtoque imperio, num. 19. idem Jacobin. ſuper verbo, princeps, verſicu. ſed an princeps, num. 10. Roland. à Valle conſil. 3. num. 82. lib. 1. Henning. Gode conſil. 3. num. 24. & conſil. 32. num. 8. Cravetta conſil. 54. nume. 8.
Et in hujuſmodi præſcriptione ſcientia prin- 16
cipis neceſſaria non eſt, Alexand. d. conſil. 6. colu. 3. lib. 1. Felinus in c. de quarta. colum. fin. de præſcriptio. Balbus de præſcriptio. in 1. parte, quintæ partis princip. colu. 8. Cravetta de antiquita. tempor. parte 4. § abſolutis, nu. 14. idem conſil. 54. num. 8. Curtius junior in tractat. de feudis, part. 1. quæſtio. 1. num. 8. Et hæc eſt verior & magis communis opinio, Rolan.

17 à Valle conſil.91. nume.15. in 2.volu. Juris enim poteſtate, præſcriptio immemorialis habet vim privilegii à principe expreſsè & ex certa ſcientia conceſſi, Bald.in c.unic. colu.2. quæ ſint regalia, Decius conſil. 496.colum. 2. Jaſon in l.de quibus, colum.13.d.ll. Alexand. conſil.6.lib.1. Rolan.à Valle conſil.66.num. 60.lib. 2.item vigorem conſtituti ſive cõceſſionis,l.hoc jure,§ ductus aquæ,de aqua quotidia.& æſti.Alexand. conſil.24. colum. 3. lib. 5.Socin.conſil.181.colu. penult.lib.2.Roland. à Valle d.conſil.66.num. 60. libr. 2. Cravetta conſil.10.num.11. & vim pacti expreſſi, Baldus conſil.185.lib.1. Jaſon in l.quo minus,colum.19.de flumi.Cravetta d.conſ.10. num.11. Bald.in l.1.C.de ſervitu.& aqua. Matthæus de Afflictis in c. uni. § ſi quis per 30. annos, ſi de feudo defuncti contentio ſit: Et vim tituli legitimè acquiſiti, Innocent.in c.2.de reſtitu. in integ. Felinus in c. accedentes, colum. 2. de præſcription. Cravet. de antiquitat. tempor. parte 4.§ abſolutis,num.9. Rolandus à Valle conſil. 66. num. 44. Et pro veritate habetur, Baldus conſil. 24. lib. 4. Sylvanus conſil. 59. num. 9. & omnem defectum ſupplet, illudq; quod aliàs irritum, nullum & invalidum eſt, firmat & validum reddit, Baldus in l. 1. C. de ſtatu defuncto. Balbus de præſcriptio. part. 1.

quæ-

quæſtio.6.numer.8. & denique nunquam remota vel excluſa cenſetur, cùm præſcriptio removetur & excluditur Baldus in l. omnes, in fin.C.de præſcription. 30. anno. Felinus in c.fin.colum.6.de præſcriptio. Matthæ. de Afflictis diciſio.Neapol.254. Molinæus in conſuetu,Pariſior.§7.num.12.Anton. Gabr. Roman.lib.5.cõcluſio.titul.de præſcriptio. concluſio. 1. Et hæc de regalibus contra Impe- 18
ratorem præſcribendis, intelligenda ſunt: ad hujuſmodi præſcriptionem, ut dictum eſt, requiritur tempus, quod omnium hominum memoriam excedit: & qui per tempus hominum memoriam excedens,regalibus uſus eſt, eum in poſterum quoq; regalibus uti Imperator pro ſua,qua erga omnes affectus eſt clementia, non prohibet, Hinc Guntherus lib.8, inquit:

Tanta tamen clari fuit indulgentia regis.
Vt quicunq; bona priſcorum munere regum
Hactenus iſta fide poſſederat, idq; probare
Legitimi poterat, vel demonſtrare tabellis,
Principis aſſenſu, titulo gavisus eodem,
Nunc quoq; poſsideat: reliquis in jura relatis
Regia,librarum triginta millia puri
Annuus argenti fiſco ſolet addere cenſus.

Si regalia & principi reſervata competant 19
privato, contra eum præſcriptio 30. vel 40.

annorum ſufficit, Bart. in d. l. publicanus, § final. de publica. Bald. conſil. 370. colum. 2. libr. 3. Felin. in c. cum nobis, col. 2. de præſcriptio. Cravet. de antiquit. tempor. 4. parte,
20 § abſolutis, num. 13. verſicu. ubi verò talia. Illud notandum eſt, quod regalibus & iis quæ Imperatori reſervata ſunt præſcriptis, nunquam ſupremæ jurisdictiones præſcriptæ cenſentur. Sic regalibus conceſſis, ſupremæ jurisdictiones apud imperatorem manent; ſunt enim ſupremæ jurisdictiones, ſacra ſanctorum, quæ non ſunt in marſupio principis, ut poſt Baldum, Roland. à Valle tradidit conſil. 1. num. 115. in 2. volum. ideoq; Alexand. conſ. 87. in fin. lib. 6. reſpondit: ſatis ſuperq; fundatam eſſe Imperatoris intentionem, ſe in omnes jus dicere poſſe, eumq; probationis onere gravari, qui ſe Imperatoris jurisdictioni non ſubjacere contendit, Menoch. conſil. 2. nu. 3. cõ ſeq. Henning. Gode cõſil. 38. nu. 4. His breviter expoſitis, ad regalia in hoc titulo noſtro propoſita, deſcendemus. *Regalia ſunt armandiæ, viæ publicæ, flumina navigabilia, & ex quibus fiunt navigabilia, portus, ripatica, vectigalia quæ vulgò dicuntur telonia, moneta, multarũ pœnarumq́ compendia, bona vacantia; & quæ ut* ab

ab indignis, legibus auferuntur, niſi quæ ſpecialiter quibuſdam conceduntur, & bona contrahentium inceſtas nuptias, condemnatorum & proſcriptorum ſecundum quod in novis cōſtitutionibus cavetur, angariarum, parangariarum & plauſtrorum & navium præſtationes, & extraordinaria collatio ad feliciſſimam regalis numinis expeditionem, poteſtas conſtituendorum magiſtratuum ad juſtitiam expediendam, argentariæ & palatia in civitatibus conſuetis, piſcationum reditus & ſalinarum, & bona committentium crimen majeſtatis, & dimidium theſauri in loco Cæſaris inventi non data opera, vel loco religioſo, ſi data opera totum ad eum pertineat. Primùm inter 21
regalia referuntur armandiæ. Hoc nomen interpretes variè exponunt: alii enim armandias volunt eſſe gabellas, ita ſecundum morem & conſuetudinem patriæ denominatas; alii dicunt eſſe litora publica, quæ quia arida ſunt, armandiæ ab ariditate ſunt dicta: alii denique armandias accipiunt pro fabricis & publicis armentariis, quæ expoſitio inter ſuprà dictas, quas Andreas de

Iſernia, Matthæus de Afflictis, Alvarottus, Præpoſitus, Baldus & alii referunt, in c. unico, quæ ſint regalia, omnium videtur veriſſima.
22 Fabricas enim & publica armentaria principes ſemper ſibi vindicârunt, ut conſtat ex Novella 85. de armis in qua Iuſtinianus conſtituit, ut ſoli Fabricenſes arma fabricent, eaq; fabricata, in armentarium reponant, nec privatis vendant. Fabricenſes erant milites, qui in ſchola, quæ Fabricenſium cognominabatur, & una erat ex undecim ſcholis, de quibus diximus c. ſecundo, ſuper arma fabricabant: de iis agitur toto titulo de Fabricenſibus libr. 11. C. Et erant Fabricenſes ſub diſpoſitione magiſtri officiorum, & ideo l. 2. 3. 6. & 7. C. de Fabricenſibus, ſcriptæ ſunt ad magiſtrum officiorum, ſicuti & d. Novell. 85. & hoc etiam liquet ex notitia Romani Imperii, quæ teſtatur in Romano Imperio novendecim fabricas præcipuas fuiſſe: in illyrico
23 quinque: in Italia ſex: in Gallis octo. In Illyrico: Sirmienſis ſcutorum, baliſtarum & armorum, Acincenſis ſcutaria, Cornutenſis ſcutaria, Lauriacenſis ſcutaria, Solonitana armorum. In Italia: Concordienſis ſagittaria, Veronenſis ſcutorum & armorum, Mantuana loricaria, Cremonenſis ſcutaria, Ticinenſis arcuaria, Lucenſis ſpataria.

In

In Gallia: Argentoratenſis armorum omnium, Matiſconenſis ſagittaria, Auguſtodunenſis loricaria, Sueſsionenſis ſcutaria, baliſtaria & clibanaria, Remenſis ſpataria, Triberorum ſcutaria, Triberorum baliſtaria, Ambianenſis ſpataria & ſcutaria. Secundò in- 24
ter regalia numerantur viæ publicæ. Via dicitur quaſi vehia, quòd vehēdo teratur. Varro lib. 4. de lingua Latina. Et eſt duplex via, publica & privata, l. 2. ∫ viarum, ne quid in loco publico, fiat. Via publica eſt, quæ eſt in ſolo publico per quā iter populo patet, Iſidor9 lib. 15. etymolog. c. vlt. vel, ut Theophilus definit: Via publica eſt, qua πάντες ἄνθρωποι κέχρηνται, ἐπὶ διαφόρους ἀπιόντες τόπους. Theophi. in ∫ item ſi putator, inſtitutionibus de l. Aquila: aliàs viæ publicæ, baſilicæ, prætoriæ & conſulares viæ dicuntur, d. l. 2. ∫ viarum: & ſic Theophilus in prædicto loco ait, viam publicam â Græcis dici βασιλικήν. Viæ igitur publicæ inter regalia referuntur. Inde 25
ſequitur vias publicas ad principes, duces, comites, barones & alios, qui regalia habent, pertinere, & idcircò ad eos quoque ſpectare de homicidio cognitionem, ſi in via publica homicidium commiſſum fuerit, Ioachimus à Beuſt in l. admonendi, de iureiurando, mihi folio 483. modò totum corpus in via publi-

26 ca proſtratum iacet: ſi caput occiſi reperiatur extra viam publicam, licet reliquum corpus jaceat in via publica, cognitio & punitio delicti ad eum pertinet, in cujus territorio caput occiſi reperitur, l. in diverſis, de religio. & ſumpti. fune. ibi dicitur, eum locum fieri religioſum, ubi quod principale eſt, hoc eſt, caput conditum eſt, Matthæus de Afflict. in conſtitut. Neapolit. Rubr. 13. de homicidiis punien. num. 47. libr. 1. ibi ex Bald. in c. 1. § ad hæc, de pace juramenr. firmand. refert, quod caput in homine eſt membrum divinum propter cerebrum, in quo eſt ſenſus
27 & intellectus. Sic principes, duces, comites, barones & alii, ad quos vigore regalium viæ publicæ ſpectant, curare debent, ut pacata atque quieta ſit provincia quam regunt, utque malis hominibus provinctia careat, & viæ publicæ à latronibus, furibus, plagiariis non infeſtentur, l. 3. in fin. l. congruit, de offic. præſidis, & ideo diſpoſitos milites ſtationarios debẽt habere, ad tuendã populariũ quietem, & ad referendum ſibi quid vbiq; agatur, l. 1. § quies de offic. præfecti vrbi; quod ſi non fecerint, & peregrinantibus in ipſorum principatu, ducatu, comitatu, baronatu, damnum datum fuerit, ipſi ad emendationem & reparationem damni tenentur, Bartolus in

l. ne

l. ne quid de incendio, ruina, naufra. idque tunc maximè procedit, quando principes, duces, comites, barones à peregrinantibus penſionem aliquam, tributum vel pedagium accipiunt pro ſalvo conductu, Bald. in c. vni. § marchio. num. 5. de his qui feud. dare poſſ. & in c. vnico, § conventiculas, numer. 7. de pace juramento firmand, Matthæus de Afflictis in c. vnico, ſuper verbis, viæ publicæ, quæ ſint regalia. Idem in conſtitutio. Neapolitan. Rubric. 17. nu. 4. libr. 1. Jacobin. de feudis, ſuper verbis, marchio in Italia, verſic. quæritur etiam, Andre. Geill in practic. obſervatio, lib. 2. obſervatio. 64. Wurniſer9 in pract. obſervatio. tit. vlt. obſervatio. 6. Myuſingerus in 5. centur. obſervation. 70. Ioachimus à Beuſt in rubrica de jureiurando, nu. 168. mihi folio 35. ſi modò peregrinantes etiam per viam regiam, per quam vulgò iter fieri ſolet, incedant. Ea enim loca, per quæ vulgò iter 29
fieri ſolet, ſecuritatẽ debent habere, l. 1. § parvi autem refert, de his qui dejecerunt vel effude. & per illum textum Bart. ibi dicit deciſam fuiſſe Florentinorum & Vbaldinorum controverſiam, inter quos conventum erat, ut Vbaldi tenerent vias ſecuras. Illa enim conventio intelligenda eſt de viis ſolitis, per quas vulgò ſolet iter fieri, & ideo ſi quis per aliam

aliam viam inceſſerit, & deprædatus fuerit, Vbaldini non tenentur, Jaſon in l. 1. nu. 3. ſi quis cautio. Sic Bartolus in l. cum proponas, C. de nautico fœnore tradit, Mulionem, qui à mercatore merces aliò portandas aut vehendas accepit, non teneri, ſi merces à prædonibus ipſi ereptæ fuerint, ſi modò per vias ſolitas, mulas duxerit: ſecus erit ſi mulas duxit per vias inſolitas, Andreas Geill d. obſeru. 64.

30 Tertiò inter regalia referuntur flumina navigabilia, & ex quib. alia navigabilia fiunt, d. c. vni. quæ ſunt regalia. Rolandus à Valle conſil. 97. in 3. volu. Flumina à fluendo dicuntur, Varro libr. 4. de lingua Latin. Iſidorus libr. 14. etymologia. c. 21. & ſunt duplicia: alia enim publica flumina nominantur, alia privata, l. 1. § hoc interdictum, de fluminibus. Et cùm hic flumina regalia eſſe dicimus, publica flumina intelligimus non privata: nihil enim differt privatum flumen à cæteris locis privatis, d. l. 1. § hoc interdictum, Alexand. conſilio 194. num. 1. lib. 2. Rurſus hic perennia flumina accipimus: ſunt namque fluminum quædam perennia, quædam torrentia. Perenne flumen eſt quod ſemper fluit ἀένναος, torrens ὁ χειμάῤῥους, d. l. 1. § item fluminum, de flumini. Cæpolla de ſervitu, ruſtico. prædio, c. 31. de flumi. Iſidorus libr.

libr. 14. etymologia. c. 21. ibi eleganter docet, vnde torrens & χειμάῤῥους dicatur. Torrenti, inquit, Græci ab hyeme nomen dederunt, χεῖμα hyems dicitur, & ῥέω fluo: nos ab æſtate, illi à tempore quo ſuccreſcit, nos à tempore quo ſiccatur. Sed quomodo dices flumina inter regalia referuntur, cùm illa jure gentiũ publica eſſe conſtet, §. flumina inſti. de rerum diviſio. hoc eſt, quo ad uſum eſſe omnium, quo ad proprietatem ejus populi ubi ſint flumina? Hic nonnulli volunt, flumina regalia dici, ratione tuitionis, defenſionis ſive protectionis, quod non placet, propterea quod illa ratione omnia indiſtinctè inter regalia referẽda eſſent, cũ Imperator quo ad defenſionẽ, dominus ſit mundi, ἀξίωσις, ad l. Rhodiam de jactu. Alii tradunt uſum 31
fluminum eſſe publicum, proprietatem autem Cæſaris, Jacobinus de feudis, ſuper verbo, fluminibus: quod etiam ſubſiſtere nõ poteſt, cùm ſecundum certiorem juris rationem, flumina proprietate eius populi ſint, ubi ſunt, & in hoc communia à publicis diſtant. Quod ad uſum attinet, communia & publica non differunt. Vſus maris, litoris, fluminis, riparum, publicus eſt: inde Læda apud Ovidium in 6. metamorpho. cùm ruſtici aquas deguſtare prohiberent, inquit:

Quid

Quid prohibetis aqua? uſus communis aqua-
(rum eſt.
Nec ſolem proprium natura, nec aëra fecit,
Nec tenues vndas, ad publica munera veni.

Proprietas verò maris & litoris communis eſt, & omnibus æquè patet: proprietas fluminum non eſt communis, non omnibus æquè patet, ſed eſt ejus populi ubi ſunt flumina, § 1. cum ſequentib. inſtitu. de rer. diviſ. Tentari igitur poſſet, flumina ideo inter regalia numerari, quod licet proprietas ſit ejus populi, ubi ſunt flumina: Imperator tamē nihilominꝰ ſuper fluminibus juriſdictionem ſupremam habeat, ut ſupra dictū eſt, & poſſit circa flumina diſponere per l. 2. de flumin. Illa lex de flumine publico loquitur, & oſtendit ex flumine publico aquam poſſe duci in urbē, ſcilicet ad civium uſum, quod fiebat aut canalibus ſtructilibus & lapideis, aut tabulis fictilibus aut fiſtulis plumbeis, ut Plinius, Vitruvius & Iulius Frontinus ſcribūt. Adiicit autē d. l. 2. hoc ita procedere niſi Imperator voluerit. Et cùm hæc in fluminibus publicis procedant, multò magis in iis locum habebunt, quæ navigabilia ſunt, aut ex quibus alia navigabilia fiunt d. c. vnico. quæ ſint regalia, quæ verba deſumpta videntur ex l. ſi autem plures, de aqua & aquæ, plu. arcen. actio. &

ex

ex d. l. 2. in fin. de flumini. Illud notandum 32
eſt, quòd qui ſolus in parte aliqua fluminis publici piſcatus eſt per plurimos annos, alios ibi piſcari volentes prohibere non poteſt, Cravet. de antiquita. tempor. parte 4. § materia iſta, num. 81. cum ſequ. Piſcari enim meræ 33
eſt facultatis ſive voluntatis, & quæ meræ facultatis ſive voluntatis ſunt, nullo unquam tempore præſcribuntur, propterea quod ex actibus merè voluntariis, poſſeſſio vel quaſi ſine qua præſcriptio non procedit, c. ſine poſſeſſione, de regul. juris, in 6. non acquiritur, l. Proculus, de damno infecto, l. 1. § denique Marcellus, l. ſi in meo fundo, de aqua plu. arcenda, l. 2. de via publi. Covarru. in c. poſſeſſor, de reg. juris in 6. in 2. parte relectio. § quartò, numer. 6. Cravett. de antiquitat. tempo. parte 4. § materia iſta, num. 98. Anton. Gabr. Roman. libr. 5. commun. concluſio. tit. de præſcript. conclu. 10. Sic qui molendinum 34
in flumine habuit, quod vetuſtate vel quo alio modo collapſum eſt, poteſt molendinum reædificare, nullius temporis præſcriptione obſtante, Bartol. in l. quò minus, num. 26. de flumini. Johan. Saiſon in conſuetudinib. Turonen. titulo 1. articul. 4. Ædificare enim molendinum, meræ quoque eſt facultatis. Sic 35
ſubditi qui per centum annos & ultrà iverunt

runt ad molendum in molendino domini ſui, vel ad coquendum panes in furno domini, ex hoc cogi in futurum non poſſunt, ut ibidẽ molant aut coquant, nam & hæc res meræ facultatis eſt, Iacobinus de feudis, ſuper verbis, & cum molendinis, nu. 4. Balbus in tracta. de præſcriptio- in 4. parte, quintæ principa. quæſtio 5. Cravet. de antiquitat. tempor. part. 4. §. materia iſta, num. 98. Rolandus à Valle conſil. 52. num. 15. cum ſequenti, in 3.
36 volum. Alciatus in l. certis annis, num. 16. C. de pactis. Ad eundem modum dicemus, poſſe quem in ſuo molendinum ædificare, eo non obſtante, quòd alius per tempus immemoriale in loco iſto ſolus molendinum habuit, Iacobinus de feudis, in dictis verbis, & cum molendinis, numer. 5. Cæpolla de ſervitut.
37 ruſticor. prædio. c. 50. in 2. quæſtio. Sanè quæ meræ facultatis ſive voluntatis ſunt, poſſunt præſcribi, ſi interveniat prohibitio præſcribentis, cum patientia eius contra quem præſcribitur, per tempus ad præſcribendum ſufficiens, Innocentius & Panormitanus in c. cũ Eccleſia Sutrina, & ibi Franciſcus Ripa, de cauſa poſſeſſ. & proprieta. Panormita. c. quod translationem, de offi. legat. Decius conſi. 175. & conſil. 215. Rolandus à Valle conſil. 22. num. 20. cum ſequenti, & conſil 53. num. 20.
cum

cum ſequenti, libr.2. Covarruvias in c. poſſeſſor, de regu. juris in 6. in 2. parte relectionis, § 4. num. 6. Anton. Gabriel. Roman. lib. 5. commun. cõcluſion. titul. de præſcriptio. concluſio. 10. num. 13. & ideo, qui alios in parte aliqua fluminis piſcari volentes prohibuit, jus illud, ut ſolus in parte illa fluminis piſcari poſſit, præſcripſiſſe dicitur, ſi qui prohibiti ſunt, prohibitioni per tempus ad præſcribendum ſufficiens acquieverunt, Cravet. de antiquitat. tempor. d. parte 4. § materia iſta, num. 81. cum ſequenti. Et qui molendinum reædificare volens, prohibitus ab ædificando deſtitit, per tantum tempus quod ad præſcribendum ſufficit, poſtea molendinum reædificare non poteſt. Et denique ſubditi alibi molere & panes coquere, aut in ſuo molendinum ædificare volentes prohibiti, alibi molere & coquere aut molendinum in ſuo ædificare non poſſunt, ſi prohibitioni acquieverunt per tempus ad præſcribendum ſufficiens, Covarru. d. c. poſſeſſor, de regul. jur. in 6. in 2. parte relectio. § quartò, num. 6. Balbus de præſcriptio. in 4. parte quintæ principal. quæſt. 5. Boerius deciſio. 125. nu. 5. Guido Papa quæſt. 298. Jacobin. de feudis, ſuper dictis verbis, & cum molendinis, num. 5. Cæpolla d. quæſtio. 50. in 2. quæſtio. Petrus Jacobi, in practi. in li-

bello, ſuper furno, Cravet. conſil. 111. nu. 22. Nec neceſſe eſt quod prohibitio judicialiter fuerit facta: extrajudicialis enim prohibitio ſufficit, Balbus d. quæſtione 5. Rolandus à
38 Valle conſil. 80. num. 41. in 3. volum. Quartò inter regalia referuntur, portus. Portus à portando nomen habet, quòd merces in eum portantur, ſecundum Ulpianum in l. portus, de verbor. ſignificat. idq; Iſidorus probat lib. 14. etymolog. c. 8. ubi inter cætera docet: veteres portum à bajulandis mercibus bajas vocaſſe: vel dicitur portus ἀπὸ τȣ͂ πορθμȣ͂, hoc eſt, à freto & ſinu maris qui facilè trajici poteſt, Johan. Brechæus in d. l. portus, de verbor. ſignificatio. aliàs ſtatio dicitur, d. l. portus, à ſtatuendo, quòd naves ibi tutò ſtare poſſunt, l. 1. § ſtationem de flumi. Eſt autem portus concluſus locus, quo importantur & exportantur merces, d. l. portus, Cæpol. de ſervitut. ruſtico. prædio c. 28. de portu: & inde, inquit Ulpianus, angiportum dictum eſt. Angiportum ſive angiportus eſt anguſtus portus, hoc eſt, aditus in portum, Sext. Feſtus libr. 1. ab angendo & portu dictus,
39 Varro libr. 4. de lingua Latina. Veteres portum etiam pro domo acceperunt, Sextus Feſtus libr. 14. Ita portus nomen in illa lege 12. tabularum, cui teſtimonium defuerit, is ter-

tiis diebus ob portum obvagulatum ito, Sextus Feſtus libr. 19. Jacob. Cujacius. libr. 7. obſervat. c. 15. Auguſtobuconia. in lexico, libr. 20. accipitur. Hæc lex pertinet ad denunciationes teſtimoniorum quibus teſtes evocantur: ea denunciatio fit ad domum, quod lex dixit, ob portum, & fit per triduum trina vice, ſicuti citatio reorum abſentium fit per triduum, per ſingulos dies ter, l. inter accuſatorem, de publi. judiciis, & quidem obvagulatione, id eſt, clamore, magna voce & amplo boatu. Quamvis autem portus publici ſunt, & proprietas eorum ejus populi eſt, ubi ſunt portus, ut ſup. de fluminibus dictum eſt: tamen Imperator non minus circa portus quàm circa flumina diſponere poteſt, & ob id portus inter regalia referuntur, Cæpol. de ſervitut. ruſti. prædiot. c. 28. de portu. Ac quilibet 40
etiam privilegiatus ad conſervationem ac reparationem hujus regalis ſive portus conferre tenetur, l. ad portus, C. de operibus publi. licet in civitate, ad quam portus ſpectat, non habitet, modò ſub jurisdictione civitatis habeat poſſeſſiones aliquas, l. fin. C. de munc. patrimon. libr. 10. Et denique qui in portu delinquunt, à magiſtratu ejus loci, ad quem portus ſpectat, puniuntur, Rebuffus in d. l. portus, de verbor. ſignificat. Nonnulli, 45

Vu 2 quod

quod notandum eſt, portum hic accipiunt pro vectigali, quod non tantum in portu ſolvitur, verùm etiam quod ſolvitur pro tranſitu per pontem, Andreas de Iſernia in c.unic. ſuper verbo, portus, quæ ſint regalia, & ibi Andream de Iſernia Matthæus de Afflict. ſecutus eſt, & probat hanc expoſitionem, inter omnes Juſtinianei juris interpretes, princeps JCtus Jacobus Gujacius in d. c. uni. quæ ſint regalia. Hujuſmodi vectigal, portorium dicitur in l.3.C.de vectigali. & commiſſ. & exigentes, portitores vocat Cicero & Plaut. in Aſina. Rebuffus in l. inter publica, de verbor.
42 ſignificatio. Quintò inter regalia numerantur ripatica. Ripatica gabellas eſſe quæ riparum ratione ſolvuntur, Andreas de Iſernia, Alvarottus, Præpoſitus, Matth. de Afflict. cæterique doctores in d.c.unic. quæ ſunt regalia, tradiderunt. Ripa autem eſt, quæ flumen continet, ut Ulpianus definit. in l.1. § ripa, de flumin. vel, ut Paulus ait, quæ pleniſſimum flumen continet, l. penult. de flumin. hoc eſt, ripa eſt, qua flumen, cùm eſt pleniſſimum, al-
43 luit. Sic litus dicitur eſſe eatenus, quatenus maximè fluctus exæſtuat, l. litus, 112. de verbor. ſignificat. vel quo vſque maximus fluctus à mari peruenit, l. litus 96. de verbor. ſignificat. hoc eſt, quo vſque mare, cum maxi-
mum

mum eſt, excurrit. Nomen litus nonnulli à litando deducunt, quòd navigantes eundo & redeundo in litore litabant & ſacrificabant, Brechæus in l. litus, de verbor. ſignifi Iſidorus ex eo quod fluctu eliditur: libr. 14. etymolog. c. 8. ſed rectius dicemus, id nomen eſſe à Græco λιτὸς, quod litus ſit terra tenuis, & ideo per unicum t. debet ſcribi, quemadmodum in ff. Florentinis perpetuò ſcriptũ eſt. Differt autem ripa à litore, quòd litus eſt 44
maris, ripa fluminum, ut Grammatici rectè tradiderunt: ſed illud diſcrimen totũ Grammaticum eſt, hoc iuridicum magis, & Grammaticis incognitum, quòd litorum proprietas nullius eſt, ſed eiuſdem iuris eſt, cuius eſt mare, & quæ ſubiacet mari, terra vel arena, § litorum. inſtitution. de rerum diviſio. Riparum verò proprietas eſt illorum, qui propè ripam prædia poſſident, & arbores in ripis natæ, eorundem ſunt, § riparum, inſtitutio, de rerum diviſione. Diverſi iuris ratio eſt, quòd ripæ induſtria hominum incrementum accipiunt, & omninò arte egent ac cultura ad vim fluminis arcendam, ut intelligitur ex l. 1. §. ſunt qui putent, ne quid in flumin. pub. fiat. & tot. titul. de ripa munienda. Munire enim ripam eſt aggeribus factis & oppoſitis aquam coercere, ne ex-

creſcens flumen agrum occupet: ſecus eſt in litore. A ripis, Riparenſia caſtra dicuntur in l. contra publicam utilitatem. C. de re milit. libr. 12. inde Rheni & Moſellæ accolæ Ripuarii nominantur, & leges eorum Ripuariorum leges latæ à Theodorico Francorum rege, quæ in conſtitutionibus Caroli Magni leges Ripuarenſes appellantur. Sextò inter re-
45 galia numerantur vectigalia. Vectigal propriè dicitur quod præſtatur fiſco vel reipublicæ, pro mercibus quæ importantur & exportantur: Juſtinianus in edicto de Alexandrinis, ἐξαγώγιον vocat, et Strabo lib. 17. in Alexandria ait: alia eſſe vectigalia ἐξαγώγικα, alia εἰσαγώγικα. Generaliter tamē vectigalia publica intelligimus, ex quibus vectigal fiſcus capit, quale eſt vectigal portus vel venalium rerum, ſalinarum, metallorum & picariarum, l. inter publica, de verb. ſignificat, ibi picariarum legitur & rectè. Et ſunt picariæ è quibus foditur pix: nam & picem foſſilem inveniri Plinius lib. 16. c. 12. author eſt, & meminit picariarum Cicero in Bruto, ibi tamen pro picariis, alii malè pecuariis legunt, quemadmodum Jacob. Cujac. no-
46 tavit in c. uni. quæ ſunt regalia. Vectigalia autem ſolus princeps ſive Imperator Romanus

impo-

imponit,l.1.& 3. C. de vectig.idq; ſemper ex rationabili cauſa facere debet,Rolan. a Valle conſil.91.num.22.cum ſequenti in 2. volum. alias mortaliter peccat.Rolan.à Valle d. conſil,91.num.30. Et vectigalia ſine Imperatoris permiſſu impoſita, licita vectigalia non ſunt, Rolandus à Valle d. conſil. 91. num. 2. in 2. volu.licet decreto civitatum, l.2. C.vectigal. nova inſtit. non poſſ. vel à præſide aut curia conſtituta fuerint,l.vectigal.de pub.vectig.& commiſſ. Imò nova vectigal. ſine permiſſu 47
Imperatoris inſtituentes lege Julia de ambitu,l. ad l. Juliam de ambi. itemque lege Julia de vi publica tenentur,l.final. ad l. Juliam de vi publi.& aquæ & ignis interdictione, l. qui dolo,in fine,ad l.Jul.de vi publica,ſive deportatione quæ ſecum trahit bonorum publicationem,l.2.C.de bonis proſcripto.plectuntur. Et qui hujuſmodi vectigalia fraudant, neque coram Deo, neque coram hominibus peccant, Bald. in l. vectigalia, de publica. &c. Mynſing.obſervatio.29.in 5. centur. quod in licitis vectigalibus, quæ Imperatoris aſſenſu impoſita ſunt,ſecus ſe habet. Fraude enim co- 48
gnita,& vectigali non ſoluto,res, pro quibus vectigal erat ſolvendũ, in cõmiſſum incidũt, hoc eſt, ſtatim dominium illarũ rerum amittitur & fiſco acquiritur, l. commiſſa & l. fi-
 nal.

aln. de publica, poſſeſsio tamen ſententia iudicis auferenda eſt, Baldus in l. ſi quis in tantam, C. vnde vi, Rolan. à Valle conſ. 42. per totum, in 3. volum. in eoque omnia iura mundi conſentiunt, ut c. 8. circa finem ſuprà dictũ eſt, Porrò apud Romanos ſolebant nonnulli vectigalia redimere ſive conducere, qui publicani appellabantur: ita enim Vlpia. publicanos definit: Publicani, inquit, ſunt qui publi-

50 co fruuntur, quive publica vectigalia conducta habent, l. 1. § publicani, & l. quantæ audaciæ, de publica. Iſidorus libr. 9. etymologia. titulo de civibus. Et cõducebant vectigalia publicani à cenſoribus, l. in lege Cenſoria, de verbor. ſignificatio. Plinius libr. 33. c. 4. in quinquennium ſcilicet, quia & cenſura erat quinquennalis, Varro libr. 4. de lingua Latina, l. 3. § cùm quinquennium, de iure fiſci. Hodie cõducuntur à procuratoribus fiſci, vel ab adminiſtratoribus rerum civitatis, l. vltim. C. de vectigali. & commiſſ. in trienniũ, l. 4. C. de vectigal. & commiſſ. Ex illa lege conſtat fieri locationem vectigaliũ ſub haſta, & vectigalia ei addici qui ſuperior in licitatione ex-

51 titerit. Habebant autem publicani multa privilegia: illis enim permiſſum eſt corpus habere, res communes, arcam communem, & actorem ſive ſyndicum, per quem tan-

quam

quam in republica. quod communiter agi fierivè oportet, agitur & fit, l. 1, quod cuiuſque univerſita. nomi. Societas eorum non finitur morte, ſed manet etiam poſt mortem alicuius ex publicanis, cùm tamen aliàs morte ſocii ſocietas ſolvatur in tantum, ut nec ab initio paciſci poſſimus, ut heres in ſocietate ſuccedat, l. adeò, pro ſocio, § ſolvitur, inſtitutionibus de ſocietate. Hoc amplius manente ſocietate, agere invicem pro ſocio publicani poterant, l. actione, § penult. pro ſocio. Et ſoli patresfamilias non etiam filiifamilias ad eam ſoctietatem accedebant, quemadmodum Vlpianus oſtendit in l. 3. ad SCtum Macedonian. his verbis: ſæpe conſtitutum eſt, ceſſare SCtum in eo qui vectigalia conducta habebat, propterea quòd quis eum patremfamilias eſſe credidit, non vana ſimplicitate deceptus nec iuris ignorantia, ſed quia publicè paterfamilias pleriſque videbatur. Publicani item inviti teſtimonium non dicebant, l. inviti, 2. de teſtibus, ne ſcilicet avocarentur à negocio publico, dum longius ire coguntur, teſtimonii dicendi cauſa. A muneribus civilibus & tutelis excuſabantur, l. in honorib. § non aliàs, de vocatio. & excuſa. mune. l. ſemper, § conductores, de jure immunitat, Denique publicanis datur interdictum de

loco publico fruendo, quo vetatur, ne publicanis qui conduxerunt areas, inſulas, publica balnea, lacus, ſtagna, vel his, quos in ea conductione ſibi ſocios adjunxerunt, vis fiat, quò minus ex lege locationis, publicis locis fru-
§ 2 antur, tot. tit. de publi. loco fruend. Mores verò publicanorum corruptiſſimi fuerunt, & fraude, avaritia, immodeſtia, reliquos homines omnes ſuperârunt, quemadmodum Suidas teſtatur his verbis: πεπαῤῥησιαμένη βία, ἀνεπιτίμητος ἁρπαγὴ, ἀναισχυντος πλεονεξία, πραγματεία, λόγον μὴ ἔχουσα, ἀναιδὴς ἐμπορία. Jacobus Cujacius in paratilis aureo libello, titul. de publicanis & vectigalibus. Hinc Zonaras in canone 20. apoſtolorum inquit, ἀρχαία κακία τὸ τελωνεῖν, h. e. vetus eſt malum, Telonē agere. Ob id prætores, ut publicanorum immoderatam libidinem refrenarent, & quodammodo coercerent, edictis ſuis perpetuis caverunt, ut quod illicitè exactū eſſet nomine vectigalis, intra annum in duplū, poſt annū in ſimplum reſtitueretur, lege prima, de publica. vectigal. & commiſſ. Et ex Imperatoris Conſtant. conſtitutione, publicani qui quid illicitè exegerunt, in perpetuum exilium damnantur, l. ulti.
§ 3 C. vectiga. nova inſtit. non poſſe. De eo dubitatur,

tatur, utrum ſub vectigalibus collectæ quoq; comprehendantur? & ita quidem Baldo viſum eſt in l, cùm multa, circa finem. C. de bonis quæ libe. & Alberico ſuprà rubrica de mune. & hono, nu. 56. cum ſequentib. ibi aliquot rationibus probat, civitates jus imponendi collectas non habere, idem voluit Bartol. in l. 1. C. de excuſatio. mune. libr. 10. ubi docet, merum & mixtum imperium habentes, non poſſe collectas imponere. Aſtipulatur Jacobin. de feudis, ſup. verbis, cum mero mixtoq; imperio numer. 16. his verbis: Quæro utrum habens merum mixtumque imperium & omnimodam jurisdictionem, poſſit ſubditis collectam imponere: & quamvis, inquit, videatur dicendum quod ſic: tamen contraria opinio eſt de jure verior, quia impoſitio collectæ eſt de regalibus, & ideo ſoli principi competit. Idem voluit Jacobin. de feud. ſuper verb. qui quidem inveſtit. num. 75. & rurſus in tracta. de homagiis, num. 35. cum ſequenti. Sed his & ſimilibus non obſtantib. veritas eſt, quòd impoſitio collectarum, quam civitas aliqua tempore neceſſitatis facit, non ſit de regalibus, idque optimè hac ratione probatur: Regalia Imperatori competunt, vel iis quibus Imperator regalia conceſſit, vel qui præſcriptione ea legitimè acquiſive-

runt.

Digitized by Google

runt. Sed vnaquæque civitas, vniverſitas, collegium, licet non habuerit regalia ab Imperatore, nec præſcriptione regalia acquiſiverit, tempore neceſſitatis collectas imponere poteſt. Relinquitur igitur, collectarum impoſitionem ad regalia non ſpectare. Minor textibus, gloſsis & authoritatibus interpretum probatur. Nam in l. 1. § quod ſi nemo, quod cuiuſque universi. nomine, dicitur univerſitatem, ſocietatem, collegium, arcam communem habere poſſe: & in l. omnes, C. de operib. publi. Imperatores reſcripſerunt, incolas civitatum muros novos debere facere, & veteres firmius renovare, impendiis ad hoc ordinandis, hoc eſt, collectis imponendis, ut Bartolus interpretatur in l. 1. nume. 24. C. de mulieribus, lib. 10. Et hanc ſententiam communiter glo. Dd. probant: etenim gloſſa, quæ iuris idolum eſt, & omnes alias auctoritates antecellit, Baldus in l. cùm hereditas, C. depoſit & navis dicitur, per quam navigamus per vaſtum pelagus juris civilis, & quæ nos dirigit in portum claræ veritatis ſecundum Salycetum in l. 1. C. de pactis, in d. l. 1. § quod ſi nemo, ſuper verbo, proconſul. quod cuiuſque vniverſita. inquit; ſi nihil habent commune, compelluntur facere collectam, ut aliquid commune habeant, & in authent. quibus

bus modis naturales efficiantur ſui, & ſi quis igitur, in verbo, perſolvit, nota ait, quòd villæ & caſtra ſub civitate collectas facere poſſunt. Bartolus quoque, qui juris Aquila dicitur, Maſſuerius in pract. c. de dilatio. nu. 13. & in cujus dictis ſolet eſſe ſubſtantia veritatis, Crottus conſil. 143. nu. 35. & qui legalis doctrinæ princeps eſt, & cujus ſententia inſtar omnium eſt, Tiraquel. in l. ſi vnquam, nu. 154. C. de revocan. donati. hanc ſententiam multis in locis defendit. Primùm in l. placet, num. 13. C. de SS. Eccleſ. Civitates, ait, non pediſſequæ, quæ merũ Imperium præſcripſerũt, collectas imponere poſſunt. Idem Bartolus in l. vni. nu. 2. C. de ſuperindicto, libr. 10. Civitas, inquit, pro neceſſitate civitatis, collectas imponere poteſt, & cogitur imponere. Idem in l. 1. nu. 24. C. de mulieribus, libr. 10. Cives propter neceſsitatem civitatis poſſunt imponere collectam. Idem in l. 1. § quod ſi nemo, num. 2. quod cujuſque vniverſita. nota ait, quod pro neceſsitatibus univerſitatis poteſt imponi collecta. Id in l. 4. § actor, in prin. de re judicat. ſi villa non habet burſam communem, tunc cogitur imponere collectam. Idem in l. ſolent, num. 18. de aliment. & ciba. legat. inquit: Vniverſitas poteſt imponere collectam pro debito. Idem in l. ab omnibus

bus, § ſi a Titio, nu. 8. de legat. 1. ſi civitas imponit collectam pro ſoluendo debito, etiam ille civis contribuet, cui pecunia ſolvetur. Idem in l. 1. numer. 8, C. de apochis public. libr. 10. ſi pro ſolvendo tributo quod imponitur per capita, civitas accepit pecuniam mutuo, poteſt civitas imponere collectam per capita. Idem in l. 2. nu. 5. C. de immunitate nemini cōceden. libr. 10. ſi via eſt extra civitatem, tunc debet fieri munitio & refectio viæ expenſis civitatis impoſita collecta pro quantitate patrimonii. Idem conſil. 180. Dico, inquit, quod collectam generalem Cameræ fiſcali applicandam, nemo poteſt imponere ſine permiſſu principis, ſed collectam ſpecialem vnaquæq; civitas vel univerſitas, pro neceſsitate ſibi incumbente, imponere poteſt. Eandem ſententiam Baldus qui nihil ignoravit in jure, Iaſon in l. lecta, nu. 12. de reb. credit. & qui legiſtarum numen dicitur à Zaſio libr. 1. ſingula. reſponſ. c. 7. nu. 12. quique interpretum omnium ingenioſiſsimus eſt, ſemper ſciēter & doctè ſcribens, Tiraqu. de vtroque retractu. § 1. gl. 14. num. 105. defendit in d. l. 1. § quod ſi nemo, verſi. quærit hic gloſſa, quod cuiuſque vniverſita. idē Baldus in l. etiā, nu. 13. C. de excutio. re. iudic. inquit: civitas cogitur collectam facere, & adducit ad hoc

d. l. u

d. l. 1. quod cuiuſq; univerſi. Iaſon in l. quo minus, num. 156. de flumi. quælibet communitas poteſt collectã imponere pro ſupportandis oneribus cõmunitatis. Idẽ in. l. ſi ex toto, num. 12. de legat. 1. ſi civitas, inquit, collectã imponat propter guerram iuſtam, tunc vera eſt opinio Dyni, quòd habens communitatem à collectis, teneatur ad iſtam collectam propter guerram impoſitam, Angel. in d. l. 1. § omnibus, num. 6. quod cujuſque univerſit. Villa & vicus, ait, ſibi ipſis collectas imponunt atque diſtribuunt. Idem in l. 4. § actor, de re judicat. refert, ſe hanc quæſtionẽ Paduæ de facto habuiſſe & obtinuiſſe, quòd villa & civitas pro ſuis neceſſitatibus collectam indicere poſſint. Idem in authent. quibus modis natura efficiuntur ſui, § ſi quis igitur, num. 6. notavit ex gloſſa, quòd villa & caſtrum poſſunt imponere collectam, Guido Papa quæſt. 87. in prin. Si villa aut communitas alicujus loci, non habet burſam communem, poteſt talis communitas imponere collectam & ſolvere illis quibus tenentur, Alexand. cõſil. 52. nu. 8. in 5. volu. Villa, inquit, & municipium poteſt collectam imponere, ut ſuccurratur neceſſitatibus, & ibi Alexander Angelum refert dicentẽ, ſe in facti cõtingentia hanc quæſtionem, quòd civitas collectas impo-

imponere poteſt, habuiſſe, eamque obtinuiſſe. Idem conſil. 78. num. 4. lib. 6. inquit: Municipium, caſtrũ & villa poſſunt imponere collectam pro neceſsitatibus occurrentibus. Petrus Caſtalius in l. 1. quod cujuſque univerſit. Vniverſitas pro rebus neceſſariis poteſt ſibi nummos imperare, ut pro diſſoluendis nominibus, litium impenſis & rebus ſimilibus, & id major pars reliqua nolente exequi poterit. Hanc ſententiam, quòd collectæ imponi poſſunt à civitate & univerſitate, defendit ſenatus Pedomontanus deciſio. 86. in qua deciditur, quòd collectæ impoſitæ ab univerſitate habent executionem paratam. Idem voluit & defendit Cravetta conſil. 111. numer. 1. & conſil. 195. nume. 1. Vniverſitas quæ poteſt ſtatuta condere, poteſt etiam collectam indicere, idque in quovis caſtro & villa quavis procedit, Schurff. conſil. 44. num. 3. centur. 1. Civitates, inquit, poſſunt imponere collectã pro earum neceſsitatib9, Henningus Gode conſil. 34. num. 4. & rurſus conſil. 29. & ibi prolixè defendit, civitates, ad ſolutionem debitorum, teneri ad impoſitionem collectarum, Franc. Marcus quæſt. 458. nu. 22. Civitas, inquit, poteſt imponere collectã etiam abſque ſcientia principis: & citat ibi Salycetum in l. neminem C. de SS. Eccle. Pariſius

riſius conſil.25.nu.69.in 1.part.Civitates,ait, oppida & villæ ſubditæ aliis dominis, ſine licentia ſuperioris, pro eorum cauſis neceſſariis poſſunt collectas imponere, Lucas de Penna in l.2.C.de quibus muner,lib. 10. Mihi, inquit, videtur quòd unaquæque civitas impunè & abſq; ſuperioris permiſſu collectã imponere poſſit,Socinus junior conſil.98.nu. 23.docet,quòd habentes merum mixtumque Imperium cum omnimoda juriſdictione poſſunt collectas imponere. Hanc ſententiam Canoniſtæ quoque defendunt. Nam Felinus in c. 22. § ſinguli, extra de reſcriptis inquit: quando univerſitati imminet neceſſitas aliqua, poteſt ipſa univerſitas collectas imponere: & ibi Felinus complures alios hanc ſententiam tenentes adducit. Idem in c. cùm omnes,num.16.extra de conſtitutio. Si collegium vel univerſitas non habet bona ex quibus ſatisfacere poſſunt pro debito,poſſunt imponere collectam ſingulis de univerſitate, & ad hoc cogi poſſunt per ſuperiorem. Idem in c.cum nobis,num.6.extra de præſcriptio.ſcribit: Jus imponendi collectas, non eſſe de reſervatis principis, quia per ſtatutum diſponi poteſt, quòd forenſibus imponatur collecta pro rebus quas habent in loco ſtatium. Panormitanus qui magnum eſt lumen juris

aln. de publica, poſſeſsio tamen ſententia iudicis auferenda eſt, Baldus in l. ſi quis in tantam, C. vnde vi, Rolan. à Valle conſ. 42. per totum, in 3. volum. in eoque omnia iura mundi conſentiunt, ut c. 8. circa finem ſuprà dictũ eſt. Porrò apud Romanos ſolebant nonnulli vectigalia redimere ſive conducere, qui publicani appellabantur; ita enim Vlpia. publicanos definit: Publicani, inquit, ſunt qui publi-
50 co fruuntur, quive publica vectigalia conducta habent, l. 1. § publicani, & l. quantæ audaciæ, de publica. Iſidorus libr. 9. etymologia. titulo de civibus. Et cõducebant vectigalia publicani à cenſoribus, l. in lege Cenſoria, de verbor. ſignificatio. Plinius libr. 33. c. 4. in quinquennium ſcilicet, quia & cenſura erat quinquennalis, Varro libr. 4. de lingua Latina, l. 3. § cùm quinquennium, de iure fiſci. Hodie cõducuntur à procuratoribus fiſci, vel ab adminiſtratoribus rerum civitatis, l. vltim. C. de vectigali. & commiſſ. in trienniũ, l. 4. C. de vectigal. & commiſſ. Ex illa lege conſtat fieri locationem vectigaliũ ſub haſta, & vectigalia ei addici qui ſuperior in licitatione ex-
51 titerit. Habebant autem publicani multa privilegia: illis enim permiſſum eſt corpus habere, res communes, arcam communem, & actorem ſive ſyndicum, per quem tan-
quam

quam in republica. quod communiter agi fie-rivè oportet, agitur & fit, l. 1. quod cuiuſque univerſita. nomi. Societas eorum non finitur morte, ſed manet etiam poſt mortem alicuius ex publicanis, cùm tamen aliàs morte ſocii ſocietas ſolvatur in tantum, ut nec ab initio paciſci poſſimus, ut heres in ſocietate ſuccedat, l. adeò, pro ſocio, § ſolvitur, inſtitutionibus de ſocietate. Hoc amplius manente ſocietate, agere invicem pro ſocio publicani poterant, l. actione, § penult. pro ſocio. Et ſoli patresfamilias non etiam filiifamilias ad eam ſoctietatem accedebant, quemadmodum Vlpianus oſtendit in l. 3. ad SCtum Macedonian. his verbis: ſæpe conſtitutum eſt, ceſſare SCtum in eo qui vectigalia conducta habebat, propterea quòd quis eum patremfamilias eſſe credidit, non vana ſimplicitate deceptus nec iuris ignorantia, ſed quia publicè paterfamilias pleriſque videbatur. Publicani item inviti teſtimonium non dicebant, l. inviti, 2. de teſtibus, ne ſcilicet avocarentur à negocio publico, dum longius ire coguntur, teſtimonii dicendi cauſa. A muneribus civilibus & tutelis excuſabantur, l. in honoribus. § non aliàs, de vocatio. & excuſa. mune. l. ſemper, § conductores, de jure immunita, Denique publicanis datur interdictum de

loco publico fruendo, quo vetatur, ne publi-
canis qui conduxerunt areas, inſulas, publica
balnea, lacus, ſtagna, vel his, quos in ea con-
ductione ſibi ſocios adjunxerunt, vis fiat, quò
minus ex lege locationis, publicis locis fru-
§2 antur, tot. tit. de publi. loco fruend. Mores
verò publicanorum corruptiſſimi fuerunt,
& fraude, avaritia, immodeſtia, reliquos ho-
mines omnes ſuperârunt, quemadmodum
Suidas teſtatur his verbis: πεπαῤῥησια-
μένη βία, ἀνεπιτίμητος ἁρπαγὴ, ἀναισχυντος
πλεονεξία, πραγματεία, λόγον μὴ ἔχουσα, ἀναι-
δὴς ἐμπορία. Jacobus Cujacius in parati-
lis aureo libello, titul. de publicanis & vecti-
galibus. Hinc Zonaras in canone 20. apoſto-
lorum inquit, ἀρχαία κακία τὸ τελωνεῖν, h.
e. vetus eſt malum, Telonē agere. Ob id præ-
tores, ut publicanorum immoderatam libidi-
nem refrenarent, & quodammodo coerce-
rent, edictis ſuis perpetuis caverunt, ut quod
illicitè exactū eſſet nomine vectigalis, intra
annum in duplū, poſt annū in ſimplum reſti-
tueretur, lege prima, de publica. vectigal. &
commiſſ. Et ex Imperatoris Conſtant. con-
ſtitutione, publicani qui quid illicitè exege-
runt, in perpetuum exilium damnantur, l. ulti.
§3 C. vectiga. nova inſtit. non poſſe. De eo dubi-
tatur,

tatur, utrum ſub vectigalibus collectæ quoq; comprehendantur? & ita quidem Baldo viſum eſt in l. cùm multa, circa finem. C. de bonis quæ libe. & Alberico ſuprà rubrica de mune. & hono. nu. 56. cum ſequentib. ibi aliquot rationibus probat, civitates jus imponendi collectas non habere, idem voluit Bartol. in l. 1. C. de excuſatio. mune. libr. 10. ubi docet, merum & mixtum imperium habentes, non poſſe collectas imponere. Aſtipulatur Jacobin. de feudis, ſup. verbis, cum mero mixtoq; imperio numer. 16. his verbis: Quæro utrum habens merum mixtumque imperium & omnimodam juriſdictionem, poſſit ſubditis collectam imponere: & quamvis, inquit, videatur dicendum quod ſic: tamen contraria opinio eſt de jure verior, quia impoſitio collectæ eſt de regalibus, & ideo ſoli principi competit. Idem voluit Jacobin. de feud. ſuper verb. qui quidem inveſtit. num. 75. & rurſus in tracta. de homagiis, num. 35. cum ſequenti. Sed his & ſimilibus non obſtantib. veritas eſt, quòd impoſitio collectarum, quam civitas aliqua tempore neceſſitatis facit, non ſit de regalibus, idque optimè hac ratione probatur: Regalia Imperatori competunt, vel iis quibus Imperator regalia conceſſit, vel qui præſcriptione ea legitimè acquiſiverunt.

Digitized by Google

runt. Sed vnaquæque civitas, vniverſitas, collegium, licet non habuerit regalia ab Imperatore, nec præſcriptione regalia acquiſiverit, tempore neceſſitatis collectas imponere poteſt. Relinquitur igitur, collectarum impoſitionem ad regalia non ſpectare. Minor textibus, gloſsis & authoritatibus interpretum probatur, Nam in l. 1. § quod ſi nemo, quod cuiuſque universi. nomine, dicitur univerſitatem, ſocietatem, collegium, arcam communem habere poſſe: & in l. omnes, C. de operib. publi. Imperatores reſcripſerunt, incolas civitatum muros novos debere facere, & veteres firmius renovare, impendiis ad hoc ordinandis, hoc eſt, collectis imponendis, ut Bartolus interpretatur in l. 1. nume. 24. C. de mulieribus, lib. 10. Et hanc ſententiam communiter glo. Dd. probant: etenim gloſſa, quæ iuris idolum eſt, & omnes alias auctoritates antecellit, Baldus in l. cùm hereditas, C. depoſit & navis dicitur, per quam navigamus per vaſtum pelagus juris civilis, & quæ nos dirigit in portum claræ veritatis ſecundum Salycetum in l. 1. C. de pactis, in d. l. 1. § quod ſi nemo, ſuper verbo, proconſul. quod cuiuſque vniverſita. inquit: ſi nihil habent commune, compelluntur facere collectam, ut aliquid commune habeant, & in authent. qui-
bus

bus modis naturales efficiantur ſui, ſi quis igitur, in verbo, perſolvit, nota ait, quòd villæ & caſtra ſub civitate collectas facere poſſunt. Bartolus quoque, qui juris Aquila dicitur, Maſſuerius in pract. c. de dilatio. nu. 13. & in cujus dictis ſolet eſſe ſubſtantia veritatis, Crottus conſil. 143. nu. 35. & qui legalis doctrinæ princeps eſt, & cujus ſententia inſtar omnium eſt, Tiraquel. in l. ſi vnquam, nu. 154. C. de revocan. donati. hanc ſententiam multis in locis defendit. Primùm in l. placet, num. 13. C. de SS. Eccleſ. Civitates, ait, non pediſſequæ, quæ merũ Imperium præſcripſerũt, collectas imponere poſſunt. Idem Bartolus in l. vni. nu. 2. C. de ſuperindicto, libr. 10. Civitas, inquit, pro neceſſitate civitatis, collectas imponere poteſt, & cogitur imponere. Idem in l. 1. nu. 24. C. de mulieribus, libr. 10. Cives propter neceſsitatem civitatis poſſunt imponere collectam. Idem in l. 1. § quod ſi nemo, num. 2. quod cujuſque vniverſita. nota ait, quod pro neceſsitatibus univerſitatis poteſt imponi collecta. Id in l. 4. § actor, in prin. de re judicat. ſi villa non habet burſam communem, tunc cogitur imponere collectam. Idem in l. ſolent, num. 18. de aliment. & ciba. legat. inquit: Vniverſitas poteſt imponere collectam pro debito. Idem in l. ab omnibus

bus, § ſi a Titio, nu. 8. de legat. 1. ſi civitas imponit collectam pro ſoluendo debito, etiam ille civis contribuet, cui pecunia ſolvetur. Idem in l. 1. numer. 8, C. de apochis public. libr. 10. ſi pro ſolvendo tributo quod imponitur per capita, civitas accepit pecuniam mutuo, poteſt civitas imponere collectam per capita. Idem in l. 2. nu. 5. C. de immunitate nemini cõceden. libr. 10. ſi via eſt extra civitatem, tunc debet fieri munitio & refectio viæ expenſis civitatis impoſita collecta pro quantitate patrimonii. Idem conſil. 180. Dico, inquit, quod collectam generalem Cameræ fiſcali applicandam, nemo poteſt imponere ſine permiſſu principis, ſed collectam ſpecialem vnaquæq; civitas vel univerſitas, pro neceſsitate ſibi incumbente, imponere poteſt. Eandem ſententiam Baldus qui nihil ignoravit in jure, Iaſon in l. lecta, nu. 12. de reb. credit. & qui legiſtarum numen dicitur à Zaſio libr. 1. ſingula. reſponſ. c. 7. nu. 12. quique interpretum omnium ingenioſiſsimus eſt, ſemper ſciẽter & doctè ſcribens, Tiraqu. de vtroque retractu. § 1. gl. 14. num. 105. defendit in d. l. 1. § quod ſi nemo, verſi. quærit hic gloſſa, quod cuiuſque vniverſita. idẽ Baldus in l. etiã, nu. 13. C. de excutio. re. iudic. inquit: civitas cogitur collectam facere, & adducit ad hoc

d. l. 11.

d.l. 1. quod cuiuſq; univerſi. Iaſon in l. quo minus, num. 156. de flumi. quælibet communitas poteſt collectã imponere pro ſupportandis oneribus cõmunitatis. Idẽ in. l. ſi ex toto, num. 12. de legat. 1. ſi civitas, inquit, collectã imponat propter guerram iuſtam, tunc vera eſt opinio Dyni, quòd habens communitatem a collectis, teneatur ad iſtam collectam propter guerram impoſitam, Angel. in d. l. 1. § omnibus, num. 6. quod cujuſque univerſit. Villa & vicus, ait, ſibi ipſis collectas imponunt atque diſtribuunt. Idem in l. 4. § actor, de re judicat. refert, ſe hanc quæſtionẽ Paduæ de facto habuiſſe & obtinuiſſe, quòd villa & civitas pro ſuis neceſſitatibus collectam indicere poſſint. Idem in authent. quibus modis natura efficiuntur ſui, § ſi quis igitur, num. 6. notavit ex gloſſa, quòd villa & caſtrum poſſunt imponere collectam, Guido Papa quæſt. 87. in prin. Si villa aut communitas alicujus loci, non habet burſam communem, poteſt talis communitas imponere collectam & ſolvere illis quibus tenentur, Alexand. cõſil. 52. nu. 8. in 5. volu. Villa, inquit, & municipium poteſt collectam imponere, ut ſuccurratur neceſſitatibus, & ibi Alexander Angelum refert dicentẽ, ſe in facti cõtingentia hanc quæſtionem, quòd civitas collectas impo-

imponere poteſt, habuiſſe, eamque obtinuiſſe. Idem conſil. 78. num. 4. lib. 6. inquit: Municipium, caſtrũ & villa poſſunt imponere collectam pro neceſsitatibus occurrentibus. Petrus Caſtalius in l. 1. quod cujuſque univerſit. Vniverſitas pro rebus neceſſariis poteſt ſibi nummos imperare, ut pro diſſoluendis nominibus, litium impenſis & rebus ſimilibus, & id major pars reliqua nolente exequi poterit. Hanc ſententiam, quòd collectæ imponi poſſunt à civitate & univerſitate, defendit ſenatus Pedomontanus deciſio. 86. in qua deciditur, quòd collectæ impoſitæ ab univerſitate habent executionem paratam. Idem voluit & defendit Cravetta conſil. 111. numer. 1. & conſil. 195. nume. 1. Vniverſitas quæ poteſt ſtatuta condere, poteſt etiam collectam indicere, idque in quovis caſtro & villa quavis procedit, Schurff. conſil. 44. num. 3. centur. 1. Civitates, inquit, poſſunt imponere collectã pro earum neceſsitatib9, Henningus Gode conſil. 34. num. 4. & rurſus conſil. 29. & ibi prolixè defendit, civitates, ad ſolutionem debitorum, teneri ad impoſitionem collectarum, Franc. Marcus quæſt. 458. nu. 22. Civitas, inquit, poteſt imponere collectã etiam abſque ſcientia principis: & citat ibi Salycetum in l. neminem C. de SS. Eccle. Pariſius

riſius conſil.25.nu.69.in 1.part.Civitates,ait, oppida & villæ ſubditæ aliis dominis, ſine licentia ſuperioris, pro eorum cauſis neceſſariis poſſunt collectas imponere, Lucas de Penna in l.2.C.de quibus muner,lib. 10. Mihi, inquit, videtur quòd unaquæque civitas impunè & abſq; ſuperioris permiſſu collectā imponere poſſit, Socinus junior conſil.98.nu. 23.docet,quòd habentes merum mixtumque Imperium cum omnimoda juriſdictione poſſunt collectas imponere. Hanc ſententiam Canoniſtæ quoque defendunt. Nam Felinus in c. 22. § ſinguli, extra de reſcriptis inquit: quando univerſitati imminet neceſſitas aliqua, poteſt ipſa univerſitas collectas imponere: & ibi Felinus complures alios hanc ſententiam tenentes adducit. Idem in c. cùm omnes,num.16.extra de conſtitutio. Si collegium vel univerſitas non habēt bona ex quibus ſatisfacere poſſunt pro debito,poſſunt imponere collectam ſingulis de univerſitate, & ad hoc cogi poſſunt per ſuperiorem. Idem in c.cum nobis,num.6.extra de præſcriptio.ſcribit: Jus imponendi collectas, non eſſe de reſervatis principis, quia per ſtatutum diſponi poteſt, quòd forenſibus imponatur collecta pro rebus quas habent in loco ſtatium. Panormitanus qui magnum eſt lumen juris

Digitized by Google

Canonici, Gode conſil. 33. num. 19. in c. fi
num. 6. de his quæ fiunt à maiori parte c
pituli, inquit: vbi obligata eſt univerſitas,
non habet vnde ſatisfaciat de bonis comm
nibus, tunc poteſt imponere collectam. Ide
in c. cum omnes, num. 6. de conſtitut. V
verſitas, ait, obligata & non ſolvendo e
ſtens, poteſt collectam imponere ſingulis, J
cobus Omphalius in lib. de officio & poteſ
te princip. c. 22. Facienda eſt, inquit, differen
inter vectigalia quæ ſunt propria Imperat
rũ ſive regum vel principum, & ea vectig
lia quæ cives ex ſtatutis civium civitati ſ
vunt. Nam ſicuti priora propriè & verè ſu
regalia: ita hæc poſteriora potius ſunt atq
habentur pacta quædam civium, quibus co
venit, ut certa quædam tanquam vectiga
ſive collectæ dentur, ex rerum commerci
quæ à civibus inferuntur, quò magis hac ta
quam contributione retineri ac fulciri quea
omnia civitatis præſidia. Deniq; Henning
Goden conſil. 2. numer. 9. Vectigalia, inqu
quæ ex ſtatutis civium ſolvunt cives civita
non ſunt regalia, ſed quoddam pactum
vium. Et huic ſententiæ quòd collectæ, q
ex communi civium conſenſu imponunt
non ſunt de regalibus, quodque ob id civi
collectas inſtituere poſſit, nihil obſtant q
ſup

ſuprà in contrarium adducta fuerunt. Nam 54
illa tunc procedunt, cùm extra neceſſitatis caſum civitas collectas inſtituit: tunc impoſitio collectæ eſt de regalibus, & civitas ſine principis conſenſu collectas imponere non poteſt: ſecus eſt cùm civitas neceſſitatis cauſa collectas imponit. Hoc caſu collectæ ad regalia non pertinent, & poſſunt imponi ac inſtitui collectæ à civitate abſque principis conſenſu, atque ita communiter DD. ſentiunt, Panormitanus conſil. 61. numer. 5. in 2. parte: Civitas, inquit, non poteſt ſuis civibus pro utilitate publica, collectam imponere ſine principis cõſenſu, pro neceſſitate autem imminente collectã imponere poteſt. Idem Panormitanus conſil. 13. num. 5. in 2. parte: Civitas pro republica ſine principis auctoritate, non indicit collectam: at pro neceſſitate propria civitatis, ut cùm debitum vel neceſſitas urgeat, poteſt collectam ſuis civibus imponere, imò cogitur hoc facere, Alexand. de Imo. in l. 4. numer. 13. de re judica. Aut imponitur, inquit, collecta pro neceſſitatibus villæ, & tunc ipſa villa poteſt ſibi ipſi collectam imponere; aut imponitur collecta pro donãdo principi, vel utilitate publica, & tunc villa non poteſt ſibi collectam imponere, ſed impoſitio collectæ ſpectat ad ſuperiorem,

Digitized by Google

& villa debet hoc facere cum licentia ſuperioris, Ruinus conſil. 116. numer. 13. in 4. volum. aut, inquit, collecta imponitur pro neceſſitate ipſius univerſitatis, & tunc ipſa univerſitas poteſt illam imponere & ſuper hoc ſtatutum facere: aut imponitur collecta pro utilitate publica, puta pro onere impoſito ab Imperatore, & tunc collecta imponi non poteſt per univerſitatem abſque licentia principis, ſed debet imponi ab ipſo principe: & hoc caſu eſt de reſervatis ipſius principis, & ideo non valet ſtatutum neque conſuetudo, niſi eſſet temporis immemorialis, Ferrarius Montanus lib. 6. feudorum c. 5. Quælibet reſpublica extraordinariam collationem publicæ neceſſitatis cauſa indicere atque exigere valet, qua ceſſante id facere jus non habet, Thomas Parpa in l. placet, num. 29. C. de SS. Eccleſ. Cùm quæritur, ait, de imponenda collecta, adhibenda eſt hujuſmodi diſtinctio: aut imponitur ob neceſſitatem, aut ob aliam cauſam. Primo caſu, poſſunt homines de univerſitate collectam imponere: ſecundo non poſſunt ſine licentia principis, Franciſcus Lucanus in tracta. de fiſco & ejus privilegiis in 3. parte principali, numero 3. quærit, an habens juriſdictionem in caſtro, poſſit collectam imponere, & ita diſtin-

guit:

guit: aut vult imponere pro republica,& poteſt: aut ad utilitatem privatam,& non poteſt niſi urgente neceſſitate. Poteſt igitur univerſitas non habens burſam communem, collectam imponere & burſam communem facere, Petrus de Ubaldis in tractatu de collectis, in prin. num. 1. Quæritur quis poſſit collectam imponere; Reſpondeo, aut imponitur propter publicam utilitatem, & non poteſt imponi ſine expreſſa licentia principis: aut imponitur propter neceſſitatem civitatis,& poſſunt ipſi cives imponere, Natta conſil. 105. numer. 5. Aut volumus dicere quòd villæ imponunt ſibi collectas pro neceſſitatibus occurrentibus,& poſſunt,aliàs non poſſunt, Ægidius Boſſius in tract. rerum crimina. ſub titulo de principe & privilegiis ejus: collectam, inquit, ſolus princeps poteſt imponere,& hoc quando eſt imponenda pro utilitate fiſci: ſecus ſi occurreret aliqua neceſſitas civitati vel municipio, quia civitas & municipium hoc caſu non ſolùm imponere poſſunt, verùm etiam coguntur imponere, ſi pecunia non ſit in communi, Gulielmus Magnerius in lege aliud eſt vendere,§ refertur,de regulis juris, quæſtio, inquit, eſt quis collectam imponere poſſit: Reſpondeo, ſi imponitur propter utilitatem civitatis, poſſunt illam

 cives

cives imponere: ſi imponatur propter publicam utilitatem, non poteſt collecta imponi ſine licentia principis, etſi civitas vellet imponere pro donando principi, quia tunc videtur eſſe de regalibus pertinentibus ad principem, Rebuffus in l. uni. C. de ſuperindicto, quærit an conſules poſſint imponere collectam, & ita diſtinguit: aut conſules volunt facere collectam propter neceſſitatem, ſine qua non poſſunt perficere ſuam adminiſtrationem, ut puta propter litem vel debitum exſolvendum, & tunc poſſunt: aut volunt facere collectam propter ludos, vel pro novo adventu principis. & hoc non poſſunt, Johan. Mauritius in l. uni. pag. 269. verſicu. nunc exquirendum, C. de mulieribus, in quo loco mune. ſexui congruent. agnoſc. Nunc exquirendum eſt, inquit, à quibus collecta poſſit indici, & hac in re ita diſtinguendum eſt: ſi ob civitatis imponatur neceſſitatem, planè hoc civibus eſt permiſſum: quòd ſi publicæ utilitatis acceſſerit ratio, tunc neceſſarius omninò eſt principis conſenſus, & poſtea hanc quæſtionem his formalibus verbis concludit: communiter hæc ſententia inolevit, ut civitatis accedente neceſſitate, civitas collectam legitimo jure imponere valeat, in eamq; ſententiā me ſequēs inducit ratio, quòd etiam iis

qui

Digitized by Google

qui principe inferiores ſunt, ſtatutaria editio-ne liceat non ſolum ſuos collecta afficere, ſed etiam forenſes rerum ſuarum occaſione aggravare. Nicolaus Feſtaſius de æſtimo & collectis: Pro neceſſitate, inquit, propriæ terræ vel loci, ut ſi debita vel neceſſitas alia urgeat, civibus incolisque ſuis collectas indicere poteſt quælibet civitas vel univerſitas. At civitas pro utilitate reipublicæ collectas imponere non poteſt, Chaſſanæus in comment. ad cõſuetudin. Burgund. § 4. num. 47. ubi inquit, imponitur collecta ex cauſa legitima, puta propter debitum univerſitatis, poteſt ipſa univerſitas ſibi collectam imponere: ubi ex cauſa voluntaria, ut quia civitas vult de novo facere domum, non poteſt, Hieronym. Schurff. conſil. 59. num. 2. in 1. centur. Quod dicitur ſolum principem collectam imponere poſſe, verum eſt pro publica utilitate Imperii, ſed pro neceſſitate civitatis, poteſt ipſa quoque civitas imponere & cogitur imponere. Facultas Ingolſtadienſis in reſponſis ſive conſiliis editis, tomo 1. cõſil. 1. num. 43. ſi imponitur collecta ex cauſa legitima, puta propter debitum univerſitatis, tunc ipſa civitas poteſt ſibi imponere collectam: ſi imponitur ex cauſa voluntaria, puta quia civitas vult de novo facere domum, tunc civitas

 non

non poteſt collectam imponere civibus. Denique univerſitas Lipſenſis in jam dictis reſponſis tomo 1. conſil. 37. numer. 18. cum aliquot ſequent. Occurrente neceſſitate, civitas ac municipium poteſt collectam imponere, & additur ibi non obſtare, l. unicam, C. de ſuperindicto, libr. 10. quæ videtur velle, quòd nemo poſſit collectas imponere, niſi Imperator, aut niſi fiat cum cõſenſu Imperatoris ſive principis; quia ille textus intelligitur de collectis imponendis in toto Imperio, & pro neceſſitates ſeu utilitate publica totius Imperii, ſed pro neceſſitate unius provinciæ vel civitatis, poteſt etiam ipſa civitas imponere. Et hæc de collectis aliquantò plenius attingere volui, quia quotidiana ſunt, l.
55 legavi, de liberatio. lega. Septimò inter regalia referuntur monetæ, hoc eſt, quemadmodum interpretes hic exponunt, jus cudendæ monetæ & formandæ. Et ideo abominabile eſt, quòd multæ civitates regalia non habentes, monetam maximè auream cudunt, ut Zaſius in epitome de feudis loquitur. A monetis dicuntur monetarii, qui monetam cudunt, Græcè χαράκται tot. tit. de murilegulis & monetariis libr. 11. & falſum eſt quod Alciatus ibi notavit, monetarios non eſſe, qui monetam cudunt, Cujacius in l. 13. C. eodem.

Ac

Ac monetarii, qui falſam monetam cudunt, 56
flammarũ exuſtionibus mancipãtur, l. 2. Cod. de falſa moneta, domo in qua fabricata eſt moneta, confiſcata, l. 1. C. de falſa moneta, Baldus in d. l. 2. C. eodem, niſi fortè domus fuerit viduæ alicuius, quæ ignoraſſet monetam falſam ibi cudi, vel etiam impuberis, dicta lege 1. § viduas, & § impuberes, C. de falſa moneta. Et expendentes falſam monetam tenentur
pœna legis Corneliæ de falſis, quæ in libero 57
homine eſt deportatio & omnium bonorum publicatio: in ſervo ultimum ſupplicium, l. 1. cum ibi traditis, ad l. Corneliam de falſis, Iohannes Saiſon in conſuetud. Turonen. titulo 36. articulo 1. Sed inquiramus hic breviter, moneta mutata, utrum ad creditorem vel debitorem commodum & incommodum mutationis pertineat. Et quidem paucis ita dicendum eſt: aut bonitas extrinſeca monetæ mutata eſt, aut eſt mutata bonitas intrinſeca. Pri-
ori caſu quando bonitas extrinſeca eſt muta- 58
ta, hoc eſt, quando valor monetæ vel auctus vel diminutus eſt, inſpicimus tempus ſolutionis, non tempus contractus, & ob id commodum & incommodum eſt creditoris, l. gl. in c. quis ignorat, in verbo noſtro, 32. quæſtio. 4 Hoſtienſis in c. quanto, colum 2. in fin. ver-

 ſic.

ſic. quid ergo, de iureiurando, Bartolus in l. Paul9, col.1. in fin. verſ. quæro quid ſi moneta, de ſolutio. Bald in l. res in dotẽ, de iure dotiũ, Andreas de Iſernia in c. vni. in verbo monetæ & ibi Matthæus de Afflictis num. 11. quæ ſint regalia, And. Geill ICtus inſignis in pract. obſervatio. lib. 2. obſervation 73. num. 9. Et hæc eſt communis Dd. ſententia, quemadmodum prolixè traditum eſt à Boerio in deciſionibus aureis, deciſi. 327. num. 3. 4. 9. & 13. & Antonio Gabriel. Romano. lib. 3. concluſ. titulo. de ſolutio. & liberatio. concluſ. 2. num. 1. quæ tamen Azoni non placuit, qui tradidit tempus contractus inſpici debere, & ideo ſecundum eum valore mutato, tenetur debitor ad æſtimationem, quæ fuit tempore contractus. Et hanc Azonis ſententiam complures alii probarunt, Boerius d. deciſ. 327. numer. 8. Anton. Gabr. Roman. d. concluſ. 2. num. 2. Johan. Saiſon in conſuetudinibus Turonen. titulo 36. articul. 1. & ſecundum eam Vitebergenſes & Lipſenſes pronunciant, ut videre licet in conſtitutionibus Auguſti Electoris, parte 2. conſtitutio. 28. ibi dicitur, da der valor vnnd der Werdt / vnd alſo bonitas extrinſeca verendert / dadurch die Müntze geſteigert oder fellet / oder gantz abkommet / ſol der Werdt / wie er zur zeit des contracts geweſen / bezalt vnd erlegt werden.

Sed

Sed hæc Auguſti conſtitutio localis eſt,& extra ditionem Auguſti, prior opinio cõmuniter approbata tenetur,quæ tamen non proce- 59
dit, quando dictum fuit, ut Joachimici redderentur ſub eadem æſtimatione: tunc enim non ſolutionis tempus, ſed contractus attenditur, Bartolus in dicta lege, Paulus, in fin. verſic. ſed quid ſi fuit dictum, de ſolutio. Faber in inſtitut. quibus modis tollitur obligatio, in princ. verſicu. quid ergo ſi mecum, Bartolus in l. ſed addes, § ſi dominus, & ibi Paulus de Caſtro, locati. Anton. Gabr. Roman. d. concluſ. 2. numer. 8. verſ. primò limita. Sic ſi 60
dictum fuerit, Joachimicum datum fuiſſe ad talem æſtimationem, tempus contractus inſpicimus, & Joachimici ſub eadem æſtimatione reddendi erunt, quamvis id nominatim expreſſum non fuerit, Boerius d. deciſio. 327. num. 10. Baldus conſil. 313. verſic. prædicta vera, in 5. volum. Tiraquel. de utroq; retractu, § 1. gl. 18. nu. 28. verſi. 4. quæro, Anton. Gabr. Roman. d. conclu. 2. num. 12. verſic. tertiò ampliat. Hoc amplius ſi debitor in mora 61
fuerit, & juſto tempore pecuniam non ſolverit, monetæ diminutio ipſius debitoris damno cedit, Antonius de Butrio in d. c. quanto, colum. 4. verſic. ultimus caſus, & ibi abbas colu. 5. verſic. item ſcias procedere, extra de ju-

reju-

Digitized by Google

reiurando. Bartol. in d. l. Paulus, column. 2. verſic. ſecundo modo, de ſolutio. Andreas Geill d. obſervatio. 73. nu. 9. ibi non fuit in mora, Anton. Grabriel. Roman. libr. 3. conclu. titu. de ſolutio. concluſio. 3. Et tantum de priori caſu, quando bonitas monetæ extrinſe-
62 ca mutatur. Poſteriori caſu, quando intrinſeca bonitas monetæ mutata eſt, hoc eſt, quando materia & forma monetæ eſt mutata, Wenn Schrot vnnd Korn an der Müntz verendert/ doctores vnanimi ferè conſenſu tradunt, inſpici debere tempus contractus non ſolutionis. Et ideo debitor vel antiquam monetam ſi extat, præſtare debet, vel ſi non reperiatur amplius tempore ſolutionis, debet ſolutionem facere in alia uſu recepta moneta, ad valorem tamen & æſtimationem intrinſecam prioris monetæ. Hoſtienſis in d. c. quanto, column. 2. verſicu. quid ergo ſi mercator, de iureiurando, & ibi Abbas colum. 5. verſicu. venio ad ſecundum caſum, qui dicit ita communiter ſentire Legiſtas & Canoniſtas, quod etiam affirmat Boerius d. deciſio. 327. num. 13. & Matthæus de Afflictis in. c. vni. in verbo, monetæ, nume. 10. Anton. Gabr. Roman. libr. 3. concluſio. titu. de ſolutio. concluſio. Hieronym. Cagno. in l. cum quid, num. 91. cum ſequentibus, ſi certum petatur.

Nova

Nova enim moneta ſuccedit in locum prioris, & ideo ſortitur eius naturam, & ſic per conſequens fit ſolutio ſecundum bonitatem intrinſecam, quæ fuit tempore contractus. Et quamvis regulariter aliud pro alio, invito 63
creditori ſolvi non poſſit, l. 2. § mutui datio, ſi certum petetur: tamen regula illa non procedit quando ſpecies debita amplius non reperitur; quo caſu æſtimatio rectè ſolvitur, l. non dubium, de legat. 3. Bartolus in d. l. 2. § mutui datio, numer. 21. Iaſon ibidem, nume. 8. ſi certum petetur, Andreas Geill in practic. obſervatio. libr. 2. d. obſervatio. 73. nu. 8. Et ſecundum hanc ſententiam Lipſenſes & Vitebergenſes pronunciant, conſtitutio electoris Auguſti 28. in 2. par. ibi dicitur: Wenn Schrot vnd Korn/vnd alſo bonitas intrinſeca, an der Müntz verendert/ ſo ſoll die bezahlung derer Müntz/die tempore contractus ganghafftig geweſen/ oder da man die nicht haben kan/ nach derſelben werdt vnnd æſtimation geſchehen. Eandem ſententiam ſecuti ſunt aſſeſſores ſupremæ curiæ, Mynſinge. in 4. cent. obſerv. 1. Octavò regalibus annumerantur multa- 64
rum pœnarumq; compendia. Mulcta ex ſententia quorundam Grammaticorum dicitur à mulcendo per antiphraſin. Alciatus in aliud eſt fraus, de verbo ſign. ſicuti miles per antiphraſin

tiphraſin dicitur à mollitie, hoc eſt, duritie, l.
1. de teſtam. milit. vel dicitur a mulcendo, quia
mulcet, lenit & mitigat rebelles, Rebuff. in l.
aliud eſt fraus, de verb. ſign. Bald. in c. cùm ec-
cleſ. extra de electio. mulctam à mulgendo
deducit, quia mulget, id eſt, ſanguinem & bo-
na trahit: & hanc etymologiam Rebuffus
probat in d. l. aliud eſt fraus, de verbo. ſignifi-
catio. Sed nos rectius dicemus mulctas inde
nomen habere, quòd ſingulæ indicerentur.
Olim enim unum, dicebant multa. Hinc in ff.
Florentinis multa perpetuò ſcribitur, non
mulcta. Pœna dicitur a puniendo, vel à po-
nendo, Varro libr. 4. de lingua Latina, Iſido-
rus lib. 5. etymologia. tit. de pœnis. Et quam-
vis Labeo JCtus inter multam & pœnam ni-
hil intereſſe putaverit: tamen in eo à Paulo
& aliis JCtis reprehenſus fuit, l. ſi qua pœna,
65 de verbo ſignificatio. Ac in multis, multæ à
pœnis differunt. Primum multa ſpecies eſt,
pœna genus, & omnis multa pœna, ſed non
contrà, l. aliud eſt fraus, § inter, de verbo. ſigni-
ficatione. Hinc Cicero in 3. de legibus multã,
pœnam appellat his verbis: Cùm magiſtra-
tus judicaſsit irrogaſsitve per populum, mul-
tæ pœnæ certatio eſto: quibus ex verbis non-
nulli colligunt, multam conciſo verbo dici,
& ſubintelligi pœnam, ſicuti uxorem ducere
con-

conciſè dicimus, pro uxorem domum ducere, Briſſonius lib. 1. antiquitatum, cap. 18. Sed illud probandum non eſt, ac Cicero hoc vult ſignificare; pœnæ nomen latius patere quàm multæ. Deinde in eo differunt, quòd multa olim erat ovium & boum ex lege Aternia, Gellius libro 11. cap. 1. Et legibus cautum fuit, ne bovem, prius quàm ovem nominaret, qui indiceret multam, ut Plinius loquitur libr. 18. cap. 3. Briſſonius lib. 1. antiquitatum, c. 3. quia putarunt veteres humanius eſſe, ut parva multa, nempe ovis, prius imponeretur, deinde creſcente malitia, creſceret multa, Rebuffus in l. aliud eſt fraus, de verborum ſignificatione: Hodie multa etiam eſt pecuniaria, dicta l. aliud eſt fraus, de verbor. ſignificat. Idq; ut rectius intelligatur, JCti quandoq; dicunt multam pecuniariam, l. 1. de termino moto, l. deſertorem. § 1. de re militari, l. fin. Codice, de epiſcopis & clericis & pecunia multare, leg. in teſtamento, de conditionib. & demonſtrationib. & multa multare, l. 1. in fi. de aleto. At pœna non tantum pecuniaria, verũ etiam capitis & exiſtimationis irrogari ſolet, dicta lege, aliud eſt fraus. Tertiò differunt quòd multa eſt arbitraria, hoc eſt, venit ex arbitrio ejus qui multam dicit, dicta lege; aliud eſt fraus, niſi fortè legibus fuerit conſtitutum, quan-
tam

tam multam judex debeat imponere, lege, ſi qua pœna eſt, § fina.de verborum ſignificatio.ut in l. 1. de ſervis fugitivis. Tunc præcisè eam ſequi judex tenetur: aliâs pro ſuo arbitrio multam imponit, ita tamen, ut modum legibus definitum non excedat. Eſt enim certus modus multarum, quem judices excedere non poſſunt, ſed intra eum modum multant pro ſuo arbitrio l. certa, Cod. quando provocare non eſt neceſſe & modus multarum præſcribitur in l. fina. Cod.de modo multa. Pœna omnis, certa & legibus conſtituta eſt: ut pœna furti eſt duplum, vel quadruplum pro ratione ſpecierum furti manifeſti & nec manifeſti, quemadmodum Iuſtinianus docet in.titul.de obligation.quæ ex de licto naſcuntur in inſtitut.itaque eam pœnam iudex augere vel minuere non poteſt.Et ut Papinianus loquitur, facti quæſtio in arbitrio eſt iudicantis, pœnæ verò perſecutio eius voluntati non mandatur, ſed legis autoritati reſervatur, l. 1. § 1. ad Turpill. Et hoc verum eſt, quando agitur iure ordinario: ſecus eſt ſi agatur iure extraordinario. Ac hodie, quod notandum eſt, omnia judicia ſunt extraordinaria, & idcircò hodie pœna legum non durat, ſed arbitraria eſt, eàque eſt ſententia, l. hodie, de pœnis, in qua Vlpianus ICtus ita ait: hodie, licet ei qui

extra

extra ordinem cognoſcit de crimine, quam vult ſententiam ferre, vel graviorem vel leviorem, ita tamen ut in utroque modo rationem non excedat. Auguſti. in 50. epiſtola ad Bonifacium virum militarem: audire, inquit, ſoleo in iudicis eſſe poteſtate, molliri ſententiam, & mitius vindicare quàm leges. Graviorem autem ſententiam poteſt ferre iudex ob delictorum frequentiam, l. aut facta, § fin. de pœnis, aut delicti atrocitatem. l. quidam, de pœnis, l. presbyteri, C. de epiſco. & clericis, leviorem, ob ætatem delinquentis, l. auxilium, § in delictis, de minor. l. ferè in omnibus, de regu. iuris, l. 3. de termi. moto: aut dignitatem perſonæ, l. aut facta, § perſona. de pœnis: aut publicam utilitatem, l. ad beſtias, de pœnis: aut caſum fortuitum, l. 1. de incend. ruina, naufra, l. reſpiciendum, de pœnis: aut ſi delictum ante plurimos annos fuerit perpetratum, l. ſi diutino, de pœnis, Rebuffus in d. l. aliud eſt fraus, de verbor. ſignificat. Quarta differentia eſt, quòd multæ provocatio eſt, d. l. ſi qua pœna, & l. & in multis C. de appellati. hoc eſt, à multa appellari poteſt. Judex contumacibus multā dicit vel capitis pignoribus vel vinculis, l. ſacrilegi, § ultim. ad l. Juliā peculatus, Cic. in 3. de legib. Magiſtratus nec obedientem & noxiū civem,

multa, vinculis, verberibuſq; coerceto. Et ſi judex contumacem graviter multet, à multa appellari poteſt, d. l. & in multis. Pœnæ provocatio non eſt, quia legis provocatio non eſt, ut qui fur eſt, quiq; id non inficiatur, vel furti convictus eſt, de pœna dupli vel quadrupli non appellat, quia de legis iniquitate appellaret, d. l. ſi qua pœna, Cæterum cùm, ut ſuprà dictum eſt, pœna hodie ſit arbitraria, de ea quoque rectè appellabitur. Quintò in eo differunt, quòd multam is tantum dicere poteſt, cui judicatio data eſt, d. l. aliud eſt fraus, § fina. Ita in ff. Florentinis legitur, & extat hoc verbũ in ff. Florentinis etiam in l. 2. in fin. finium regund. in vulgatis codicibus in l. in furti actione, in princip. de furtis, legitur, judicatio facienda eſt, ſed ibi in ff. Florentinis eſt, condemnatio facienda eſt. Sic in l. qui cum uno, § non omnis, de re militari, in vulgatis libris, & etiam in ff. Florentinis, judicationis verbum reperitur: ſed locus ille eſt corruptiſſimus, ibi Ictus docet, quòd qui litem cum aliquo habuit, & nomen militiæ dedit eo animo, ut obtentu militiæ pretioſiorem ſe adverſario faceret, exauctorari debeat: & poſtea ſubjicit: nec tamen facilè indulgendum eſt extra ordinem judicationis qui negotiũ antè habuerunt: quæ ſanè verba ſunt obſcura, &

nul-

nullum habent ſenſum: ſed ibi ita legendum videtur: non tamen facilè indulgendum eſt exauctorationem iis, qui negotium antè habuerunt, hoc eſt, non facilè remittenda eſt, exauctoratio iis qui litem antea habuerunt, ſed ſi tranſegerunt, tunc remittenda eſt. Ait Juriſconſultus, indulgendum eſt exauctorationem, & ita Juriſconſulti ſæpius loquuntur, ut Juliani ſententiam ſequendum eſt, l. in bello, § factæ, de capti. & poſtlim. reverſis. Item denegandum eſt exceptionem in l. 19. in fine, de novation. & ita utrobique in ff. Florentinis ſcriptum eſt. Multam itaque is tantum dicit, cui judicatio data eſt, hoc eſt, cui publicè judicium eſt, ut loquitur Juriſconſultus in l. 2. § final. de judiciis, vel qui publicè judicium exercet, ut dicitur in l. 10. ad legem Juliam de vi publica. Publicè exercent judicium omnes magiſtratus urbani, ut conſules, prætores, cenſores: hi ergo multam dicere poſſunt. Olim quidem ſolis conſulibus jus fuit dicendæ multæ, ſed poſtea lex Attilia jus dicendæ multæ omnibus magiſtratibus urbanis dedit, Dionyſius Halicarnaſſæ. libr. 10. Sic Præſides in provinciis publicè judicium exercent, & ideo multam dicere poſſunt, dicta l. aliud eſt fraus. Procurator Cæſaris publicè judicium non exercet, ſed inter certas tantum

Digitized by Google

perſonas, ut inter fiſcum & privatum, & ob id jus dicendæ multæ non habet, l. 2. C. de modo multarum. Sic procurator reipublicæ publicæ judex non eſt, & ideo multam non dicit, l. 3. C. de modo multa. Pœnam unuſquiſque privatus irrogare poteſt, cui hujus criminis ſive delicti executio competit, dicta l. aliud eſt fraus, in fine, de verborum ſignificatio. Ait hujus criminis ſive delicti. Crimen eſt publicum: delictum, privatum. Sic Græci inter crimina & delicta differentiam conſtituunt: crimina ἐγκλήματα: delicta ἁμαρτήματα vocant. Sextò, multa nondum impoſita vel declarata præſcribitur anno: & ideo ſi præceptum quid fuerit ſub certa pœna, & præcepto non fuerit paritum, poſt annum multa declarari non poteſt, l. uni. & ibi Dd. ſi quis jus dicenti non obtemperaverit, Guido Papa in deciſionib. quæſtione 359. Rebuffus in l. aliud eſt fraus, de verborũ ſignificatione: ſecus eſt in pœna. Deniq; multa non infamat, l. 1. & ibi gl. C. de modo multa, niſi quis multa multatus fuerit pro famoſo crimine, ut pro furto, injuria, & ſimilibus, l. & ſi ſeverior, Cod. de his qui notantur infam. Et judex non poteſt facere quin talem damnatum infamia ſequatur, l. non poteſt, de furtis. Et ideo non valet ſententia judicum, in qua honoris fit

reſer-

reſervatio, aut dicitur ſine tota infamiæ, d. l. non poteſt, de furtis, Rebuffus in d. l. aliud eſt fraus, de verbor. ſignificatio. Stylus tamen judiciorum hujuſmodi ſententiam admittit, doctiſſimus And. Geill libr. 1. pract. obſervationum, obſervat. 65. circa finem. Multarum ergo & pœnarum compendia, hoc eſt, utilitates ſunt de regalibus. Et ſic Valentinianus, Theodoſius & Arcadius reſcripſerunt: multarum ſevera compendia ærario noſtro protinus eſſe quærenda, nullus ignoret, in l. penult. C. de modo multa. Illud ad ex- 66
tremum notandum eſt, quòd à pœna quælibet cauſa ſive juſta ſive injuſta excuſat, l. igitur, de libera. cauſa. glo. in l. plagii, C. ad l. Fabiam de plagiariis, & illam glo. Johan. de Amicis in conſil. 84. num. 5. dicit communiter eſſe approbatā, quod etiam affirmat Boerius in deciſ. aureis, deciſio. 168. nu. 11. Socinus junior cōſil. 45. nu. 16. lib. 1. Et hanc communem eſſe regulam affirmat Decius conſil. 170. poſt num. 2. verſicu. ultimò non obſtat. Tiraquel. de pœnis, cauſa 43. nu. 1. 2. & ſequent. Anton. Gabr. Roman. libr. 7. concluſio. titu. de maleficiis, concluſio. 8. Sic quælibet cauſa ſive juſta ſive injuſta excuſat à multa, gl. in l. 1. in fin. ſi quis jus dicenti non obtemperave. & ibi Bartolus & Baldus, Angel. & Fulgoſius in l. ex

Digitized by Google

conſenſu, § final. de appellatio. Baldus in l. deberi, de fideicommiſ. liberta. Antonius Gabr. Roman. loco ſuprà proximè dicto, nume. 13. Cæterùm probari oportet per probabiles vehementesq́; conjecturas, quem fuiſſe motum ex illa cauſa quæ producitur: nec enim præſumitur quòd talis cauſa injuſta moverit delinquentem, ſed potius dolus & animus delinquendi, Alexand. conſil. 103. colum. penult. lib. 1. Curtius ſenior conſil. 55. colum. 6. Decius in l. quod te, in ultim. lectura, ſi certum petetur, Cagnolus in d. l. quod te, num. 45. Ti-
67 raquell. de pœnis, d. cauſa 43. nu. 9. Nonò inter regalia numerantur bona vacantia. Bona autẽ vacantia ſunt bona ἀκληρονόμητα, hoc eſt, eorum bona quib9 poſt mortem nullus heres exiſtit, quæ ex l. Julia ad fiſcum pertinent, l. quidam, § quoties, de legat. 1. Ex lege inquam Julia Caducaria, Ulpianus in fragment. titu. 28. Et ſi in diverſis diſtrictibus bona ſint ſita, quilibet dominus bona, in ſuo territorio ſita, occupat, quia bona vacantia immobilia, territorio, in quo jacent, cohærent, & territorium reſpiciunt, ut meritò dominus, cujus eſt territorium, bona illa habeat, Zaſius conſil. 17. libro 2. Ac de bonis vacantibus eſt titulus in Cod. de bonis vacantibus libro 10. ſub quo etiam de incorpora-

tione

tione bonorum vacantium agitur, ut inſcri-
ptio indicat, de bonis vacantibus & de incor-
poratione. Incorporare autem eſt bona va- 68
cantia & quæcunque alia ad fiſcum pertinen-
tia, quaſi in corpus fiſci redigere, quod fiebat
ſolemniter, bonis omnibus ſumma cura de-
ſcriptis, & titulis publicè affixis l. ſi quis intra,
Cod. de bonis proſcripto. Imperatores in l.
ſi quando, Cod. eodem, pro incorporare,
dixerunt rei ſuæ addere. Illi autem qui bona 69
vacantia & quæcunque alia ad fiſcum perti-
nentia, fiſco denunciant, delatores dicun-
tur, toto titulo, Cod. de delatoribus, libro
10. qui ſi probaverint quæ intendunt, præ-
mio afficiuntur, quod ex lege Papia, dimi-
dium erat bonorum illatorum. Sed poſtea 70
Nero, præmia ingentia legis Papiæ, ut dela-
torum licentiam comprimeret, ad quartas re-
degit, Suetonius in Nerone c. 10. & inde de-
latores, quadruplatores dicti ſunt, quòd quar-
tam partem de bonis eorum, quos detule-
rant, conſequerentur; Alexander ab Alexan-
dro libr. 4. genia. dierum c. 22. Menochius
de arbitrariis judicum quæſtio. centuria 2. ca-
ſu 198. Cujacius in l. 2. C. de delator. lib. 10. Has
quartas Paulus Juriſconſultus vulgare præ-
mium appellat in l. edicto, § extat, de jure fi-
ſci. Extat inquit Hadriani epiſtola, ut ſi

Digitized by Google

is qui ſe deferre poterat, morte præventus fuerit, heres ejus ſi detulerit, præmium conſequatur, ſi tamen, inquit, liquebit defunctum ejus animi fuiſſe, ut ſe vellet deferre, ſi verò idcircò diſſimulaverit, dum rem occultari ſperat, heredem ejus vultra vulgare præ-
71 mium nihil conſecuturum. Ut hæc verba intelligantur, monendum eſt, quòd is qui ſeipſum defert, ex edicto Trajani, pro præmio dimidiam partem conſequitur, dicta l. edicto, de jure fiſci. Quòd ſi is qui ſe deferre volebat, morte præventus fuerit, heres nihilominus præmium conſequitur, hoc eſt, dimidiam partem accipit, ſi tamen liquebit defunctum ejus animi fuiſſe, ut ſe vellet deferre, aliàs heres vulgare præmium tantum conſequitur, hoc eſt, quartam partem. Quarta fuit poſtea mutata in octavam partem, ſi Conſtantino Harmenopulo credimus in 1. epito. titulo quinto. Verba Harmenopuli ita habent: μηνυτὴς λέγεται ὁ ἀρχηγὸς καὶ αἴτιος γνωρισμοῦ τινὸς ὑποθέσεως ἢ πράγματος, ἀγνοουμένου μὲν πρότερον, μηνυομένου δὲ ὕστερον παρ' αὐτοῦ. οἱ μηνυταὶ ἐὰν διελέγξωσι τὰ μηνυθέντα, τὴν ὀγδόην μοῖραν τῶν προσαγγελθέντων λαμβάνουσιν· τὰς καταμηνύσας καὶ μὴ ἀποδείξας, διὰ τοῦ ἄρχοντος σιδήρῳ κολάζεσθαι,

ζεσθος, hoc eſt, delator dicitur qui dux & auctor rei alicujus aut facti cognoſcendi, quæ quidem cùm prius ignoraretur, poſtea ab ipſo indicatur. Delatores, ſi à ſe delata convicerint, octavam eorum quæ denunciârunt partem auferant. Omnis delator qui non probârit, per præſidem ferro puniatur. Imperatores, delatores, execrabiles nuncios 72
appellant, in l. ex varia, C. eodem. Plinius in Panegyrico quaſi graſſatores & quaſi latrones rectiſſimè, cùm nihil ſit in rebuſpublicis tam peſtiferum & exitiale quàm delator, vel ſycophanta curioſus. Unde multi ex Imperatoribus, delatores non modò contempſerunt, ſed etiam pœnis affecerunt: ut Titius Veſpaſianus delatores in foro flagellis ac fuſtibus cæſos, ac noviſſimè traductos per amphitheatri arenam, partim ſubjici in ſervos ac venire imperavit, partim in aſperrimas inſularum avehi. Tranquillus in Tito c. 8. Sic Antoninus Pius delatores, ſi nō probarent, capitali pœna affecit, ſi probarent, oblato præmio dimiſit infames. Opilius item Macrinus, delatores undique conquiſitos, pœnis multavit. Tiberius tamen delatores, cuſtodes legum vocavit: & Conſtantinus & alii illos foverunt, Alexand. ab Alexandro d. lib. 4. genia, die. c. 22. Budæus in leg. ab accuſatione,

ad SCtum Turpillia. Briſſonius lib. 3. antiqui-
73 ta. c. 17. Decimò, inter regalia numerantur bona, quæ ab indignis, legibus auferuntur, niſi quæ ſpecialiter quibuſdam conceduntur. Hujuſmodi bona Ulpianus in fragment. titu. 19: de dominiis & acquiſitio. rerum ereptitia appellat, & Paulus ea eripi & ad fiſcum transferri ſcribit, in l. pen. § ult. de jure fiſci: Cajus etiam bona caduca nominat, l. cum fiſco, de SCto Syllaniano, quemadmodum & Paulus in l. 2. ſi quis alium teſtari prohibuerit, ſed
74 hoc fit abuſivè & impropriè. Ereptitia namque multum à caducis diſtant. Caduca ſunt, quæ mortuo teſtatore, antequam deferantur his quibus relicta ſunt, deficiunt: ut ſi heres vel legatarius ante apertas tabulas deceſſerit, vel aliàs incapax factus fuerit, hereditas vel legatum dicitur eſſe caducum. Dixi, mortuo teſtatore, propterea quòd quæ vivo teſtatore deficiunt, non caduca appellantur, ſed in cauſa caduci eſſe dicuntur: ut ſi legatarius vivo teſtatore decedat, aut conditione excludatur, legatum dicitur eſſe in cauſa caduci. At ereptitia ſunt, quæ jam delata ſunt & acquiſita, ſed poſtea rurſus ut indignis eripiuntur & auferuntur. Hinc in l. 2. de his, quæ ut indignis, ſcriptum eſt, quod ex teſtamento acquiſitum eſt, retineri non poſ-

ſe, hoc

ſe, hoc eſt, eripi rurſus à fiſco. Ac caduca olim, ſicuti & ea, quæ in cauſa caduci ſunt, fiſco vindicabantur ex l. Julia & Papia, Ulpian. in fragment. titul. 17. de caducis. Hodie ex Juſtiniani Imperatoris conſtitutione, caduca & quæ in cauſa caduci ſunt, fiſco non vindicantur, ſed apud heredem remanent, cum onere tamen iis adſcripto, l. unic. C. de caducis tollendis. At ereptitia, ſive quæ ut indignis auferuntur, non ſunt ſublata, illa etiam hodie durant & ad fiſcum pertinent. Idcircò Juſtinianus in digeſtis noſtris reliquit titulum de his, quæ ut indignis auferuntur: de caducis nullum titulum reliquit, de quibus tamen Juriſconſulti veteres uberrimè & latiſſimè diſputârunt, & pro titulo de caducis poſuit titulum de regula Catoniana, quæ pugnat cum caducis, & ad novas leges non pertinet, ut dicitur in l. ult. de reg. Caton. hoc eſt, non pertinet ad leges caducarias, Juliam & Papiam, Cujacius in paratitlis. Auferuntur vera bona ut indignis, multis de cauſis, ex quibus nonnullas hic referemus. Qui officium in a- 7
liqua provincia adminiſtrat, inde oriundam vel ibi domicilium habentem, uxorē ducere non poteſt, l. ſi quis officium, de ritu nuptia. Hoc enim inter cætera Imperator miſſis in provinciam, ut ibi officium aliquod gerant,

rant, mandaſſe videtur, ne ex ea provincia uxorem ducant, quamdiu officium in ea gerunt, l. 2. § 1. de his quæ ut indignis: idque ideo, ne præſides vel alii provinciarum rectores per vim & impreſſionem quid faciant, & puellas invitas abducant. Ac ratio potentatus nuptias prohibet, l. præfectus, de ritu nuptia. ſi quis tamen contra mandata duxerit uxorem ex ea provincia, in qua officium aliquod gerit, quod ei teſtamento uxoris relictum eſt, quodq; ex teſtamento ei acquiſitum eſt, retinere non poteſt, ſed hereditas ei quaſi indigno aufertur & fiſco applicatur, d. l. 2. de his quæ ut indign. Sic tutor pupillam ſuam uxorem ducere non poteſt, idcirco ne pupillæ in re familiari circumſcribantur ab his, qui rationes eis geſtæ tutelę reddere compelluntur, l. libertum, de ritu nuptia. ſi tamen tutor pupillam ſuam uxorem duxerit, quod ei teſtamento uxoris relictum fuerit, fiſcus quaſi indigno aufert, d. l. 2. de his quæ ut indign. In illa lege ſignificat Juriſconſultus, non idem eſſe è contrario, ſi præſes provinciæ mulieri, quam in provincia durante officio duxerat, alquid teſtamento reliquerit, vel etiam tutor teſtamento reliquerit aliquid pupillæ: hoc mulieri non eripitur, nec mulier quaſi indigna ab eo quod ipſi relictum eſt, repellitur.

Non

Non obſtat lex uxori, de uſu & uſufructu per legatum: nam lex 2. de his quæ ut indignis, loquitur de muliere quæ errans provinciali nupſit, vel decepta fuit; ea retinet, quod ſibi teſtamento præſidis relictum eſt; ejus etiam dos non ſit caduca, l. præfectus, de ritu nuptia. At d. l. uxori, accipienda eſt de muliere, quæ ſciens prudensque ſua ſponte ei viro ſe adjunxit; cui nubere non poterat: hæc dotem amittit & alia quæ maritus ei prælegaverat. Similiter non obſtat lex cùm hic ſtatus, § fin. de donatio. inter virum & uxorem, etenim lex illa generaliter loquitur de illicitis nuptiis & ſponſalibus, & ſpecialiter etiam ſenatoris, qui duxit libertinam: & tutoris, qui duxit pupillam ſuam, mentionem facit. Cæterùm quod ait JCtus, donata fiſco vindicari, in omnibus aliis perſonis procedit, in tutore verò & pupilla locum non habet. Porrò hereditas quaſi indigno aufertur ei qui id egit, ut per negligentiam & culpam ſuam teſtator interiret, l. 3. de his quæ ut indign. & hæc quidem juſtiſſima eſt indignitatis ratio; ut non admittatur ad hæreditatem, qui infirmum neglexit. Neglexiſſe dicitur, qui infirmo teſtatori medicum non adhibuit. Sic qui defuncti teſtamentum falſum vel inofficioſum accuſavit, nec obtinuit, ab eo quod ſibi

ſibi in teſtamento relictum eſt, tanquam indignus repellitur, & id fiſco vindicatur, ſi modò uſq; ad ſententiam in lite improba perſeveraverit: ſi ante ſententiam deſtitit vel deceſſit, ei quod datum eſt, nõ aufertur, quemadmodũ Ulpianus docet in l. Papinianus, § meminiſſe, de inoffic. teſta. & Paulus in l. edicto,
76 § pen. de jure fiſc. Cæterùm hic diſcrimen obſervandum eſt inter eum, qui falſum dixit teſtamentum, & eum qui dixit inofficioſum, hic ab omni eo, quod in teſtamento ipſi datum eſt, repellitur, ſi non obtinuit: ille qui unum heredem per falſum adſcriptũ accuſavit, nec obtinuit, repellitur quidem à legato, quod ei relictum eſt ab herede, quem inquietavit, ſed tamen legatum ab herede relictum, quem non inquietavit, ei non aufertur, l. 4. de his quæ ut indig. Differentiæ ratio hæc eſt, quòd qui inofficioſum teſtamentum accuſavit, defunctum accuſavit, quaſi dementem & furioſum, l. Titia, in fin. l. mater, § præterea, in fine, de inoffic. teſtam. & ideo indignus eſt, qui quicquam ex judicio defuncti conſequi debeat: at qui falſum dicit teſtamentũ, nõ accuſavit defunctũ, nec impugnavit defuncti judicium, ſed dixit judiciũ defuncti ſuppoſititium eſſe, heredem defuncti impugnavit, non defunctum ipſum. Ideoq; ſi non obtinuit, ab eo

here-

herede nihil conſequitur, quem defraudare voluit hereditate: ab alio herede cui negotium nullum exhibuit, non repellitur, ſed legatum quod ab alio herede ei relictum eſt, capiet, d.l.4. de his quæ ut indig. Et hoc eſt primum diſcrimen. Secundò, in eo differt, qui inofficioſum dixit teſtamentum ab eo qui dixit falſum, quod qui legatum accepit ex teſtamento, teſtamentum illud inofficioſum dicere non poteſt: at qui legatum accepit, poſt legatum acceptum, falſum nihilominus arguere teſtamentum poteſt, l.5. in prin. de his quæ ut indig. Ratio diverſitatis eſt, qui accipit legatum ex teſtamento, ſciens teſtamentum inofficioſum eſſe, id accipit: nec enim potuit ignorare, qui cernebat alium heredis partes exequentem & ſibi legata dantem, ſe vel exheredatum vel præteritum eſſe, atq; ita teſtamentum eſſe inofficioſum. Cùm igitur judicium defuncti accipiendo legatum probârit, poſtea ad accuſationem ejus non admittitur: at qui falſum dicit teſtamentum, ignorare poteſt eo tempore, quo legatum accepit, teſtamentũ eſſe falſum, & poſtea id reſciſcere, & ideo ad accuſationem teſtamenti falſi admittitur, d.l.5. de his quæ ut indig. Sunt & aliæ cauſæ complures, ex quibus bona tanquam indignis eripiuntur, quæ ex d. titul. de his

quæ

quæ ut indignis auferuntur, petendæ erunt. Nunc videamus quæ ſint bona, quæ ab indignis ll. auferuntur, & tamen non ad fiſcum transferuntur, ſed ſpecialiter quibuſdam conceduntur, ut eſt ſcriptum in d.c.unic. quæ ſunt regalia, quod deſumtum videtur ex l. unic. § quæ autem, C. de caduc.tollen. ubi. ita Juſtinianus loquitur: quæ antiquis ll. dicta ſunt, de his quæ ut indignis auferuntur, & nos ſimili modo intacta ſervamus, ſive in noſtrum
77 fiſcum ſive in alias perſonas perveniant. Ac quidem quinque reperiuntur caſus, quibus ablata tanquam indignis in fiſcum non rediguntur. Primus eſt in tutore, qui onus tutelæ recuſat: hic legatum, quod in teſtamento meruit, amittit, l. 5. § amittere, de his quæ ut indign. quia teſtator ideo legatum adſcripſiſſe videtur, quod eidem tutelam filiorum injunxerit. Itaq; ſi legatarius detrectat tutelam, meritò etiam a legato repellitur, l. Neſennius Apollinaris, § rectè ergo de excuſatio.tuto. id tamen ita procedit, niſi evidenter pater expreſſerit, velle ſe dare, etiamſi legatarius tutelam non adminiſtraverit, l. ſed hoc nimium, de excuſatio. Quod ſi legatarius pro parte tantùm ſe excuſaverit, puta ab adminiſtratione rerum Italicarum vel provincialium, totum nihilominus, quod teſtamento datum

datum eſt, ei aufertur, & ita Divi Severus & Antoninus reſcripſerunt, quemadmodū Martianus tradit, in l. etiamſi, de legat. 1. Et legatum hoc, quod tutori tanquam indigno denegatur, non ad fiſcum transfertur, ſed illis relinquitur, cujus utilitates ſunt deſertæ, d. l. 5. § ſed hoc legatum, de his quæ ut indignis, l. tutor petitus, § 1. de excuſat. l. penult. § ultim. Cod. de legatis. Secundus caſus eſt in legatario vel fideicommiſſario, qui celavit tabulas teſtamenti: is ſi tabulæ poſtea in lucem emerſerint, non poteſt legatum in eo teſtamento ſibi relictum vindicare, ne fructum ſuæ calliditatis accipere videatur, qui heredem ſuum hereditate defraudare voluit. Legatum igitur illi tanquam indigno auferetur, & apud heredem ſcriptum remanebit, atque ita qui alii nocendum eſſe exiſtimavit, ipſe ſuam ſentiet jacturam, quemadmodum eleganter loquitur Imperator Juſtinianus in d. l. penulti. C. de legatis. Tertius caſus proponitur à Papinian. in l. ſi patroni, § qui fideicōmiſſam hereditatem cum aliquot §§. ſequentib. ad SCtum Trebellianum, ſi heres ſcriptus rogatus ſit, hereditatem reſtituere, & poſtulante fideicommiſſario, cogatur per prætorem adire, falcidiam non detrahit, nec quicquam ex voluntate defuncti conſequi-

[illegible] enim, inquit Papinianus, [illegible] tur indignus, ut qui deſtitutis ſuggerens defuncti preces, conſequatur aliquid ex voluntate defuncti, d. l. ſi patroni, ad Trebellian. hoc tamen quod heredi aufertur, fiſco non applicatur, ſed tranſit ad fideicommiſſarium. Quartus caſus eſt in pupilla, quæ nuptiis tutori vel filio tutoris ſui, & marito aliquid donavit. Sicuti tutor pupillam ſuam uxorem ducere prohibetur: ita prohibetur etiam filio eam jungere, l. SCta, l. non eſt matrimonium, de ritu nuptiar. non eſt ergo matrimonium, ſi tutor ducat pupillam, vel filius tutoris ducat pupillam & ideo ſi pupilla aliquid tutori donavit, vel ipſius filio, indignus eſt tutor vel filius donatione, quia contra SCtum uxorem duxit, quam ducere non debebat, & eripitur ei quod donatum eſt: ſed id non applicatur fiſco, ſed pupillæ redditur, l. ſi ex voluntate, C. de donatio. inter virum & uxorem, aliud eſt ſi mulier in teſtamento marito aliquid reliquerit, quemadmodum ſupra eſt expoſitum. Poſtremus caſus eſt in marito uxorem occidente. Si maritus uxorem occiderit, dos ipſi eripitur, & heredibus uxoris redditur: non enim eſt æquum, maritum ob facinus ſuum dotem lucri facere, l. ſi ab hoſtibus, § final. ſoluto matrimo. qui locus de dote adventitia accipi-

accipiendus eſt: nam adventitia dos, mortua in matrimonio uxore, remanet apud virum, Ulpianus in fragment. tit. de dot. Profectitia dos patri reſtituitur, & ut Juriſconſultus loquitur: jure ſuccurſum eſt patri, ut filia amiſſa ſolatii loco cederet, ſi dos ei redderetur, ne & filiæ amiſſæ, & dotis damnum pater ſentiret, l. jure ſuccurſum eſt, de jure dotium. Si alius occidat mulierem, & maritus ejus mortem non vindicet, indignus quoque eſt, apud quem dos remanere debeat, l. ei qui mortem, de his quibus ut indign. Sed hoc caſu cum mortem uxoris maritus non vindicat, dos fiſco vindicatur, atq; ita D. Severus reſcripſit, l. cùm mortem, de jure fiſci. Differentiæ ratio inter hunc caſum & ſuperiorem non eſt obſcura: nam marito occidente uxorem, ſtatim initio heredibus mulieris repetitio dotis competit: alio autem occidente, maritus dotem adventitiam lucratur, & ſi poſtea mortem uxoris inultam relinquat, dos quæ ſemel marito quæſita fuit, heredibus mulieris acquiri non poteſt, & tamen quia ea maritus indignus eſt, ideo fiſco vindicatur, d. l. cum mortem, de jure fiſci. Undecimo, in- 78
ter regalia numerantur bona contrahentium inceſtas nuptias, d. c. unic. quæ ſint regal. Huc pertinet ferè tot. titul. de inceſt. nupt. libr. 5.

C. & aliquot Novell. conſt. Imp. Juſt. Inceſtum autem committere dicitur, qui ex his, quas moribus prohibemur, uxores ducere, uxorem duxerit, l. ſororis proneptem, de rit. nupt. & ſic Ulpian. in fragm. tit. 5. inquit: ſi quis eam, quam non licet, uxorem duxerit, inceſtum matrimonium contrahit. Sed & Papinian. in l. ſi adulterium cum inceſtu, ad l. Jul. de adulter. per illicitam matrimonii conjunctionem inceſtum ádmitti docet, quod & ipſum nomen inceſtus indicat: nam ſi Iſidoro credimus, libr. 5. etymolo. cap. 26. inceſtus propter illicitam conjunctionem dicitur quaſi incaſtus: vel quod verius videtur, dicuntur inceſtæ nuptiæ, quod in iis minimè adſit ceſtus. Ceſtus eſt zona ſive cingulum, quo utebantur ad honeſtas nuptias, Covar. in epitome de matrimo. in 2. parte, c. 6. § octavo. num. 1. Ovidius:

Cui mea virginitas avibus libata ſiniſtris
Caſtaq; fallaci zona recincta manu.

79 Inceſtus verò duplex eſt: alius jure gentium committitur, alius jure civili. Jure gentium inceſtum committit, qui ex gradu aſcendentium vel deſcendentium uxorem duxerit: jure civili, qui eam duxit, quam propter juris civilis prohibitionem ducere non poterat, ut ſi quis ex latere eam duxerit, quam vetatur

vel

vel affinem, quam impeditur, l. fin. de ritu nuptia. Inceſtas nuptias Icti etiam nefarias nuptias appellant, § ergo non omnes, inſtit. de nupt. & Novel. 12. de inceſt. nupt. & ideo malè Accurſius, & qui eum ſequuntur, inter inceſtas & nefarias nuptias diſcrimen conſtituunt. Pœna autem inceſtarum nuptiarum 89,
definitur ab Arcadio & Honorio in l. ſi quis inceſti, C. de inceſt. nupt. Et quidem primum inceſtæ nuptiæ non habent dotem, l. inceſtæ nuptiæ, de ritu nupt. nec etiam donationem propter nuptias, leg. 4. Cod. de inceſt. nupt. ſed id totum, quod ab alterius liberalitate in alterum procedit, ut indigno indignævè ſublatum, fiſco vindicatur, d. l. 4. C. de inceſt. nupt. & d. l. ſi quis inceſti, C. eod. Deinde illicita conjunctio, neque nuptiarum neq; matrimonii nomen ſortitur, § ſi adverſus ea, inſt. de nupt. Inde ſequitur, liberos ex hujuſmodi conjunctione procreatos, in poteſtate parentum non eſſe, ſiquidem in poteſtate noſtra tantùm ſunt liberi, quos ex juſtis nuptiis procreavimus, § 1. inſtitu. de patr. poteſt. & d. § ſi adverſus ea, inſtit. de nupt. Ac leges in tantum illicitam conjunctionem averſantur, ut nec quidem liberos ex ea editos educari à parentibus velint, Novell. 74. Nov. 89. circ. fi. Sic Auguſtus Imper. ex nepte Ju-

lia poſt damnationem editum infantem agnoſci aliq́ue vetuit, Sueton. in Auguſt. cap. 65. Et rejiciendum eſt, quod Franciſc. Connan. lib. 8. comment. tradit, liberos inceſtuoſos ali a parentibus debere. Deniq; bona contrahentium inceſtas nuptias ſervantur liberis juſtis & legitimis, uſque ad tertium gradum, hoc eſt, filio filiæve, nepoti neptive, pronepoti proneptive: parentibus uſq; ad ſecundum gradum, hoc eſt, patri, matri, avo & aviæ: & ex tranſverſalibus fratri & ſorori, patruo & amitæ, d. l. ſi quis inceſti. C. de inceſt. nupt. his verò perſonis omnibus deficientibus, publicantur, & ad fiſcum transferuntur, d. l. ſi quis inceſt. C. de inceſt. nupt. Ex Novel. Juſtin. 12. qui inceſtas contraxerit nuptias, in inſulam deportatur, & bona publicantur, ſi filii vel nepotes, vel etiam pronepotes ex prioribus inculpatis nuptiis non extent: iis extantibus, & quidem ſolis bona cõſervantur, d. Novell.

81 12. Duodecimò, inter regalia numerantur bona condemnatorum & proſcriptorum, ſecundum quod in novis conſtitutionibus cavetur, d. c. unic. quæ ſint regal. Huc pertinet tit. de bon. proſcript. ſeu damnato, lib. 9. C. Damnati autem dicuntur, de quibus ultimum ſupplicium eſt ſumtum: proſcripti, qui ſunt deportati, quemadmodum Alvarott. Andr. de

Iſern,

Iſern. Præpoſ. cæteriq; DD. in d. c. un. quæ ſunt regal. notarunt: & damnatis ad mortem naturalem, proſcripti ſive deportati comparantur, mortuorum enim loco habentur, l. 1. § pen. de bon. cont. tab. l. 4. de bon. libert. l. Gallus, § & quid ſi tantum, de liber. & poſth. & ſicut homines morte, naturaliter intereunt, ita civiliter maxima aut media capitis diminutione interire dicuntur, l. verum eſt § pen. pro ſocio. Proſcriptionem autem ſive deportationem primus D. Auguſtus in rempub. Roma. invexit: nam ut Dio lib. 26. ſcribit, Auguſtus primus conſtituit μηδένα πυρὸς καὶ ὕδατος εἰρχθέντα, ἐν τῇ ἠπείρῳ διατρίβειν, & ſucceſſit deportatio in locum aquæ & ignis interdictionis, l. 2. § 1. de pœnis, l. 3. ad l. Jul. peculat. l. pen. de variar. & extraordi. cognit. Novell. 22. quam (quod ex jure Quiritum civi Romano vita adimi non poterat, ut elegantiſſimè Cæſar. apud Saluſt. in conju. Catil. perſequitur, nec etiam civitas & libertas Cic. pro Balb. Cecin. & pro domo ſua) Romani coacti receperunt, ut noxii cives, iis ſubſidiis aqua ſcilicet & igni, quibus humana vita maximè continetur, deſtituti, ex urbe cedere cogerentur. Sic nova nupta jubebatur aquam & ignem attingere, l. pen. de donat. inter vir.

& uxo: quòd hæ duæ res humanam vitam maximè contineant, & mulier ignem & aquam cum viro communicare debeat. Sext. Feſt. lib. 1. & 6. Varro libr. 4. de lingua Latin. Ovidius pulcrè utrumq; conjunxit in 4. Faſtor.

An quod in his vitæ cauſa eſt hæc perdidit (exul.

His nova ſit conjunx, hæc duo magna puto.

Et ut dixi, ad Auguſti uſq; tempora, aquæ & ignis interdictione Romani uſi ſunt, poſtea deportatione. Deportatorum verò bona, ſicuti damnatorum quoque publicantur, l. deportatorum, C. de pœnis, in tantum, ut etiam bona poſt deportationem acquiſita deportatis auferantur, l. 2. C. de bon. proſcript. non obſtante, l. ſi mandavero, § is cujus bona, Mandati: quæ de eo accipienda eſt, cujus bona publicata ſunt, ſine capitis diminutione, hoc eſt, ſine deportatione. Sed hoc ita ex
83 conſtit. Theodoſ. & Valentin. procedit, ſi deportati vel damnati liberos non habeant: ſi habeant liberos, dimidia tantum pars ærario vindicatur, altera dimidia liberis reſervata, l. ult. C. de bonis proſcripto. Ex conſtitutione verò Divi Hadriani, damnatorum liberis pluribus non dimidium tantum relinquitur, ſed æs conceditur, l. ult. § ſi plures, de bon. damna

mna

mna. & dixit Hadrianus, velle ſe potius ampliare imperium hominum adjectione, quam pecuniarum copia, dict. § ſi plures: & hoc eſt, quod Dio in Hadriano ſcribit, eum mitiores pœnas reis liberos habentibus irrogaſſe. Denique ex Juſtin. conſtitut. reorum bona non confiſcantur, ſi ſuperfuerint liberi, vel parentes, uſque ad tertium gradum, Novell. 134. circa finem Rolandus a Valle conſil. 97. numer. 1. in 2. volum. Et ſi judex liberis vel parentibus exiſtentibus, bona confiſcaverit, ſententia non valet. Roland. à Valle conſil. 98. numer. 4. & in 2. volum. ad Novellam 134. referenda ſunt hæc verba: ſecundum quod in novis conſtitutionibus cavetur, quæ extant in d. c. unic. quæ ſint regalia. Ex dicta autem Novella 134. ſumpta eſt auth. bona damnatorum, Cod. de bon. proſcriptorum, in qua etiam tranſverſalium uſque ad tertium gradum fit mentio. Et quamvis dicta Novella 134. tranſverſalium non meminerit; tamen communiter à Dd. traditum eſt, etiam collaterales ad damnatorum bona admitti. Julius Clarus libro 5. ſentent. quæſtion. 78. &c. Decimo tertiò, inter regalia numerantur, 84
angariarum, parangariarum, plauſtrorum, & naviũ præſtationes. Angarias Alvarott. Andr. de Iſernia, Præpoſit. Matthæ. de Afflict. &

communiter Dd. accipiunt pro munere perſo-
nali, quod Imperatori præſtatur, ſumtibus &
expenſis Imperatoris. Parangarias vero pro
munere mixto, quando quis Imperatori ſer-
vitia exhibet ſumtibus propriis: quæ ſenten-
tia licet ſit communis, vera tamen eſſe non
videtur: nam Arcadius JCtus in l. munerum,
§ patrimoniorum, de muner. & honor. inter
patrimonialia munera angarias refert, & Her-
mogenianus eas muneribus, quæ rei propriæ
cohærent, & à quibus neq; ætas, neq; militia,
neq; ullum aliud privilegium excuſationem
tribuit, annumerat, in l. ſunt munera, de va-
cat. & excuſ. muner. Nō igitur angariæ onera
perſonalia ſunt, ſed patrimonialia onera, ſive
onera realia, nempe præſtationes jumento-
rum, plauſtrorum, & navium, quæ exiguntur
in tranſvectione armorum, l. ultima, C. de Fa-
bricenſ. lib. 11. vel in qualibet alia publica ne-
ceſſitate. Sic naves veteranorum angariari
dicuntur ab Ulpian. in l. penultima, § ultim.
de veteran. licet quandoq; naves ab angariis
ſeparentur, ut in dicta l. ultim. C. de fabri-
cenſ. libr. 11. & hoc loco in d. c. unico. quæ
ſint regalia, quemadmodum & plauſtra in l. 2.
C. d. de quibus muneribus vel præſtat. nemi-
ni lic. ſe excuſ. lib. 10. & in d. c. unico, quæ ſint
regalia. Diſtant vero angariæ a parangariis

in eo, quod angaria eſt, qua curſus publicus eſt diſpoſitus, parangaria aliò verſum, quemadmodum Jacobus Cujacius notavit, in l. ultim. C. de fabricenſ. libr. 11. & in titul. de curſ. public. angar. & parangar. libro 12. Codicis, &c. Decimo quartò, inter regalia numeran- 85
tur extraordinaria collatio, ad feliciſſimam regalis numinis expeditionem, d.c. unic. quæ ſint regalia. Per extraordinariam collationem interpp. intelligunt ſuperindictum, de quo eſt titul. in Cod. libr. 10. de ſuperindict. Superindictum autem nihil aliud eſt quàm augmentum indictionis, l. ultim. C. Theodoſ. de coll. fundor. patrim. libr. 11. & indictiones ſunt annonæ vel tributa, l. 2. C. de annon. & tribut. lib. 10. Ibi Imperator docet, indictiones eſſe onera poſſeſſionum, non perſonarum, & indictiones ſolere indici non perſonis ſed rebus. Indictiones verò cùm eſſent anniverſariæ, inde cœperunt anni per indictiones numerari, quas vocant ἐπινεμήσεις, ita ut earum numerus non excederet quindecim, ſed idem ſemper revolueretur: & cœpit hic mos Theodoſii Magni temporibus, aut Conſtantini, ut ex faſtis quibuſdam Græcis Onuphrius tradidit Cujac. in tt. de indictionibus lib. 10. C. Decimoquintò, inter regalia nume- 86
ratur poteſtas cōſtituendorum magiſtratuum

ad

ad juſticiam expediendam, d. c. unic. quæ ſint regal. Hæc poteſtas olim penes populum Romanum fuit, l. 2. in 2. part. de orig. jur. ſed ubi populus Romanus lege regia, omne imperium & poteſtatem ſuam in principem tranſtulit, § ſed & quod principi, inſtit. de jur. naturali gent. & civil. poteſtas creandorum magiſtratuum ſimul in principem eſt translata. Hinc Juriſconſultus Modeſtinus in l. unica ad l. Juliam, de ambitu ſcribit: legem illam Juliam de ambitu hodie in urbe Romana ceſſare, quia ad curam principis magiſtratuũ creatio
87 pertinet, non ad populi ſavorem. Decimo ſextò inter regalia numerantur, in d. c. unic. quæ ſint regalia, argentariæ. Argentariæ autem ſunt argentifodinæ, quæ ad fiſcum Imperato. ſpectare dicũtur, propterea quòd Imperator ex argẽto quod foditur, ſemper partem aliquã percipere debet, toto titulo de metallariis & metallis lib. 11. C. Et quamvis vulgò exiſtimant, Imperatorẽ decimas habere debere per l. cuncti, C. de metallariis & metal. lib. 11. Henningus Gode conſ. 2. nu. 2. & conſil. 3. nu. 8. tamen lex illa tantũ loquitur de lapidis ſive marmoris metallo, ex quo decima fiſco præſtatur. Et ex l. 1. C. eodem, qui aurum fodiunt, inferunt fiſco octo ſcrupulos in balluca, & reliquum fiſco diſtrahunt. Balluca eſt

χρύσαμμος, quæ nuper effoſſa eſt terra, Ac in l. 2. C. eodem, Imperatores mandant, ut in metallico canone præſtando, conſuetudinem ſpectemus. Decimoſeptimo, inter regalia numerantur, bona committentium crimen majeſtatis, d.c.unic. quæ ſint regalia. Majeſtas Deo tribuitur, in l. non diſtinguemus, § ſacerdotio, de recept. & majeſtatem veteres pro dea coluerunt, Ovidius; 88

Hinc ſacra majeſtas, quæ mundum temperat omnem,
Quaq; die partu eſt, edita magna fuit.

Tribuitur & populo Romano in l. 7. de capt. & poſtlim, reverſ. item Imper. ſive principi Roman. in proœm. inſtit. & in l. penult. de heredibus inſtituend. l. famoſi, ad l. Iul. majeſt. l. ult. C. de legib. & deniq; prætori in l. penult. de juſtit. & jur. l. ſi familia, de jurisdict. Crimen autem majeſtatis eſt, quod committitur adverſus pop. Roman, vel adverſus ejus ſecuritatem, leg. 1. ad leg. Juliam majeſt. ſecuritatem, hoc eſt, tranquillitatem, ut Budæus interpretatur, & Duaren. libr. 2. anniverſ. diſputat. c. 22. Ex hac definitione apparet, hodie crimen majeſtatis adverſus ſupremum principem ſive Imp. Roman. propriè tantum committi. Populus enim Romanus omne 89

impe-

imperium, omnem majeſtatem in principem tranſtulit lege regia, d. § ſed & quod principi inſtitu. de jure nat. gent. & civil. hoc eſt, lege quadam quæ regia nuncupata eſt, quod de regno ſive imperio principis ageret. & olim ab Alexand. Imp. lex imperii dicitur in l. 3. C. de teſtam. ac veriſimile eſt legem regiam de Octavii Auguſti imperio latam eſſe. quod à Paulo Juriſconſulto lex Auguſti nominatur in l. apud eum, de manumiſſ. Eguin. Bar. in l. princeps, de ll. Salamonius in l. 1. de conſtitu. princ. Adverſus eos qui ſuperiorem recognoſcunt Imper. & in quos P. R. poteſtatem ſuam non tranſtulit, crimen majeſtatis propriè non committitur, d. l. 1. ad l. Jul. majeſtat. Crimina verò majeſtatis multa ſunt, toto titul.
90 ad l. Jul. majeſtat. in ff. & Cod. Supremum crimen, eſt crimen perduellionis, quando quis hoſtili animo adverſus Rempublicam vel principem animatus eſt, l. ult. ad l. Juliam majeſtat. Ad hoc crimen majeſtatis pertinet, l. quiſquis, C. ad l. Juliam majeſtat. quæ reos majeſtatis ſive perduellionis gladio ferit, bonis omnibus fiſco addictis. Et filii a materna vel avita, omnium etiam proximorum hereditate ac ſucceſſione habentur alieni, et teſtamentis extraneorum nihil capiunt, ſunt perpetuo egentes & pauperes, infamia eos ſe-

[illegible]

terna comitatur, ad nullos prorſus honores, ad nulla ſacramenta perveniunt, ſint poſtremò tales, ut perpetua egeſtate ſordentibus, mors ipſis ſit ſolatium, & vita ſupplicium, d. l. quiſquis, C. ad l. Iuliam maieſtat. Roland. à Valle conſ. 78. nume. 17. in 2. volum. Pu- 91
ſtremò inter regalia referuntur theſauri. Theſaurus generaliter ſignificat omne id, quod in futurum uſum aſſervatur, quaſi θεὶς εἰς αὔριον, hoc eſt, in craſtinū aut futurum poſitus, Connanus lib. 3. commenta. c. 4. Sed hic theſaurus eſt quædam vetus depoſitio pecuniæ, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat, l. nunquam, § 1. de acquir. rerum domin. Caſſiodorus dicit eſſe depoſitivam pecuniam, quæ longa vetuſtate competentes dominos amiſit, lib. 6. variarum. Licet autem unicuique in ſuo loco the- 92
ſaurum quærere, dummodo id faciat ſine incantatione & arte magica, l. unica, C. de theſaur. libr. 10. Et theſauros, quos quis in loco ſuo invenerit, D. Hadrianus naturalem æquitatem ſecutus, ei conceſſit, qui eos invenit, § theſauros, inſtitutio. de nuptiis. Theſaurus enim Dei beneficium eſt, d. l. unica, & fortunæ donum, l. ſi is qui, de acquiren. rerum domin. quod invidioſa calumnia perſequi non oportet, d. l. uni. C. de theſauris, hoc eſt, quod fiſcus

ſibi

ſibi vindicare non debet, ut olim fiebat, niſi
inventor theſaurorum retinendorum facul-
93 tatem a fiſco impetraſſet. In loco ſacro vel
religioſo theſaurum quærere prohibitum eſt.
Caſu verò inventus fit inventoris ex Hadria-
ni conſtitutione, d. §. theſauros, inſtitutio. de
rerum diviſi. eamq; rejecta conſtitutione Di-
vorum fratrum, ex qua dimidia pars fiſco vin-
dicabatur, l. 3. § pen. de jure fiſci, Iuſtinianus
obtinere vult, d. § theſauros. Hodie tamen
Hadriani Imperatoris conſtitutio rurſus ab-
rogata, & Divorum fratrum conſtitutio in
uſum revocata eſt, per Fridericum Impera-
torem in d. c. unico, quæ ſunt regalia. In alie-
no loco theſaurus inventus, inter invento-
rem & dominum ſoli ex æquo dividitur, ex
Hadriani conſtitutione, d. § theſauros, inſti-
tutio. de rerum diviſi. ſi modò, caſu aliquo
94 fortuito, inventus fuerit. Nec enim in alie-
no ſolo theſaurum quærere licet: imo qui in-
vitis dominis in alieno theſaurum quærunt,
nihil ex theſauro conſequuntur, ſed totum
theſaurum domino ſoli dare compelluntur,
& præterea puniuntur, dict. l. unic. Cod. de
theſauris, libro 10. Illud omittendum non
eſt, quòd poſt Hadrianum, Imperatores Va-
lentinianus, Gratianus & Theodoſius, di-
midiam partem domino ſoli conceſſam, ad
quar-

quartam redegerunt, l. 2. C. Theodoſia. de theſauris, quod poſtea iterum Leo Imperator ſuſtulit, dicta l. unic. C. de theſauris, eoq; illa conſtitutio pertinet, quæ alias ſuperflua videri poſſet. Denique quod de alieno loco 95
dictum eſt, idem de Cæſaris loco, itemq; publico dicendum eſt: quia etiam theſaurus in Cæſaris loco vel publico inventus, pro dimidia parte eſt Cæſaris vel civitatis, pro altera dimidia inventoris, d. § theſauros, inſtitutionibus, de rerum diviſio. quod ipſum quoque Divi fratres conſtituerunt, d. l. 3. § penult. de jure fiſci, ibi JCtus adjicit, quod qui in loco fiſci theſaurum invenit, & partem ad fiſcum pertinentem ſuppreſſit, totum cum altero tanto cogatur ſolvere. Sic ex Novell. Leonis, qui theſaurum, quem in alieno loco invenit, ſupprimit, tanquam malitioſus, rerumque alienarum occultor & fur, nihil omnino ex theſauro accipit, Novel. Leonis 51. Atque ita habetis hujus capitis explicationem.

Deo ſit laus, honos & gloria in
ſempiterna ſe-
cula.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX.
PRÆCIPUARUM RERUM,
QUÆ IN HISCE COMMENTARIIS CONTINENTUR.

PRIOR NUMERUS PAGINAM, poſterior Summarium cujuslibet columnæ denotat.

A.

Abbates qui dicantur. 206.21
Abbates nonnunquam pro nobilibus accipiuntur. ibid.
Ablativi abſoluti conditionem faciunt. 92.8
Abuti eſt re uti in alium finem, quàm in quem ipſa res comparata eſt. 265.33
Abutitur vaſallus feudo, quando malè tractat ſubditos: aliaq́; ibi vide. 556.129
Acoluthi qui ſint, & unde dicantur. 202.13
Actiones ad res immobiles competentes pertinent ad immobilia. 251.16
Actiones competentes minoribus, ad rem immobilem ſine decreto alienari non poſſunt: ſecus eſt in mobilibus. ibid.
Actiones Eccleſiis vel aliis venerabilibus locis vel

vel civitatibus competentes, præſcriptione quadraginta annorum tolluntur. 436.8
Adoleſcentia incipit à pubertate, & extenditur uſq; ad annum viceſimum quintum. 225.46
Æqualitas amicitia eſt & thiriaca contra venenum. 367.44
Ætatis quinq; ſunt gradus. 224.46
Ætas firmata quando incipiat. 236.46
Ætas perfecta quæ ſit. ibidem.
Affirmare vel negare noſtrum, nihil mutat in re. 161.7
Agnati ſoli in feudis ſuccedunt, remotis cognatis. 406.78
Agnati dicuntur eſſe de familia eius, qui feudum acquiſivit. ibid.
Agnati feudum cum conſenſu domini alienatum revocare poſſunt, reſtituto pretio quod emptor dedit. 580.147
Alexander Imperator fuit ICtorum amantiſſimus. 208.24
Alienationis verbum quid ſignificet. 134.34
Alienationem totius feudi ſine domini voluntate Mediolanenſes admiſerunt. 471.28
Alienatio feudi olim duobus modis parte dimidia conceſſa fuit. 472.29
Alienationem feudi prohibuerunt Lotharius & Fridericus. 473.30
Alienationis verbum latiſſimè ſumitur. 478.35

Alienationis enim verbo comprehenditur venditio, locatio, in emphyteuſin, dotem & ſolutum datio, pignoris obligatio, legatum, donatio, tranſactio, compromiſſum & permutatio. 48.43
Alienatione prohibita, non cenſetur prohibita alienatio, quæ fit ex neceſſitate. 502.69
in Alienatione feudorum ſufficit tacitus conſenſus domini. 504.72
nec domini præſentia requiritur. 506.73
Alienatio cum traditione nocet, non illa quæ facta eſt nulla traditione ſubſecuta. 514.81
Allodia opponuntur feudis. 62.13
Allodia ſive alodia quæ dicantur, quæve nominis ſit ratio. 63.13
bona in dubio præſumuntur Allodialia eſſe. 65.14
Allodialia tacito jure monaſterium ſequuntur. 385.62
Allodialia ad liberos pertinent, propter votum parentum & naturalem erga liberos charitatem. 575.146
in Allodialibus filius plus juris habet quam patruus. ibid.
Amicus dicitur alter ipſe. 550.124
Amor furoris ſpecies eſt. 532.101
Angariæ & parangariæ quid. 728.84
Antichriſis quid. 26.17

Arbiter

Arbiter quis dicatur. 483.45
Arbitratorem Dd. amicabilem compoſitorem appellant. ibid.
Archiepiſcopi qui ſint & unde dicantur. 198.7
Archiepiſcopi dicuntur quoque metropolitani. 198.8
Archiepiſcopus feudum dare poteſt. 199.9
Argumentum à contrario ſenſu in jure validum eſt. 313.44
Armandiæ quid. 661.21
Aſcendentes in feudis non ſuccedunt, duobus caſibus exceptis. 337.9
Aſcendentes ſuccedunt in feudo ſuis deſcendentibus tranſverſaliter. 412.85
Aſceterium propriè mulierum eſt: eoq́ nomine vitæ ſocietas ſignificatur. 205.19
Avaritia mater malorum. 141.41
Avaritiæ ſpeciem habet, quando prælatus eccleſiæ de feudis ſibi apertis alios rurſus non inveſtit. 263.30
Auguſto Imperatori poſt Ciceronem patris patriæ nomen delatum eſt. 209.25
Auguſtus nomen Imperatoris tanquam inſolens ſemper rejecit. 210.25
Auctoritas tutoris neceſſaria eſt, quando pupillus conditionem ſuam meliorem non facit. 222.43

B.

Barones unde dicantur. 218.39
Bellum proprium eſt virorum. 30.19
Bellum juſtum eſt, quod infertur eſt juſta cauſa & Imperatoris conſenſu. 312.44
Beneficium ſecundum philoſophos & Ictos quid. 15.14
Beneficium eſſe poteſt, licet non ſit gratuitum. 17.12
Beneficium principis quàm pleniſſimè interpretamur. 270.35
Bona & pecunia vita hominis eſſe exiſtimantur. 311.43
Bona feudalia deſinunt eſſe feudalia, ſi vaſallus per triginta annos feudum poſſedit nulla petita inveſtitura. 439.12
Bona ereptitia plurimum à caducis diſtant. 712.74
Bona ut indignis auferuntur multis de cauſis. ibidem.
Bona ablata tanquam indignis quinq; caſibus in fiſcum non rediguntur. 718.77
Breve teſtatum quid ſit: item quid ſint breves ſive brevia. 73.27
Burggravii quid ſint. 215.33

Cæſar

C.

Cæſar quis dicatur. 210.26
Cæſarum creandorum mos antiquiſſimus eſt. 211.27
Cæſaris nomen unde ſit. ibid. 28
Cæſar confert ſeuda. ibid.
Caligula domini nomen primus ſibi vindicavit. 210.25
Clauſulæ, motu proprio & ex certa ſcientia magnus eſt effectus. 656.14
Camera ſignificat ærarium. 187.29
Camera Imperialis concurrentem cum Imperatore juriſdictionem habet. 617.2
Caneva ſignificat cellarium, penuarium, horreum. 187.29
Capitalis inimicitia judicis arbitrio diſcutienda relinquitur. 462. 12
Capitalis inimicitia eſt quæ de ſtatu & capite, vel omnibus bonis aut majori parte bonorum movetur. ibid. 13
Capitalis inimicitia ita demum vaſallum excuſat, ſi inimicitia ſine culpa vaſalli extiterit. 463.15
Capitanei regis in ſuis territoriis ſunt loco principis. 216.37
Carcer mala manſio dicitur. 541.113
Caſtaldia unde dicatur. 188.31

Caſus militiæ definitio. 81.9

Caſus militiæ commune militantium placitum. itemq́ ſcholæ placitum appellatur. ibid.

Caſus fortuiti ad vaſallum non ad dominum ſpectant. 43.27

Caſtro conceſſo debetur quoq; juriſdictio caſtro cohærens. 653.35

qui Caſtri poſſeſsionem apprehendit, omnium fundorum ad caſtrum pertinentium poſſeſsionem acquirit. ibid.

Cauſæ, propter quas vaſallo feudum eripitur, omnes enumerari, & ſub certa definitione comprehendi non poſſunt. 457.3

Cauſa juſta vaſallum, qui inveſtituram non petivit intra annum & diem, excuſat. 459.7

Cauſa juſta eſt mors domini vel vaſalli. 459.8

Cauſa juſta eſt etiam capitalis inimicitia. 462.10

Cauſæ propter quas filius exheredari poteſt, quatuordecim ſunt: ab interpretibus plures adjiciuntur. 559.132

Cauſa finem ſignificat: & ob cauſam dari ſignificat, quod datur ob finem aliquem. 605.22

Chriſtiani diſtinguuntur in clericos & laicos. 194.1

Chriſtiani ab impiis principibus curiæ addicebantur pœnæ loco. 346.22

Cicero primus dictus fuit pater patriæ. 209.25

Civitas non moritur. 284.31

Cleri-

Clerici qui ſint, & unde nomen habeant, & qui clericorum fuerint ordines. 195.2
Clericus de feudo inveſtiri poteſt is q. per ſubſtitutum ſerviet. 231.49.
Clericus non eſt defuncti clerici heres. 286.19
Clerici ſucceſſor tenetur certis caſibus ratam habere inveſtituram, quamvis clericus feudo nondum ſibi aperto deceſſerit. 287.20
Clericus corã parib. & extraneis inveſtit. 293.28
Clerici & monachi in feudo non admittuntur. 372.50
Clericus, qui per triginta annos rem aliquam poſſedit, ad edendum titulum ſuæ poſſeſſionis non tenetur. 547.120
Clericus regulariter coram judice Eccleſiaſtico conveniendus eſt. 626.22
Clericus non poteſt huic privilegio renunciare. 626.23
Clericus laicò ſubijcitur ratione feudi. 626.24
Clerici omnes epiſcopo inferiores qui liberam habent bonorum ſuorum adminiſtrationem poſſunt feuda dare. 206.21
Clientelæ Romanorum differunt à feudis. 55.4
Cognati conjunguntur per fœminam. 407.78
Cognati in feudis non ſuccedunt. 406.77
Collectæ non comprehenduntur ſub vectigalibus. 681.53
hoc verum eſt, quando Collectæ imponuntur

Digitized by Google

tur extra neceſsitatis caſum. 689.54
à Colono vel conductore ad emphyteutam non rectè argumentamur. 126.30
Comes quis dicatur. 216.35
Compilatores & auctores juris feudalis qui ſint. 74.28
Conatus ſolus jure civili ſæpius punitur: ibique exempla vide. 527.92
Sed hoc per generalem conſuetudinem immutatum eſt. ibid.93
Conatus tamen punitur in delictis atrociſsimis, etſi effectus ſecutus non fuerit, ibiq́; exempla vide. 528.94
Conditio formam inducit: & forma ad unguem eſt ſervanda. 93.9
Condictio cauſa data cauſa non ſecuta, eſt ex bono & æquo, ſicuti condictio indebiti & ſine cauſa. 607.24
Conductor qui malè in re conducta verſatur, expelli poteſt. 132.33
Conſuetudines feudales conſcriptæ ſunt ab hominibus privatis. 78.29
Conſuetudines feudales habent vim legum. ibid.30
Conſuetudines feudorum non poſſunt allegari ad deciſionem aliarum rerum non feudalium: idq́; multis exemplis declaratur. 79.31
Contractus ex conventione legem accipiunt. 25.17

Contra-

Contrariorum eadem eſt diſciplina, ſi eadem in contrariis ſit ratio: aliàs ſecus eſt. 166.11

Conventio, per quam debitor ad carcerem ſe obligat, non valet. 542.114.

Crimen majeſtatis propriè committitur adverſus Imperatorem. 732.89

Crimen majeſtatis & perduellionis, ſummum crimen eſt. 775.90

Curiam ſive curtem Longobardi palatium principis vocarunt. 25.27.& 92.31

D.

Damnum patimur non tantum cùm de rebus noſtris aliquid amittimus, verùm etiam cùm noſtri voti non ſumus compotes. 513.79

Damnati qui dicantur. 767.81

Dare eſt dominium transferre. 17.12

Dare quandoq; pro tradere ſumitur. 18.12

Dare in feudis accipitur pro conferre. ibid.

Decani efferendorum & humandorum mortuorum curam gerebant. 203.17

Decuriones qui ſint, unde dicantur, deq; eorum onere. 345.21

Defenſio in conſuetudinibus feudalibus eſt purgatio, quæ fit per ſacramentum cum duodecim ſacramentalibus. 315.48

Defenſio datur reo ſub tacita conditione, ut juret vel jusjurandum referat. 321.53

Defen-

Defenſio non ſemper datur reo, ſed quandoq; reo, quandoq; actori, quandoq; neutri. 33.34
Delatores dicuntur qui bona vacantia & quæcunq; alia ad fiſcum pertinentia, fiſco denunciant. 540.112. & 709.99
Delator nonnunquam pro accuſatore ſumitur. 540.114
Delatores olim dimidium, hodie quartas accipiunt. 709.70
Delatores execrabiles nuncii dicuntur, & quaſi graſſatores ac latrones. 711.72
Delinquentes qua parte corporis peccarunt, eadem etiam ab Imperatoribus mulctati ſunt: ibiq; exempla vide. 475.31
Dementiæ definitio. 233.53
Deſcendentes olim ultra nepotem in feudis non ſuccedebant. 414.87
hodie in infinitum. ibid.
Deſcendentes appellatione filii continentur. 415.90
Diaconi qui ſint & unde dicantur. 201.12
Diaconi aliàs levitæ dicuntur. 201.12
Subdiaconi qui ſint. ibid.
Dignitas feudum regale conſtituit. 167.12
Dignitatem tribuere eſt de reſervatis Imperatoris. ibidem.
Diviſio rem claram & apertam reddit: & diviſa melius intelliguntur. 155.1

Domi-

Dominium olim duplex fuit, naturale & civile: atq; hæc diſtinctio hodie ſublata eſt. 20.14
Dominii diſtinctio in directum & utile errore introducta eſt: & quæ ſit erroris hujus cauſa. 21.15
Dominium directum & utile cur ita dicatur. 23.15
Dominus feudi dicitur qui vaſallo feudum dat. 36.22
Dominus feudi debet vaſallo deſenſionem & protectionem. ibid.
Dominus debet vaſallo imponere tale ſervitium quod utriq; conveniat. 37.23
Dominus immoderata ſervitia à vaſallo exigere non poteſt. 44.28
Dominus qui cum proteſtatione feudum ſecundo tradit, ut primo jus ſuum ſalvum maneat; nihil agit. 283.16
Dominus primo vaſallo præſtet intereſſe. 284.17
Dominus qui per triginta annos fundi alicujus nomine quaſi feudalis eſſet, ſervitia ab aliquo recepit, actionem ad ſervitia præſtanda præſcribit. 437.9
Dominus qui per triginta annos rem feudalem pro libera poſſedit, nemine feudum requirente, libertatem præſcribit. 438.11
Dominus utrum cenſeatur vaſallo ingratitudinem remiſiſſe, ſi ſervitia à vaſallo, qui intra

tra annum & diem inveſtituram non petiit, accipiat. 460.44

Dominus qui juſta ignorantia lapſus, ſervitia à vaſallo exigit, ſibi non præjudicat. 470.41

Dominus feudi propter æs alienum in ipſum feudum poteſt executionem facere. 480.48

Dominus feudi etiam tacitè vaſallo feudum alienanti conſentire poteſt. 505.72

Dominus feudi non poteſt feudum invitis vaſallis in dominum etiam meliorem transferre. 513.79

Dominus quando lethaliter dicatur vulneratus. 524.89

Dominus tenetur vaſallo fines & limites feudi demonſtrare. 546.118

Domini feudorum dicuntur etiam ſeniores, honoris gratia. 200.11

Dominus ex iiſdem cauſis privatur proprietate, ex quibus vaſallus privatur feudo. 559. 133

Dominus in omnibus vicem fideli ſuo reddere debet, quod ſi non fecerit, cenſebitur malefidus. 560.133

Dominus & vaſallus ſunt correlativa. ibid. 134

Dominus amittit proprietatem, ſi vaſallum intra annum & diem non inveſtiverit ibid. 135

Dominus non poteſt vaſallos ſine voluntate illorum in alios transferre. 561.136

hoc

hoc tamen non procedit, ſi Dominus totum territorium alienat. 562.137
Dominus proprietate privatur, ſi vaſallo non fecerit juſtitiam. 563.138
Dominus privatur proprietate ſi ſubditos malè tractet. ibid.139
Domino certis caſibus quædam permittuntur, quæ vaſallo denegantur. 565.140
Dominus vaſallo non jurat fidelitatem. ibid.
Domino committente feloniam ad quem feudum pertineat. 584.153
Dominus feudi heredem vaſalli ob commiſſam feloniam à defuncto convenire non poteſt: nec heres domino vivo anteceſſore de felonia agere poteſt. 585.154
hoc tamen fallit certis caſibus. 587.15[illegible]
Dominus qui abuſivè vaſallum inveſtivit, tenetur voſallum in poſſeſſionem mittere, neq; liberatur præſtando intereſſe. 598.11
Si non inveſtivit vaſallũ abuſivè, ſed tantum promiſit feudũ, liberare ſe poteſt, præſtando intereſſe. 630.12
Dominus laudatus non ſemper ob evictionem convenitur. 632.16
Dominus cùm vaſallum non habet ut vaſallum, vaſallus non compellitur dominum habere ut dominum. 603.19
Dominus prædii qui canonem oblatum intra triennium

Digitized by Google

ennium non accepit, emphyteutam è prædio emphiteutico ejicere poteſt. 115.22
Dominus qui accepit canonem ab emphyteuta, videtur caducitatem ipſi remittere. 121.28
Dominus emphyteutam propria auctoritate expellere non poteſt. 124.35
Dominus competentibus actionibus emphyteutam expellere poteſt. 126.30
Dominus quomodo novum emphyteutam ſuſcipiat. 140.39
Dominus à novo emphyteuta [illegible], quod vulgò Laudemium vocant, exigere poteſt. ibid.
Duces, comites, marchiones ſunt capitanei regis, hiq; feuda conferunt. 214.31
Ducis nomen unde. ibid.
Duces, comites, marchiones, principes, per generalem conceſſionem regalia majora & minora accipiunt. 615.7
Duces, comites, marchiones, perpetui magiſtratus ſunt, & in ſuis territoriis ea poſſunt, quæ poteſt Imperator in Imperio. ibid.
Duellum ſecundum genus defenſionis eſt. 316.42
exempla eorum qui Duello certárunt. ibid. 50
Duella de conſuetudine tolerantur, & certis caſibus admitti poſſunt. 318.11
Duo in ſolidum poſſidere non poſſunt. 609.26

Eccle-

E.

Eccleſia non moritur. 264.31
Eccleſia & civitas, quæ prior emit, præfertur ei cui res poſtea eſt tradita. 283.15
Effectus oſtendunt cauſam. 524.89
Emphyteuſis ſignificat inſitionem. 87.1
Emphyteuſeos definitio. ibid.2
Emphyteuſis etſi propriè conſtituitur in prædiis civitatum & municipiorum: tamen etiam in prædiis privatorum cōſtitui poteſt. 89.4
Emphyteuſin concedentem dominum eſſe oportet. ibid.
Emphyteuſeos natura quæ. 90.4
Emphyteuticarius uſumfructum habet. ibid.5
Emphyteuſis conſtituitur ſub lege meliorationis & annuæ penſionis. ibid.6
ad contractum emphyteuticum requiritur ſcriptura. 91.7
Emphyteuſis finita absq́ ſcriptura non renovatur. 93.10
Emphyteuſis multis modis differt à locatione. 94.11
Emphyteuticarius propter incurſum hoſtium à canonis ſolutione non liberatur. 97.12
incrementa quæ prædio emphyteutico obveniunt, ad emphyteutam ſpectant. 100.13
Emphyteuſis civilis ſimpliciter conſtituta etiam ad heredes extraneos pertinet: Eccleſiaſtica

ſtica ad deſcendentes tantùm. 103.14
Emphyteuſis civilis ad certum tempus conſtituta. ad hæredes emphyteutæ etiã extraneos pertinet: In eccleſiaſtica deſcendentes uſque ad præfinitum numerum ſuccedunt. 104.15
Emphyteuſis civilis & eccleſiaſtica ad certam generationem conſtituta, ad ſolos deſcendentes pertinet. 105.16
Emphyteuſis in perpetuum conſtituta ad quos pertineat. ibid. 17
Emphyteuta duabus de cauſis jure ſuo cadit, ſi aliud in conceſſione dictum non fuerit. 107.18
Emphyteuticarius in mora conſtituitur ſine interpellatione. 109.19
Emphyteuta qui juravit canonem ſolvere, utrum ſtatim expelli poſſit, ubi ceſſavit, à canonis ſolutione. 111.21
Emphyteuta canonem, quem dominus accipere recuſat, conſignare & conſignatum deponere debet. 114.23
Emphyteuta ipſo jure prædio emphyteutico cadit. 115.24
utrum rectè dicatur ab interpretibus emphyteutam ipſo jure prædio emphyteutico cadere, ſi dominus velit. 120.27
Emphyteuta naturaliter poſſidet, eaq; poſſeſſione propria autoritate privandus non eſt. 124.30

Emphyteuſi finita ſine culpa emphyteuticarii, meliorationes ad emphyteuticarium ſpectant. 127.31

Emphyteuta qui ob culpam emphyteuſi cadit, non perdit melioramenta, quæ debitæ meliorationis formam excedunt. ibid.

Emphyteuta utrum moram purgare poſſit. 129.32

Emphyteuta ob magnam deteriorationem prædio emphyteutico ejici poteſt. 132.33

Emphyteuta irrequiſito domino prædium emphyteuticum vendere non poteſt. 135.34

Emphyteuta inſcio domino prædium emphyteuticum alienans jure ſuo cadit. ibid.35

Emphyteuta poſt denunciationem domino factam prædium vendere poteſt. 136.36

dominus verò habet jus προτιμήσεως intra duos menſes. 137.36

Emphyteuta poteſt jus ſuum in novum emphyteutam transferre domino non conſentiente, ſi nimirum dominus cum quinquageſima pretii parte contentus eſſe noluerit. 142.41

Emphyteuta prædium emphyteuticum abſq; domini conſenſu alteri poteſt donare. ibid. 42

Emphyteuta prædium emphyteuticum ſine domini conſenſu oppignorare poteſt. 144.42

Emphyteuticarius fiſci jus ſuum ſine conſenſu domini alteri donare poteſt. 142.42

Emphyteuta in prædio emphyteutico ſervitutem conſtituere poteſt. 145.13
Septendecim differentiæ inter emphyteuſin & feudum. ibid. 14
Emphyteuta excuſatur qui prædium alienatum emptori non tradidit. 514.81
Epiſcopi numerantur poſt Archiepiſcopos. 198.8
Epiſcopi Latinè dicuntur inſpectores. ibid. 9
Epiſcopus ex idiotis non eligatur. ibid.
Epiſcopi nomen fuit commune omnibus presbyteris, ſed poſtea deſiit, & illud uni ſoli impoſitum fuit. 200.11
Epiſcopi feuda dare poſſunt. 199.23
Exempla non reſtringunt regulam. 469.23
Exheredationis cauſæ. 558.132
Exorciſtæ qui dicantur. 202.14
Exorcizare impoſtorum verbum eſſe Vlpianus dixit. ibid. 15

F.

Facultas diſponendi de rebus ſuis ad arbitrium cuiq; eſt relinquenda. 219.41
Faida ſignificat inimicitiam, hoſtilitatemq; ſive bellum. 10.3
Felonia quid. 68.17
unde dicatur. ibid.
Feudis operam daturum oportet noſſe unde ſit nomen feudi. 9.1

Feu-

Feudum dicitur à fidelitate ſive fide, ibid.
vel à fœdere. 10.2
vel à faida. ibid. 3
vel ex eo quod datur ut aliquid fiat. 11.4
vel à füden *quod paſcere ſignificat.* ibid. 5
Feudum aliàs fœdum appellatur. ibid. 6
ſæpiſſimè beneficium. ibid. 7
nonnunquam privilegium & quando. 13.8
Feuda dicuntur κτήματα στρατιωτικά. 14.9
Feudum in fidelitate tanquam in forma eſſentiali conſiſtit. 9.1
Feudum datur vaſallo, ut domino tempore belli præſto ſit. 10.3. & 35.21
Feuda in paſcuis & pratis ut plurimum conſiſtunt. 11.5
Feudi definitio. 14.10
Feudi genus ſecundum philoſophos & ICtos eſt beneficium. 15.11
Feudorum fons eſt benevolentia domini. 16.11
eaq́ in Feudo præponderat. 17.12
Feudum pecunia acquiri poteſt. ibid.
Feudi materia eſt res immobilis. 19.12
Feudi formalis cauſa. ibid. 13
Feudum ad vaſallum ejusq́ heredes in perpetuum pertinet. 24.16
in Feudo non eſt inutilis proprietas. ibid.
Feudorum origo à Longobardis deſcendit, ſecundum communem Dd. ſententiam. 53.2

Emphyteuta in prædio emphyteutico ſervitutem constituere poteſt. 145.43
Septendecim differentiæ inter emphyteuſin & feudum. ibid.44
Emphyteuta excuſatur qui prædium alienatum emptori non tradidit. 514.21
Epiſcopi numerantur poſt Archiepiſcopos. 198.8
Epiſcopi Latinè dicuntur inſpectores. ibid.9
Epiſcopus ex idiotis non eligatur. ibid.
Epiſcopi nomen fuit commune omnibus presbyteris, ſed poſtea deſiit, & illud uni ſoli impoſitum fuit. 200.11
Epiſcopi feuda dare poſſunt. 199.23
Exempla non reſtringunt regulam. 469.23
Exheredationis cauſæ. 558.132
Exorciſtæ qui dicantur. 202.14
Exorcizare impoſterum verbum eſſe Ulpianus dixit. ibid.15

F.

Facultas diſponendi de rebus ſuis ad arbitrium cuique eſt relinquenda. 219.41
Faida ſignificat inimicitiam, hoſtilitatemque ſive bellum. 10.3
Felonia quid. 68.17
unde dicatur. ibid.
Feudis operam daturum oportet noſſe unde ſit nomen feudi. 9.1

Feu-

Feudum dicitur à fidelitate ſive fide. ibid.
vel à fœdere. 10.2
vel à faida. ibid. 3
vel ex eo quod datur ut aliquid fiat. 11.4
vel à füden quod paſcere ſignificat. ibid. 5
Feudum aliàs fœdum appellatur. ibid. 6
ſæpiſsimè beneficium. ibid. 7
nonnunquam privilegium & quando. 13.8
Feuda dicuntur κτήματα ϛρατιωτικά. 14.9
Feudum in fidelitate tanquam in forma eſſentiali conſiſtit. 9.1
Feudum datur vaſallo, ut domino tempore belli præſto ſit. 10.3. & 35.21
Feuda in paſcuis & pratis ut plurimum conſiſtunt. 11.5
Feudi definitio. 14.10
Feudi genus ſecundum philoſophos & ICtos eſt beneficium. 15.11
Feudorum ſons eſt benevolentia domini. 16.11
eaq́ in Feudo præponderat. 17.12
Feudum pecunia acquiri poteſt. ibid.
Feudi materia eſt res immobilis. 19.12
Feudi formalis cauſa. ibid. 13
Feudum ad vaſallum ejusq́ heredes in perpetuum pertinet. 24.16
in Feudo non eſt inutilis proprietas. ibid.
Feudorum origo à Longobardis deſcendit, ſecundum communem Dd. ſententiam. 53.2

Alii ſeuda ad clientelas Romanorum referunt. 54.3
Alii ſeuda militias eſſe contendunt. 55.5
Quidam feuda à militia armata deducunt, eaq́ referunt ad prædia ab hoſtibus capta, quæ militibus aßignabantur. 60.11
Iacobus Cujacius refert ad ea, quæ de hominibus in jure civili dicuntur: & quos vocamus vaſallos Romani homines appellârunt. 61.12
Feuda antiquiſſimis temporibus fuerunt uſitata. 62.12
Feudi nomen Longobardicum eſt. ibid.
Feudis opponuntur allodia. ibid. 13
Feudorum libri conſcripti ſunt ſine ordine. 5.1
à Feudo ad emphyteuſin non rectè argumentamur, & contrà. 119.26
Feudum aliud paternum aliud antiquum aliud novum. 155.2
Feudum in dubio, præſumitur eſſe antiquum ſive paternum. 157.3
Feudum novum conceſſum vaſallo jure feudi antiqui aſſumit naturam & qualitatem feudi antiqui. 159.6
Feudum novum fit antiquum, quo ad juris effectus. 162.8
Feudum novum eccleſiaſticum à prælato eccleſiæ concedi non poteſt, ut poſſideatur jure feu-

ſeudi antiqui ſiue paterni. 163.9
ſi vaſallus de Feudo antiquo tanquam de novo inveſtiatur, feudum nō ſit novum. 165.10
Feudum aliud eſt regale, aliud non regale. 167.12
Feuda regalia ſolus Imperator non confert. 168.12
Feuda regalia ſunt omnia feuda quæ & Eccleſiaſtici & ſeculares principes tenent. ibid.
Feudalia bona etiam eccleſiaſtici ab Imperatore recognoſcunt. ibid.
Feudum aliud eſt nobile, aliud ignobile. 169.13
unde cognoſci poſſit quæ Feuda ſint nobilia. ibid.
Feuda antiqua ſapiunt nobilitatem. 172.15
Feudum aliud eſt hereditarium, aliud ex pacto & providentia, aliud mixtum. ibid.16
Feudum hereditarium quid. ibid.
Feudum ex pacto & providentia quid. 174.16
Feudorum diviſio ex pacto & providentia eſt à Dd. confičta. 175.17
Feudum ex pacto & providentia aliàs appellatur familiare feudum. ibid.18
Feudum mixtum quid, & unde mixtum dicatur. ibid.
Feudum ex cōmuniori interpretum ſententia præſumitur eſſe hereditarium : ſed aſſeſſores ſupremæ curiæ contrarium probarunt. 176.19

Feudum aliud eſt francum, aliud non francum. 178.20
Feudum francum quid, & unde dicatur. ibid.
Feudum non francum quid. ibid.
Feudum aliud eſt conditionatum, aliud ſimplex. 179.21
Feudum conditionatum, itemque ſimplex quid. ibid.
Feudum aliud eſt ligium, aliud non ligium. 180.22
Feudum ligium quid, & unde dicatur. ibid.
Feudum non ligium quid. 182.23
Feudum aliud habet propriam naturam feudi, aliud non habet propriam naturam feudi. 184.25
Feudum quando habeat propriam feudi naturam, quando non. ibid.
Feudum emptitium non habet propriam naturam feudi. 185.26
Feudum non habet propriam naturam, ſi proprietas in vaſallum transferatur. ibid.27
Feudum item in quo fœmina ſuccedit, non habet propriam naturam feudi. 186.28
Feuda de Camera, de Caneva, Guardiæ, Gaſtaldiæ, & quæ dantur pro mercede rei alicujus, non habent propriam naturam feudi. ibid.29 hæcq; feuda finiuntur morte dantis vel accipientis. ibid.

Feuda

Feuda de Camera, & Caneva appellantur recta feuda, & quare. 186.29
Feudum de Camera quid. ibid.
Feudum de Camera & de Caneva dicuntur feuda ſoldatæ. ibid.30
Feuda ſoldatæ nihil à feudis de Camera & Caneva diſtant: & quare dicantur ſoldatæ feuda. ibid.
Feuda ſoldatæ aliàs dicuntur feuda in curte domini. 188.31
Feudum Guardiæ quid. ibid.
Feuda Gaſtaldiæ quid. ibid.
Feuda de Camera, de Caneva, Guardiæ, Gaſtaldiæ, & quæ dantur pro mercede alicujus rei, finiuntur etiam anno, & liberum eſt domino exacto anno Guardianum & Gaſtaldum removere. ibid.31
Feudum francum non habet propriam naturam feudi. ibid.32
Feudum quoq́, cujus nomine annua penſio ſolvitur, non habet propriam naturam. 190.33
notabilis regula feudalis. ibid.
Feuda conſerunt clerici & laici. 149.1
Feudi antiqui renovationem pupillus & minor abſq́ tutoris & curatoris autoritate faciunt. 222.43
Omnes cujuscunq́ ſexus, ætatis, conditionis aut qualitatis ſunt, Feuda accipere poſſunt. ibid.44

de

de Feudo liber, ſervus, ingenuus & liberti- nus inveſtiri poſſunt. 229.37

Feudum acquiritur tribus modis, inveſtitura ſuc- ceſsione & præſcriptione. 275.1

in Feudo potior habetur, cui poſſeſsio tradi- tur, & l. quoties, C. de rei vindic. in feudis locum habet. 281.22

in privilegiis principum per modum gratiæ factis & in beneficiis eccleſiaſticis prima conceſsio præfertur ſecundæ. ibid. 13

Feuda quædam ſunt pro quibus fidelitas non eſt præſtanda. 301.37

Feudum acquiritur etiam per ſucceſsionem, ſicuti per inveſtituram. 334.1

de Feudis nulla ordinatio teſtamento fieri poteſt. ibid. 3

in Feudo quod liberè alienatur pater filiis præjudicat. 336.6

in Feudo veteri agnatus multò minus in præjudicium agnati in teſtamento aliquid diſponere poteſt. ibid 7

in Feudis primùm ſuccedunt deſcendentes ſive liberi. 339.10

Feuda dignitatum non dividuntur propter varias rationes. 363.41

fallit ſecundum conſuetudinem regionum multarum. 365.42

eaq; conſuetudo iniqua videri nõ debet. 366.
43.

ac per dictam conſuetudinem res ad æqualitatem reducitur. 367.44
Feuda dignitatum dividuntur certis caſibus. ibid. 45
Feuda dignitatum ſemel diviſa, ſemper & inter quoſcunque diviſibilia manent. ibid.
in Feudis locorum conſuetudo attendi debet. 388.64
Feuda per conſuetudinem introducta, debent à conſuetudine regulari. ibid. 64
Feudum emptum non habet propriam feudi naturam. 340.65
Feudum in uno aliquo capiti alteratum, in capite alterato propriam feudi naturam amittit: in aliis verò capitibus non alteratis, propriam feudi naturam ſervat. 392.65
Feudum fœmineum eſt, quando fœmina primùm de feudo fuerit inveſtita. 397.69
Feudum vaſallo & ipſius filiis datum perinde habetur, ac ſi vaſallo & heredibus ipſius datum eſſet. 415.90
Feudum acquiritur tertiò præſcriptione. 431.1 & 433.4
Feudum præſcriptione ſive poſſeſſione triginta annorum acquiritur trib. concurrentib. 433.4
primùm requiritur, quòd vaſallus feudum poſſederit triginta annis ſine uſurpatione ſive interruptione. ibid.

deinde,

deinde, quòd feudum poſſederit tanquam feudum. ibid.

tertiò, quòd ſervitium domino præſtiterit. ibid.

Feuda ſine juſta cauſa domino eripi non poſſunt. 457.1

ne quidem à ſummo principe. ibid. 2

in Feudo novo tempus, quod vivo parente effluxit, filio in annum & diem computatur. 460.2

Feudum in emphyteuſin ad modicum tempus concedi poteſt. 472.37

Feudum hypothecari poteſt. 482.41

Feudum novum agnato reſutari non poteſt. 495.57

Feudum certis caſibus alienari poteſt absq; domini conſenſu. ibid. 58

Feudi natura mutata, feudum non habet propriam naturam feudi. 519.83

Feudum alienatum cum conſenſu domini filii non revocant, ſi novum fuerit. 574.145

Refutatio argumentorũ Sonsbekii. ibid. 145

Feudum antiquum cum conſenſu domini alienatum filii ſtatim revocant, in vita alienantis, refuſo pretio: agnati poſt mortem, nullò reſtituto pretio. 580.147

Feudo alienato cum conſenſu domini in agnatum remotiorem, proximior ad revocandum

dum feudum habet annum. 587.149
Feudum quando ipſo jure amittatur. 590.156
Feudum cùm etiam ipſo jure amittitur, neceſſaria eſt ſententia declaratoria. 591.15
hoc tamen in crimine notorio actu permanente non procedit. 592.158
Feudum evincere eſt per ſententiam judicis feudum auferre. 599.13
Feudo evicto, dominus tenetur vaſallo aliud feudum ejus bonitatis præſtare. 600.14
Si modo vaſallus dominum pendente lite ante condemnationem laudaverit. ibid 15
Feudum novum non probatur niſi per pares curiæ: antiquum quibuscunque teſtibus. 642.42
Fidejuſſor, qui inficiatur ſe fidei juſſiſſe, auxilium diviſionis ſive epiſtolæ D. Hadriani perdit. 543.116
Fidelitatis juramentum vaſallo pacto remitti poteſt & ibi ratio aſſignatur, quare id fieri poſſit. 34.21
Fides dicitur ut fiat quod dictum eſt. 11.4
Fides perfectam continet fidelitatem, eſtq; tota de ſubſtantia feudi. 32.20
Fides vaſallo neq; per directum neq; per obliquum remitti poteſt. 33.20
Filiusfamilias de feudo inveſtitus patri non acquirit uſumfructum. 229.48
Filius

Filius non tenetur alere patrem bannitum, quòd contra patriam fuit. 109.42
Filii ab amore dicuntur. 390.11
Filium propriè definimus eum, qui ex viro & uxore ejus naſcitur. ibid.
Filii filiæve defuncto in capita ſuccedunt. ibid. 12
idq́ jure proprio. 341.15
Filii in feuda ſuccedentes æqualiter ſuccedunt. 362.40
Filii multis de cauſis in feudo non ſuccedunt: & quidem tunc cum matrimonium ad morganaticam eſt contractum. 378.56
deinde quando parentes grave delictum cõmiſerunt. 380.57
tertiò filius non ſuccedit quando vivente patre feloniam commiſit. 382.58
quartò, filius in feudo non ſuccedit, quando pater feudum abſq́ debita forma acquiſivit. 383.60
Quintò filius ex juſta cauſa exheredatus in feudo non ſuccedit. 384.61
Sextò, filius clericus in feudo non ſuccedit. ibid. 62
Septimò, filii natura furioſi, mente capti, aut alias imperfecti in feudo non ſuccedunt. 387.63
Filii cum patruo defuncto in feudis ſuccedunt. 402.81

Filii

Filii duorum fratrum ſuccedunt in feudis in capita. 410.82

etiam patruo magno in allodialibus & feudis. 411.83

Filiis & agnatis datur facultas revocandi feudum uſq; ad triginta annos. 581.148

Filiæ in feudis non ſuccedunt, ne quidem tunc, cùm feudum ſic datum eſt, ut filii & filiæ ſuccederent. 357.35

Filia ſemel excluſa, ulterius non admittitur. 358.36

Refutatio argumentorum quæ obſtare videbantur. 360.37

Filia in feudo pro filiis ac filiabus accepto ſuccedit, ſi filius poſt obitum patris ilicò fuerit mortuus. 361.38

Filia temporaliter eſt excluſa, ſi datum fuerit, ut donec maſculus ſupereſſet, non ſuccederet. 362.39

Fliæ certis caſibus in feudo ſuccedunt: ac quidem primùm tunc, ſi hoc habeat loci conſuetudo. 388.64

Secundò, filiæ ex multorum ſententia in feudo empto ſuccedunt. 389.65

Tertiò in feudis ſuccedunt fœminæ cùm hoc dictum eſt. 392.66

Quartò, ſuccedunt quando feudum eſt francum. 394.68

Quintò,

Quintò, ſuccedit fœmina in feudo fœmineo: ibiq́; dicitur, varias eſſe interpretum ſententias, an filia matri defunctæ in feudo fœmineo ſuccedat. 397.69

Sextò, ſuccedunt fœminæ ex multorum ſententia in feudo ligio. 400.70

Septimò, fœmina ſuccedit in feudo pro quo annuus ſolvitur cenſus. 401.71

Poſtremò, filia in feudo ſuccedit, quando à domino feudum redemit. 402.72

Filia ſuccedit in meliorationibus in bonis feudalibus factis. ibid.73

Filiæ debentur alimenta ex feudo. ibid.74

Filia admiſſa ad feudi ſucceſſionem, filiæ rurſus à filiis excluduntur. 403.75

Refutatio contrariorum argumentorum. ibid.

Flumina unde dicantur, & quotuplicia ſint. 666.30

Flumina inter regalia referuntur. ibid.

Flumina quò ad proprietatem ejus populi ſunt ubi ſunt flumina. 667.30

Franci dicuntur Galli à lacteo colore. 179.20

item Salii. ibid.

Frater dicitur quaſi ferè alter. 550.124

Fratres & ſorores ad ſucceſſionem primùm admittuntur. 349.26

Fratres & ſorores defuncti interdum cum aſcenden-

ſcendentibus vocantur. ibid. 27
Fratrum duorum liberi utrum patruo in capita, an in ſtirpes ſuccedant. 349. 28
Fratrum duorum liberi quare patruo in capita ſuccedant. 351. 29
Refutatio argumentorum Sonsbekii, quibus probare nititur, duorum fratrum filios in ſtirpes patruo ſuccedere. ibid.
Fratribus ac ſororibus utrinq; conjunctis, eorumq; liberis non extantibus ad ſucceſſionem vocantur fratres & ſorores ex altero parente conjuncti. 355. 31
Fratrum ac ſororum deſunctorum liberi cum patruis & avunculis vocantur. 356. 32
Fratres conſanguinei cum fratribus utrinq; conjunctis ad ſeudum vocantur. 369. 47
Fratres patrueles qui dicantur. 416. 91
Fratres patrueles quartum gradum conſtituunt. ibid. 92
Fructus nomen interdum jus, interdum corpus ſignificat. 423. 95
Fructus nomen quando ad corpus refertur, quomodo ſumatur. ibid.
Fructus civiles qui dicantur. ibid.
Fructus alii ſunt naturales, alii induſtriales. 424. 95
Fructuum utriusq; generis & naturalium & induſtrialium quatuor ſpecies ſunt. ibid.

Quid de fructibus ejus anni, quo vaſallus moritur, ſentiendum ſit. 425.25
Fructus & commeditates feudi alienari poſſunt. 482.41
Fundus ſive ager vectigalis eſt ager emphyteuticarius. 118.26
Fundi eccleſiarum & rerum publicarum præſcribuntur quadraginta annis. 437.8
Furioſus, demens, cæcus, de feudo inveſtiri poſſunt. 232.50
Furoris definitio. ibid. 51
Furioſorum duo ſunt genera. 233.52

G.

Gerhardus Niger *autor & compilator eſt primi libri feudorum.* 74.28
idem conſul Mediolanenſis fuit. 76.29
Gradus generationem ſignificat. 413.86
Gradus à Longobardis geniculum appellatur. ibid.
Quot ſunt gradus tot ſunt generationes. ibid. 86
hæcq́ regula prævalet in ſupputandis gradibus: reliquæ ſuperfluæ & ineptæ ſunt. ibid.
Guardia cuſtodiam ſignificat. 138.31

H.

Heres contra factum defuncti venire non poteſt. 285.19

Heredis

Heredis appellatio heredis heredem continet. 414.89
Heres qui negat rem eſſe hereditariam, & de mendacio convincitur, perdit beneficium Falcidiæ. 543.116
Heredi ſuo nemo poteſt plus commodi relinquere quam ipſe habuit. 341.13
Hereditas parentum debetur liberis, propter votum parentum & naturalem erga liberos charitatem. 339.10
Hæretici, excommunicati, banniti, publico crimine damnati, nati ex nefariis & inceſtis nuptiis, &c. feuda accipere non poſſunt. 233.53
Hermaphroditus de feudo inveſtiri poteſt: & unde hoc nomen ſit. 224.45
Homagium quid ſit, & unde dicatur. 67.16
ab Homagio eſt Germanicũ hüldung. 68.16
Honeſtum ſemper ſpectandum. 262.30
Honor omnibus rebus eſt precioſior. 310.43
Hoſtenditiæ ſunt reditus, quos vaſalli domino præſtant, cùm in militiam cum domino non eunt. 72.24
Hoſtes dicuntur ab hoſtiendo, i. æquando. ibid. [illegible]
Hypotheca quid. [illegible].7
Hypotheca prædii dotalis prohibetur. 14[illegible]
Hypothecatio feudi ad alienationem non ſpectat. 496.60

Hypotheca à pignore ſolo nominis ſono differt. 496.61

I.

Iacobo de Belviſo octies feudorum libros legit. 16.12

Immunitas ſacrorum locorum non injuriantibus, ſed injuria affectis datur. 552.125

Imperator eſt fons omnium dignitatum. 168.12

Imperator ſuperiorem non habet. 181.22

Imperator imperium ad deſcendentes transmittere non poteſt. ibid. 22

Imperator in omni juramento nominatim excipi debet. 182.23

Imperator eſt princeps mundi, & corporalis mundi Deus. ibid.

Imperator Romanus inter laicos primum locum habet. 207.22

Imperator quis olim fuerit dictus, & quis hodie Imperator dicatur. ibid. 23

Imperator dicitur princeps, auguſtus & pater patriæ. 209.25

Imperator quandoque abſolutè dominus dicitur. 210.25

Imperatorem feudorum autores regem nominant. 212.28

Imperator de feudo regali, ut ducatu, marchionatu, comitatu ſolus cognoſcit; ibique exempla vide. 616.1

Impe-

Imperator in conceſſione regalium, uti debet clauſula, motu proprio vel ex certa ſcientia. 656.13
Inceſtum committere quis dicatur. 722.78
Inceſtus dicitur quaſi incaſtus. ibid.
Inceſtus committitur, vel jure gentium, vel jure civili. ibid.79
Inceſtarum nuptiarum pœna. 724.80
Incorporare bona quid ſit. 709.68
Indictiones quid ſint. 829.85
per Indictiones quare anni numerantur. ibid.
Infans in feudis minorem quatuordecim annis ſignificat. 464.16
Infans non intelligit quid loquatur. 226.46
Infans non per ſe, ſed per tutorem feudum acquirit. 227.46
Infeudatio rerum quæ ſolitæ ſunt infeudari, non eſt nova infeudatio, ſed veteris continuatio. 254.19
Inſtitutio omnis quæ à ratione ſuſcipitur à definitione proficiſci debet. 651.1
Interdicta poſſeſſoria domino non accommodantur. 608.25
Interdictum unde vi, volunt etiam canoniſtæ cōpetere pro perſonali præſtatione. 611.31
Interdictum poſſeſſorium non conceditur ratione ſtatus, in quo percipiens præſtationem eſt. ibid.

Inveſtituræ verbis ſtandum eſt : eaq́ eſt [illegible] maxima. 272.25

Inveſtituræ tenor potior eſt omni natura feudorum. ibid.

Inveſtitura novi feudi rectè fit ab eo qui legitimè bonorum ſuorum adminiſtrationem habet. 219.41

Inveſtitura eſt neceſſarium ſignum feudi, & ſine ea feudum non conſtituitur. 276.2

Inveſtitura aliàs inveſtitio dicitur. ibid. 3

Inveſtitura duplex eſt, propria & abuſiva. ibid. 4

propria Inveſtitura eſt poſſeſſio. ibid. 5

abuſiva inveſtitura dicitur, cùm dominus vaſallo baculum, gladium, haſtam, vexillum, vel quid aliud corporeum porrigit. 277.6

Inveſtitura quæ fit in re præſenti poſſeſſionem transfert. ibid. 7

Inveſtitura quando non fit in re præſenti, vaſallus agit ad traditionem rei feudalis, & dominus neceſſe habet tradere. 278.7

Inveſtitura rectè fit de feudo nondum aperto. 284.18

Sed hic inter clericum & laicum diſtinguendum eſt : & ibi ratio diverſitatis aſſignatur. 285.19

Inveſtitura magis ad ſtipulationem, quàm ad legatum accedit. 290.23

Inveſti-

Inveſtitura quæ pure fit de feudo alieno non valet. 291.24
Inveſtituram petit vaſallus per ſeipſum & per procuratorē: nec diſtinguimus hic inter propriam & abuſivam inveſtituram. ibid.25
Inveſtitura novi feudi fit coram paribus curiæ, vel extraneis ſi dominus pares non habeat, vel habeat, ſed abſint. ibid.26
Inveſtitura quare coram parib. fieri debeat. ibid.
Inveſtitura veteris feudi poteſt fieri coram extraneis. 292.26
Inveſtituræ petendæ nullum certum tempus conſtitutum eſt, ſed vaſalius ter citatus venire debet, & præſtare juramentum. 294.29
Inveſtitura antiqui feudi intra annum & diem eſt petenda: & ibi rationes hujus rei redduntur. 295.30
Inveſtituræ petitio, ſignum eſt reverentiæ, quam vaſallus domino exhibere debet. ibid.
Inveſtitura quare non intra annum, ſed intra annum & diem petenda ſit. 296.31
ad Inveſtituram petendam milites habent annum & menſem. 298.32
Inveſtituram ſinguli heredes petere tenentur. 299.33
poſſunt tamen unum eligere, qui tanquam curator omnium nomine inveſtituram petat. ibid.34

Inveſtitura peti debet ab omnibus heredibus domini, niſi ipſi unum eligant, à quo inveſtitura petatur. 300.35
Inveſtituræ petendæ tempus dominus minuere non poteſt. ibid. 36
Inveſtitura facta præſtatur juramentum, niſi remiſſum fuerit. 301.37
Inveſtitura probatur per brevem teſtatum, vel per pares curiæ, quandoq; etiam per extraneos. 314.46
Iudicium feudale totum ordinem juris obſervet: offerendus enim eſt libellus lis conteſtanda &c. 633.36
Iura feudalia quandoq; fundantur in ratione naturali, & tunc ad deciſionem aliarum cauſarum rectè allegantur. 81.32
Exempla jurium feudalium in ratione naturali fundatorum. 82.33
Iuramentum ſequitur naturam contractus, ſuper quo interponitur. 112.21
Iuramentum à defuncto præſtitum, perſonam ipſius jurantis non egreditur. 296.30
Iuramentum fidelitatis vaſallo poteſt pacto remitti. 301.37
Iuramenti forma in conſuetudinibus feudalibus eſt triplex. ibid. 38
Iuramenti fidelitatis forma congruit feudo non ligio. 304.40

Iura-

Iuramentum calumniæ non præſtatur iu cauſis ſeudalibus. 6;7.39
Iuramentum calumniæ in cauſis feudalibus in initio litis non præſtatur. 639.40
Iure civili, actore non probante, reus abſolvitur: ſecus eſt jure conſuetudinario. 314.47
Iure conſuetudinario datur reo defenſio: ac defenſio purgatio eſt quæ fit cum duodecim ſacramentalibus, eſtq; primum genus defenſionis. 315.48
de Iure περιλιμήσεως. 137.37
Ius patronatus quando poſſit vendi. 241.9
Ius luendi pignoris præſcriptione triginta vel quadraginta annorum non tollitur. 434.6

L.

Laici unde dicantur: ibiq; laicorum ordines vide. 207.22
Landgravii quid ſint. 215.33
Laudare autorem eſt vocare dominum ut ſe defendat. 600.15
Laudemium quid ſit. 142.39
Lectores qui dicantur. 203.16
Legata ſub conditione vel in diem incertum recta ante conditionem vel diem in heredem non tranſmittuntur. 289.22
Leges & conſtitutiones futuris dant formam negotiis & non ad facta præterita revocantur. 474.31

Leges civiles ſæpius puniunt inficiationem: ibiq; exempla multa vide 1[illegible].116
Lehen Germanicum, eſt à leudis ſive leodib. [illegible]4.3
Lex commiſſoria in feudis prorſus ceſſat. 4[illegible]1.41
Libellaria quid, & in quibus à feudo differat. [illegible]50.45
Liberi inæqualiter in teſtamento inſtituti, nihilominus æqualiter in feudo ſuccedunt. 334.4
Et hoc de veteri feudo intelligitur, non de novo in quo pater filiis præjudicare poteſt. 335.[illegible]
Liberorum appellatione intelliguntur filii filiæve, & qui ex iis deſcendunt. 339.11. & 415.90.
Liberi naturales vulgò dicuntur Baſtardi. 343.17
Liberi legitimantur tribus modis: primùm per ſubſequens matrimonium. ibid.
Liberi legitimati per ſubſequens matrimonium pro ſuis & legitimis liberis habẽtur. 344.19
Legitimati per ſubſequens matrimonium in bonis feudalibus patri ac aliis agnatis ſuccedunt. 370.48.
Idq; etiam tunc procedit, quando quis in articulo mortis conſtitutus, concubinam uxorem duxerit. 371.48
Refutatio argumentorum quæ in contrarium videntur facere. ibid. 50
Legitimati per ſubſequens matrimonium non tantum

tùm patri ſui & legitimi ſiũt, ſed & cõſanguinei & jus agnationis acquirunt. 372. 50
Liberi legitimantur deinde per oblationem curiæ. 347. 23.
Liberi per oblationem curiæ legitimantur etiam cùm legitimi liberi extant, ijq; jus ſuitatis conſequuntur non agnationis. ibid. 23.
Liberi legitimati per oblationem curiæ, ſoli patri in feudo ſuccedunt. 375. 53.
Liberi deniq; legitimantur per reſcriptum principis. ibid 54.
Liberi legitimati per reſcriptum principis ius ſuitatis & agnationis conſequuntur. 348. 25.
Legitimati per reſcriptum principis in feudo ſuccedunt, quando princeps liberos nominatim ad feuda legitimavit. 376. 54
Legitimati in feudis ſuccedunt: & hoc in diſpoſitione legis & hominis locum habet. 373. 51.
Refutatio argumentorum contrariorum. 374. 52.
Liberi emancipati cum liberis in poteſtate exiſtentibus in feudo ſuccedunt. 369. 46.
Liberi diverſi matrimonij in feudis ſimul ſuccedunt. ibid. 47.
Liberi ſui heredes ſunt, ac viuo patre domini dicuntur. 575. 146.
Libertas eſt res inæſtimabilis. 541. 113.
Libertus patronum ſine venia in ius non vocat. 636. 38

Ligius Italorum verbum eſt, & quid ſignificet. 181.22
Litus quid ſit & unde dicatur. 674.43
Litus differt à ripa. 675.44
Locatio rei feudalis ad modicum tempus prohibita non eſt. 479.16
Longobardi unde nomen habeant. 54.2
Longum tempus decem vel viginti annos ſignificat. 478.36
Lugendi tempus annuum eſt. 530.79

M.

Majeſtas tribuitur Deo, item populo Romano. 731.88
Majores natu ſunt honoratiores minorib. 48.32
Malorum conſortia bonos corrumpunt. 549.123
Mandati origo. 17.12
Mandatum recipit ſalarium. ibid.
Marchio quis dicatur. 215.32
Marchiones aliàs dicuntur Marggravii. ibid.
March ſignificat equum militarem, ibid. 34
de Marſchalco & comeſtablo. ibid.
Mars dictus quòd maribus in bello præeſt. 30.19
Militia quid ſit. 576
Militiæ armorum ſive telorum. 59.7
ac Militiæ hæ legari & vendi poterant. 58.6
Molendinum collapſum poteſt quilibet reædificare, nullius temporis præſcriptione obſtante. 669.14

Molen-

Molendinum poteſt quilibet in ſuo ædificare eo non obſtante, quòd quis ſolus per plurimos annos molendinum habuit. ibid. 36
Monachi non ſunt clerici, & unde dicantur. 204.19
Monachis ſimiles ſunt anachoretæ & heſychaſtæ. ibid. 20
Monachi ſub epiſcoporum poteſtate ſunt. 205.20
Monaſterium propriè virorum eſt. ibid. 19
Monetarii dicuntur à moneta. 694.55
Monetarii qui falſam cudunt monetam, flammarum exuſtionibus mancipantur. ibid. 56
Monetam falſam expendentes tenentur pœna legis Corneliæ de falſis. ibid. 57
Monetæ bonitate extrinſeca mutata, tempus ſolutionis inſpicimus, non contractus. ibid. 58
niſi dictum fuerit, ut pecunia redderetur ſub eadem æſtimatione. 697.59
Sic ſi dictum fuit, pecuniam datam eſſe ad talem æſtimationem, tempus contractus inſpicimus. ibid. 60
Idē dicimus, ſi debitor in mora fuit. ibid. 61
Monetæ bonitate intrinſeca mutata, inſpicimus tempus contractus non ſolutionis. ibid.
Mora quomodo fiat. 109.19
Mora quomodo purgetur. 129.32
Moræ purgatio non eſt de jure. ibid.
Morganatica eſt donatio propter nuptias: & ibi nominis hujus ratio traditur. 69.21

Mulier in ſeudo non ſuccedit propter varias cauſas. 29.19.

Mulier quare ſocaria appelletur. 31.19.

Mulier dotalium rerum poſſeſſionem propria autoritate ingredi non poteſt. 124.40.

Mulier ſeudum habens ſeipſam de ſeudo dotare poteſt 180.39.

Mulier poteſt contrahere abſq; conſenſu conſanguineorum, ſi conſanguinei requiſiti recuſant conſentire. 504.71.

Mulier quæ ſe deoſculari patitur, dotem perdit. 533.101

Mulier non eſt teſtis in cauſa ſeudali. 641.4[illegible]

Mulcta unde dicatur. 699.64.

N.

Neceſſitas magna eſt fames. 501.67.

ob Neceſſitatem famis pater poteſt vendere filium. ibid.

Neceſſitas magna dicitur, ſi vaſallus in latrones incidat. 502.68.

Neceſſitas legem non habet. 503.69.

Nemo iuri quod ignorat renunciare poteſt. 470.25.

Nepotes noſtros dulciori nomine quàm filij appellare non poſſumus. 33[illegible]

Nepotes nepteſuè ſuccedunt iure repræſentationis. 31[illegible]

non ſolùm quando cum patruis vel avunculis

culis concurrunt, verùm etiam quandò ſoli extant. ibid. 14.
nihil verò refert utrum liberi in poteſtate ſint, an emancipati. 342.14
Similiter utrum ſint ex eodem matrimonio, an verò ex diverſo. ibid. 16
Nobilium veriſsima definitio. 170.14
Nobiles non ſtatim efficiuntur qui à majoribus vel minoribus valuaſoribus feuda tenent. 172.14
Nobilitas in ictu oculi non naſcitur. ibid. 15.
Nobilis mulier plebeio nupta, plebeia efficitur. 379 56.
Notarius qui ſuper alienatione feudorum ſine domini voluntate facta inſtrumentum conficit, ex conſtitutione Lotharij fit infamis: ex Friderici verò manus ipſi præſciditur. 475.31.

O.

Obertus de Orto compilator eſt ſecundi & tertij libri feudorum, 76.28.
idem conſul Mediolanenſis fuit. ibid. 29.
Omnimodo, præciſam coactionem ſignificat. 279.8
Operationes damno nos afficiunt, & quæ tendunt in diminutionem rerum & diminutionem voluntatis. 513.79.
Ordo in iure eſt laudabilis. 5. 2
Ordo memoriam plurimùm iuvat ibid.

Oſculo pudicitiam mulierum delibari veteres crediderunt. 531.99
Oſculum proximum eſt à coitu. ibid.
Oſtiarii qui dicantur. 203.16

P.

Pactum, quod prælatus cum capitulo facit, ſervandum eſt. 254.20
Pacta quæ de futura hereditate fiunt, jure civili non valent. 379.56
Papa inter clericos primus unde dictus ſit. 195.3
Papa unde dicatur. ibid.
Parabolani ſunt qui ad curanda debilium corpora deputantur. 204.18
Parabolani unde dicantur. ibid.
Pares curiæ judices ſunt, ſi contentio ſit inter dominum & vaſallum. 618.5
nec refert utrum dominus feudi ſuperiorem recognoſcat, an non. ibid.6
item, an pares minores & inferioris gradus ſint ipſis litigatoribus. ibid.7
Pares curiæ ſunt iudices etiam quando vaſallus clericus eſt. ibid.8
Pares omnes ſimul iudices non ſunt, ſed dominus & vaſallus pares eligunt. 620.9
Non valet conſuetudo, ut dominus ſolus pares eligat. ibid.10
Pares curiæ quando ſunt ſuſpecti, tunc ordinarius eſt iudex. ibid.11

Pares

Pares quando debent eſſe teſtes, ordinarius quoq; eſt judex. 621.12
Pares curiæ item quando non extant, ordinarius quoq; eſt judex. ibid. 13
Si per conſuetudinem vel privilegium inductum fuerit, ne pares ſint judices inter dominum & vaſallum, conſuetudinem conſequimur. ibid. 14
Pares non ſunt judices quando domino feudi fidelitatis ſacramentũ non præſtiterunt. 622.15
Pares utrum inviti cogantur eſſe judices. ibid. 16
Pares curiæ & dominus feudi non ſunt competentes judices, quando principaliter de feudo non exiſtit contentio. 631.33
Pares curiæ non præſtant juramentum, quòd juſtè judicare velint. 634.37
Parricidium homicidio gravius eſt. 533.103
Parricidarum pœna. 534.104
Parum eſt jus noſſe, ſi perſonæ quæ jus cõſtituunt, & quarum cauſa conſtitutum eſt, ignorentur. 194.1
Patre filium delinquentem ad judicem ducente remiſſius filius plectitur. 383.59
Patria unicuiq; dulciſſima eſt. 307.42
Patria eſt antiquior parens: & ibi vide plura de patria. ibid.
Patriarchæ ſunt proximi à papa. 197.5
Patriarchæ ſunt quatuor. ibid.

Patriarchæ archiepiſcopi dici poſſunt, ſed non contrà. ibid. 6

Patriarcha differt ab archiepiſcopo. ibid.

Patriarchæ poſſunt feuda dare. ibid.

Pacunia à pecude dicta eſt. 24[illegible].12

Pecunia quam princeps ex ærario erogat, eſt res immobilis. 24[illegible].13

Pecunia numulario data in feudum concedi poteſt. ibid 13

Pecunia per ſe conſiderata res mobilis eſt: & ideo pecunia ex feudo redacta non eſt feudalis, quamvis convenerit, ut feudi naturam haberet: ex conventione tamen pecunia in emptionem feudi convertenda eſt. 247.13

Pecuniæ ſunt alter hominis ſanguis. 463.14
imo vita. ibid.

Pedagium quid, & quomodo aliàs dicatur. 360.13

Penſiones annuæ, quarum dies nondum ceßit, annumerantur rebus immobilibus, & ideo in iis feudum conſiſtit. 249.15

Periculum aquæ frigidæ vel ferventis, vel ferri candentis, tertium defenſionis genus eſt. 319.52

Permutatio eſt vicina emptioni & venditioni. 485.46

Permutatione rerum emptionem & venditionem

nem contrahi Sabiniani & Caſſiani voluerunt. ibid.
Perpetuum ſecundum ſubjectam materiam variè accipitur. 279.8
Pfalzgravii quid ſint. 215. 33
Pignus cujus diſtractio à debitore creditori permittitur, pignus conſultū appellatur. 473.29
Piſcari meræ eſt facultatis & voluntatis: & qui ſolus piſcatus eſt per plurimos annos in parte aliqua fluminis, alios ibi piſcari volentes prohibere non poteſt. 669. 33
Placentia ab amœnitate nomen habet. 199. 10
Pœna judicis arbitraria punitur, qui fœminam turpiter deoſculatur. 531.100
Pœna dicitur à puniendo ſeu ponendo. 700. 64
Pœna & mulcta differunt ut genus & ſpecies. ibid 65
à Pœna & mulcta quælibet cauſa excuſat. 707.66
Pontificis nomen unde deſcendat. 196.4
Portus unde dicatur, & quid ſit. 672.38
Portum veteres pro domo acceperunt. ibid. 39
quilibet privilegiatus ad conſervationē & reparationē portus cōferre tenetur. 673.40
Portus ſignificat quoq; vectigal quod in portu vel pro tranſitu per pontem ſolvitur. ibid. 51
Poſſeſſio eſt rei corporalis detentio. 27[illegible].5
Poſſeſſio nulla acquiri, niſi corpore & animo poteſt. 278.7

Poſſeſſio rerum, quæ vectigali fraudatu in commiſſum inciderunt, ſententia judicis auferenda eſt. 677.48.49

Poſt decennium dicimus rem cum conſenſu capituli alienatam, ſi de eo dubitetur. 256.22

Prælati eccleſiarum eccleſiæ conditionem deteriorem facere prohibentur. 163.9

Prælati eccleſiarum res eccleſiæ non ſolitas in feudum dari, infeudari prohibentur. ibid.

Prælatus eccleſiæ poteſt rem ad eccleſiam reverſam alteri rurſus in feudum concedere. 253.19

Prælati eccleſiarum etiam decimas ad eccleſiam reverſas in feudum rurſus concedere poſſunt. 254.19

in Prælatis eccleſiarum & principibus debet eſſe conſtans voluntas, tanquam in fonte juſtitiæ. 255.20

Prælati non coguntur res ſolitas infeudari in feudum concedere. 260.26

Prælati eccleſiarum debent de honeſtate infeudare res ad eccleſiam reverſas. 262.29

Prælatus eccleſiæ rem ſolitam in feudum dari, extraneis & cognatis infeudare poteſt, non capitulo aut civitati. 263.31

Præſcriptio plerunque exceptionem ſignificat, & nihil aliud eſt quàm exceptio. 431.1

Præſcriptio interdum ſignificat poſſeſſionem ſive acqui-

acquiſitionem longi temporis. ibid.

Præſcriptio triginta annorum nocet domino volenti vindicare bona feudalia per vaſſallum alienata : ibiq́; diſſentientes opiniones recitantur. 445.13

Quòd dicitur feudis nullam obſtare præſcriptionem, de præſcriptione decem, vel viginti annorum intelligitur. 441.14

Falſum quoq; eſt quod Sonsbekius aſſirmat, feudum abſq; domini conſenſu alienatum, olim decem vel viginti annis non potuiſſe præſcribi. 443.15

Præſcripſiſſe regalia dicuntur, qui regalibus per tempus immemoriale uſi ſunt. 657.15

In hujusmodi præſcriptione ſcientia principis neceſſaria eſt. ibid.16

Præſcriptionis immemorialis effectus multi ſunt. ibid.17

Præſumptio juris contraria probatione tollitur. 256.22

Precaria quid ſit. 151.46

Presbyteri ſunt qui ſacrorum curationem habent : idq́; nomen dignitatis eſt. ibid.11

Presbyteri paſſim epiſcopi nominantur. 200.11

Presbyteri quando epiſcopi deſierint dici, & quare. ibid.

Primogenitus qui natura demens eſt, quomodo in feudis regalibus admittatur. 387.63

Princeps qui pactiones non ſervat, magis peccat quam alius. 255.20

Princeps ſine cauſa legitima jus agnatis quæſitum tollere non poteſt. 376.54

Principis poteſtati nihil reſiſtit. 377.54

Princeps qui ſine juſta cauſa alteri jus ſuum aufert, tyrannus eſt. ibid. 55

Principes, duces, comites & alii qui regalia habent, cognoſcunt de homicidio in via publica perpetrato. 663.25

Principes vias publicas à latronibus purgare debent. 664.27

Principes damnum in viis publicis datum reſarcire tenentur. ibid. 28

Modò quis iter fecerit per viam regiam, per quam vulgò iter fieri ſolet. 665.28

Principium eſt potiſſima pars cujusque rei. 52.1

Privatus quilibet feudum conferre poteſt. 219.41

Privilegium privatis, hoc eſt, ſingulis datur. 13.8

Proditionis maximum crimen eſt: idque ex multis intelligitur. 551.125

Proſcriptionem ſive deportationem D. Auguſtus primus in rempublicam Romanam introduxit. 725.82

Proteſtatio jus proteſtantis conſervat, ſi facta contraria non ſit. 123.29

Proteſtatio facto contraria non prodeſt. 471.23

Pſalmiſtæ qui dicantur. 203.16

Pube-

Puberes qui vocentur. 225.46

Puberes cum & ſine tutoris autoritate feuda accipere poſſunt. 227.46

Publicani ſunt, qui publica vectigalia conducta habent. 673.50

Publicani habuerunt multa privilegia. ibid. 51

Publicanorũ mores corruptiſsimi fuerunt. 680.52

Publius Malleolus matre interempta primum inſutus culeo in mare præcipitatus eſt. 535. 104

Pueritiæ tres ſunt gradus. 224.46

Pupilli, furioſi, prodigi, mente capti, & minores viginti quinq; annis prædia ſua in feudum dare non poſſunt. 220.42

Pupillæ poſt decimum quartum annum currit tempus petendæ inveſtituræ, ſicut pupillo. 464.17

Pupillus pupillaq; feudo privari non poſſunt, ſi ante decimum quartum annum inveſtituram non petierint. 465.17

Pupillus inter miſerabiles perſonas numeratur. 571.27

Q.

Qualitas adjecta verbo non videtur intelligi ſecundũ tẽpus verbi, quod eſſe debebat 374.52

Quæ meræ facultatis ſunt non præſcribuntur. 669.33

Quæ meræ facultatis ſunt præſcribuntur, inter-

veniente prohibitione præſcribentis, cum patientia ejus contra quem præſcribitur per tempus ad præſcribendū ſufficiens. 670.37
Qui falſum dicit teſtamentum, differt ab eo qui dicit inofficioſum. 716.76
Quod nullum eſt, regulariter nō producit aliquem effectum. 514.80

R.

Ratio quare feudum in immobilibus conſiſtat. 265.32
Reditus annui inter res immobiles referuntur. 246.13
Reditus unde dicantur. 249.15
Reditus minorum ſine decreto non poſſunt alienari. 250.15
Reditus annui conſtituti in rebus immobilibus, vel ſuper re aliqua mobili, in feudum concedi poſſunt. ibid.
Refutatio feudi non comprehenditur verbo alienationis. 49?.53
Regalium definitio. 651.2
Regalia ſunt duplicia, majora & minora. ibid. 3
Regalia majora ſunt, ſpurios legitimare, creare tabelliones, famæ & honoribus reſtituere, &c. ibid. 4
Regalia acquiruntur duobus modis, conceſſione Imperatoris & præſcriptione. 651.?
Regalibus quibuſdam expreſſis, veniunt etiam ſimilia expreſſis. 692.10

Re-

Regalia contra Imperatorem præſcribuntur per tempus immemoriale. 659.18

Regalia contra privatum præſcribuntur triginta vel quadraginta annis. ibid 19

Regalibus præſcriptis nunquam ſuprema juriſdictiones præſcriptæ cenſentur. ibid.20

inter Regalia referuntur primùm armandiæ: & ibi explicatur quid ſint armandiæ. 661.21 uſq; ad pag.733 num. 91

Regulariter qui ſcit crimen aliquod, illiud prodere non tenetur. 536.107

certis tamen caſibus qui ſcit crimen, prodere illud tenetur, aliàs punitur: ibiq; exempla vide. ibid. 107

Religioſum unde dicatur, & quomodo res religioſæ conſtituantur. 240.7

Remiſſio ingratitudinis non trahitur ad incognita. 470.25

Reorum bona ſi ſuperfuerint liberi non confiſcantur. 727.83

Res ſacræ, religioſæ, publicæ, & quarum alienatio lege, ſtatuto, conſuetudine, vel à teſtatore prohibita eſt, in feudum dari non poſſunt. 239.3

Res ſacræ alienatæ profanæ dicuntur, & unde. 240.6

Res ſacræ & religioſæ aliis rebus non ſacris ſive religioſis accedentes, in feudũ veniunt. 241.9

Res Eccleſiarum diſtinguuntur à rebus ſacris. 252.18
Res eccleſiarum in feudum dari poſſunt, & nova quidem cum conſenſu capituli: ſolitæ infeudari à ſolo prælato eccleſiæ. 253.19
Res dicitur ſolita infeudari, ſi bis infeudata eſt per quadraginta annos. 257.23
Res eccleſiæ bonis incorporata, non dicitur ſolita infeudari. 260.27
Res quando dicatur incorporata menſæ ſive bonis eccleſiæ. ibid.28
Res mobiles ne quidem interveniente cautione in feudum dari poſſunt. 266.33
Re immobili in feudum data, juriſdictio quoq; conceſſa videtur. 268.35
Res ſacræ & religioſæ à nemine acquiri & poſſideri poſſunt. 443.16
Res furtivæ & vi poſſeſſæ non uſucapiuntur. 444.16
Reſoluto iure concedentis, reſolvitur ius accipientis. 498.62
Revelatores ſecretorum odio ſemper fuerunt. 553.126
Rex ſuperiorem non recognoſcens, ſimilis eſt Imperatori. 191.22
Rex à regendo dicitur, quòd ſecundum juſtitiæ regulam ſubditos regere debeat. 213.29
Rex unde Græcis dicatur. 214.30

Riparenſia caſtra. 675.44
Ripatica ſunt gabellæ, quæ riparum ratione ſolvuntur. 674.42
Ripuarii. 676.44
Ruſticus quoq; feuda conferre poteſt. 219.41

S.

Sacramentales qui dicuntur. 68.19
Sacramentum ſignificat iusiurandum, itemq; pecuniam quam litigantes in ſacro deponebant. ibid.20
Salicæ leges quo tempore latæ & unde dictæ ſint. 71.23
Scholaſticus ob peſtem domum in annum conductam relinquens, excuſatur à præſtatione totius anni. 467.21
Scholæ in Romano Imperio undecim fuerunt, in quibus arma fabricabantur. 59.8
Secundum naturam eſt, ut unuſquiſq; proprium ſanguinem extraneæ perſonæ anteponat. 264.31
Senectus auget ſapientiam, & dat maturiora conſilia. 48.32
Servitia ex commodo domini feudi ſunt præſtanda. 38.24
Servitia interdum in genere, interdum in ſpecie debentur. 43.28
Servitia debentur, etſi in conceßione feudi nulla ſervitiorum facta fuerit mentio. 46.29

plures

plures defuncti vaſalli heredes quomodo ſervitia præſtent. 451.30
Servus à domino de ſeudo inveſtitus liber ſit. 229.47
Servitutes inter immobilia numerantur. 252.17
Servitutis impoſitio alienatio non eſt. 495.59
Servitutes perſonales vocantur etiam hominum ſervitutes. 498.63
Soldata quid. 187.30
Solitum non verificatur in unico actu. 259.25
Solum ICtorum verbum eſt. 237.2
Subditi non poſſunt cogi ut molant in molendino domini: aut panes coquãt in furno domini 670.35
Succeditur jure communi duobus modis: vel ex teſtamento vel ab inteſtato. 334.2
Succedẽti ab inteſtatore tres ſunt ordines: aſcẽdentium, deſcendentium & tranſverſalium: ibiq; & in numeris ſequentibus de ſucceſſione plura vide. 337.8
Sub infeudatio alienationis verbo non comprehenditur. 487.49
Subinſeudatio procedit, ſi tria copulativè concurrant. 489.50
Subinſeudatus feudum alienare volens, adhibere debet conſenſum domini cujus eſt proprietas. 491.52

T.

Tabularii olim erant ſervi publici. 140.33

Tab

Tela & colus ancillarum mulierumq́ propria ſunt. 30.19

Tenor inveſtituræ potior eſt omni natura feudorum. 39.25

Tenor inveſtituræ diligenter inſpiciendus eſt. 35.66

Theatra quid ſint. [illegible]

Theſaurus quid ſit. 733.91

Theſauros in proprio loco unicuiq; licet quærere. ibid.92

Theſaurū in alieno loco non licet quærere. 734.94

Theſaurus in Cæſaris loco inventus ad quem pertineat. 735.95

Tituli in feudum dari non poſſunt: & ibi explicatur quid ſint tituli. 199.10

Tranſverſales qui dicantur. 348.26

Tranſverſales ſuccedunt in feudis, deficientibus deſcendentibus, non aſcendentes, duobus caſibus exceptis. 406.77

Tranſverſales ſuccedunt ſub triplici conditione. ibid.

Tranſverſales in feudo novo ſuccedere non poſſunt. 407.78

ex Tranſverſalibus primùm ad feudi ſucceßionem vocantur fratres defuncti. 408.79

nec hic diſtinguimus inter fratres ex uno vel utroq; latere conjunctos. ibid.80

Tranſverſales gradu proximiores admittuntur in

in ſeudis poſt fratrum filios. 411.14

Tranſverſales aſcendentium in ſeudis admittuntur. ibid. 15

Tranſverſales olim ultra fratres patrueles in ſeudo non ſuccedebant. 417.91

Tranſverſales hodie ſuccedunt uſq; ad ſeptimum gradum. 417.92

Hoc tamen ita intelligendum eſt, ſi ſeudum à primò acquirente ad tranſverſales pervenit: aliud eſt, ſi ad aſcendentes pervenit, & poſtea ad collaterales, tunc träſverſales in infinitum ſuccedunt. 417.93

V.

Valvaſores maiores & minores ſeuda conferunt. 218.40

Valvaſini quoq; ſeuda conferre poſſunt: & qui dicantur valvaſini. ibid.

Vaſalli dicuntur fideles. 10.1

utrum Vaſallus in feudo uſumfructum habeat, an verò utile dominium. 19.13

Vaſallus in ſeudo uſumfructum perpetuum habet: nec hoc naturæ uſusfructus adverſatur. 24.16

Vaſallus debet eſſe fidelis domino: nec valet conventione, ne dolus præſtetur. 32.20

Vaſallus cui pactione fidelitatis iuramentum remiſſum eſt, dicitur vaſallus per non ſacramentum. 34.21

Vaſa-

Vaſallus debet ſervire domino: & aliud eſt ſervire, aliud ſervum eſſe. 34.22
Vaſallus tenetur ad ſervitia honeſta. 36.23
Vaſallus quando ſervitia præſtet. 38.24
Vaſallus an libertatē ſerviendi præſcribat. 39.24
Vaſallus cuius ſumptibus ſervire debeat. 42.26 & 43.27
Vaſallus amittens equum inter ſerviendum vel aliud quippiā, à domino repetere poteſt. 43.27
Vaſallus ad ſpecialia ſervitia obligatus, alia præſtare non cogitur. 44.28
Vaſallus ſervire tenetur, etſi in conceßione feudi ſervitiorū nulla facta fuerit mentio. 47.30
Vaſalli etiam clientuli dicuntur. 55.4
Item leudes ſive leodes. 64.13
Vaſallus dicitur à Germanico Geſell / *quod comitem ſignificat.* 66.15
Vaſallus ob deteriorationem feudi, feudo expelli poteſt. 123.33
Vaſalli regali dignitate inveſtiuntur vel immediatè ab Imperatore, vel mediatè à principibus. 168.12
Vaſallus ligius appellatur aliàs vaſallus homologus. 182.23
Vaſallus non cogitur ſervire contra Imperatorem vel regem ſuperiorem non recognoſcentem. 183.24
Vaſallus abuſivè inveſtitus, propria autoritate poſſeſ-

poſſeſſionem apprehendere poteſt. 280.20

Vaſallus qui à clerico inveſtitur in caſum mortis alterius circumſpectius eſſe debet. 288.21

Vaſalli filius cùm petit ſe inveſtiri de feudo defuncti parentis, debet ſe proprio juramento ad fidelitatem obligare. 296.30

Vaſallus intra annum & diem inveſtituram petere tenetur. ibid. 31

Vaſallus jurat pro ſe, non pro ſucceſſoribus. 301.37

Vaſallus in aliam formam, quàm qui antiquitus obtinuit, jurare non cogitur. 304.39

Vaſallus ſi contra antiquam formam juraverit, juramentum præſumitur per vim & metum extortum. ibid. 39

Vaſallus non juvat dominũ cõtra ſeipſum. 305.41

nec contra patriam. 307.42

Vaſallus ad accuſandum dominũ admittitur, ſi dominus patriam prodere voluerit. 309.42

Vaſallus juvat dominum in bello juſto. 312.44

Vaſallus in bello injuſto dominum juvare non cogitur. ibid.

Vaſallus tenetur in bello injuſto ad defenſionem non ad offenſionem. 313.45

Vaſallus jurat cum 12. ſacramentalib. 321.53

ex ſacramentalib. verò quos vaſallus adhibet ſex debent eſſe de parentib. vaſalli. 325.55

Vaſallo mortuo ad ſucceſſionem vocantur ejus deſcendentes. 322.33.

Vaſal-

Vaſallus clericus factus feudum amittit. 384.62

Vaſallus qui feudum francum tenet, ad ſervitia præſtanda non eſt obſtrictus. 394.68

Vaſallus utrum defuncti vaſalli æs alienum ſolvere teneatur. 419.94

Vaſallus amittit feudum, ſi domino mortuo, ab herede ſive ſucceſſore domini intra annum & diem renovationem inveſtituræ non petierit. 458.4

Vaſallus miles habet annum & menſem ad petendam inveſtituram. 459.5

Vaſallo mortuo, heres ipſius intra annum & diem inveſtituram petere tenetur. ibid.6

Vaſallus ſalvo conductui fidem habere non cogitur. 461.11

Vaſallus qui intra annum & diem inveſtituram non petit, excuſatur, ſi juſta de cauſa abfuerit. 466.19

Vaſallus item excuſabitur, ſi à domino intra annum & diem inveſtituram non acceperit. 467.20

Vaſallus excuſatur, ſi tertius aliquis feudum poſſideat. 468.22

Vaſallum, qui intra annum & diem inveſtituram non petiit, excuſat quælibet juſta cauſa. ibid.23

Vaſallus ſecundo feudum amittit, ſi totum feudum, vel ejus partem ſine domini conſenſu alienaverit. 471.24

Vaſallus qui totum feudum alienat, totum perdit: qui partem perdit parte. 477.32
nisi partem alienaverit ſine commemoratione quòd eſſet feudalis. ibid.33
Vaſallus feudum alienans ſine conſenſu domini, feudum amittit, quia dominium committit. ibid.34
Vaſallus non poteſt feudum ad longum tempus locare. 478.35
nec in emphyteuſin dare. 479.37
Vaſallus prædium feudale alteri oppignorare non poteſt. 480.40
Vaſallus non poteſt feudum legare, nec donare. 482.42
Vaſallus non poteſt ſuper feudo tranſigere. 483.44
nec compromittere in arbitrum vel arbitratorem. ibid.45
Vaſallus non poteſt feudum permutare ſine domini conſenſu. 485.46
nec inſolutum dare. 486.47
Vaſallus ſi feudum antiquum ſubinfeudavit, tenet infeudatio, illo qui ſubinfeudavit vivente. 489.51
Vaſallus feudum vel ejus partem invito domino refutare poteſt. 492.53
Vaſallus feudum domino feudi primùm refutare poteſt. 493.54
dein-

deinde deſcendentibus & aliis ſuis. ibid. 55
denique agnato proximiori. 494. 56
Vaſallus poteſt fructus feudi vendere vel pignorare ſine domini conſenſu. ibid. 58
Vaſallus poteſt feudo ſervitutem urbanam vel ruſticam imponere. 495. 59
Vaſallus poteſt feudum hypothecare. 496. 60
Vaſallo mortuo, venditio & oppignoratio fructuum & ſervitutis impoſitio, nec non hypothecatio extinguuntur, quando feudum eſt antiquum. 498. 62
Vaſallus non poteſt in feudo uſumfructum alteri conſtituere. 499. 63
Vaſallus etiam propter magnam neceſſitatem feudum alienare non poteſt. 501. 66
Vaſallus ſi fame, aut aliqua alia magna neceſſitate prematur, quomodo feudum alteri vendere poſſit. 503. 70
Vaſallus feudum non amittit: certis aliquibus modis. à 507. 74 uſq. ad pag. 541. num. 115
Vaſallus tenetur edere inſtrumentum feudi. 545. 117
Vaſallus tenetur edere inſtrumentum feudi, ſi recenter poſſeſſionem feudi nactus eſt: ſecus eſt ſi ab aliquo feudum poſſedit. 546. 119
Vaſallus feudo privatur, ſi cum inimicis domini amicitiam contraxerit. 548. 121

Vaſallus quando amicitiam cum domini inimico contraxiſſe videtur. 550.12[illegible]
Vaſallus feudo privatur, ſi proditionem commiſerit. 551.12[illegible]
Item ſi ſecreta domini manifeſtaverit. 553.125
Item, ſi teſtimonium contra dominum perhibuit. 554.128
Vaſallus ad teſtimonium contra dominum exhibendum debet ſe modeſtè excuſare. ibid.
Vaſallus deniq; feudo privari poteſt ex omnibus cauſis, propter quas filius à patre exheredari poteſt. 558.[illegible]
Vaſallus ſi amittat feudum, propterea quod iuſto tempore inveſtituram non petiit, feudum ad dominum pertinet, ſive antiquum ſit, ſive novum. 567.14[illegible]
Vaſallus ſi feudum alienaverit abſq; domini conſenſu, ſiquidem novum eſt ad dominum pertinet: ſi antiquum ad filios. 569.142
vel etiam ad agnatos. 571.143
Refutatio argumentorum contrariorum. 572.144
Vaſallus ſi deliquit in dominum, feudum ad dominum pertinet, aliàs ad agnatos. 582.150
Si modò feudum fuerit paternum 583.151
& agnati ſint in quarto gradu vel ulteriori. ibid.152

Vaſal-

Vaſallus habet nomine prædii in feudum dati utilem vindicationē contra poſſeſſorem quemcunq;, etiam contra ipſum dominum feudi. 595.1
Vaſallus in agendo contra tertium poſſeſſorem, domino feudi præfertur. 596.2
Vaſallus ſervitutem prædio feudali debitam utili rei vindicatione petit. ibid.3
Vaſallus plus juris in feudo habet, quàm ſimplex uſufructuarius. ibid.
Vaſallo datur rei vindicatio, quando in poſſeſſionem feudi introductus eſt. 598.9
Vaſallus habet interdicta poſſeſſoria, uti poſſidetis & unde vi. 602.17
iisq; utitur etiam contra dominus feudi. 603.18
Vaſallus tunc maximè interdictis, unde vi, uti poteſt, quando dominus vi armata adverſus vaſallum uſus eſt. 604.20
Vaſallus vocat dominum in jus non impetrata venia. 635.38
Vaſallus debet in judicio contra dominum uti verbis honeſtis. ibid.
Vectigalia quid ſint. 676.45
Vectigalia ſolus Imperator Romanus imponit. ibid.46
Vectigalia nova inſtituentes multis pœnis afficiuntur. 677.47

Vectigali fraudato res in commiſſum incidit. 166. 48

Vel particula accipitur pro id eſt. 138. 4

Venditor præciſè tenetur rem venditam tradere. 229. 9

Verba principis tenaciter & ſtrictè interpretari, noſtrum non eſt. 256. 31

Verba non aliter, nec alio modo, naturam habent præciſam. 515. 82

Verba generalia generaliter intelliguntur & operantur. 122. 31

Verba ipſo iure, quid ſignificent. 12?. 27

Verbum, tenere, non ſemper naturalem, ſed quandoque etiam civilem poſſeſſionẽ ſignificat. 497. 61

Veritatem & ſubſtantiam rerum, non mutat hominum denominatio. 161. 7

Veritas debet eſſe firmior in ore principum, quàm aliorum hominum. 415. 20

Via unde dicatur & quotuplex ſit. 665. 26

Vidua inter miſerabiles perſonas numeratur. 571. 27

Vidua regina etiam miſerabilis perſona eſt. 572. 27

Vinum, oleum, frumentum, hordeum, avena & ſimiles res quæ ex ærario domini depromuntur, inter immobilia referuntur. 246. 15

Vis armata eſt vis publica, quæ cum armis infertur. 604. 20

Vita

Google

Vita bonos & res comparatur. 310.43
Urbs ab urbo dicta est & quare. 597.6
Vſusfructus morte uſusfructuarii finitur 24.16
Ratio, quare uſusfructus morte uſusfructuarii finiatur, ceſſat in feudo. ibid.
Vſufructus, quem vaſallus in feudo habet, plenior est ſimplici uſufructu. 26.17
Vſusfructus alius est cauſalis, alius formalis. 499.44
Vſusfructuarius propter notabilem rei deteriorationem uſumfructum amittit. 557.129
Vſusfructus civitati relictus extinguitur, aratro in civitatem inducto. 596.5
Vſusfructus civitati relictus finitur centum annis. 597.8
Vulneratus quando ex vulnere non dicatur mortuus. 525.90

AD LECTOREM.

Amice lector, auctor non omnia libri hujus contenta in indicem congerere voluit, ut te ad librum ipſum evolvendum invitaret. Tu igitur, quæ prætermiſſa ſunt, pro tua voluntate annotabis.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

[illegible]gle